Central BAPTIST
THEOLOGICAL SEMINARY

presented by

ALUMNI OF

CENTRAL BAPTIST SEMINARY

KANSAS CITY, KANSAS

CORPUS

INSCRIPTIONUM SEMITICARUM

REYNOLDS BINDERY — 1703 Lister — Kansas City, Mo.

PARISIIS

PROSTAT APUD C. KLINCKSIECK, BIBLIOPOLAM

VIA DICTA DE LILLE, N° 11

CORPUS
INSCRIPTIONUM SEMITICARUM

AB

ACADEMIA INSCRIPTIONUM ET LITTERARUM HUMANIORUM

CONDITUM ATQUE DIGESTUM

PARS SECUNDA

INSCRIPTIONES ARAMAICAS CONTINENS

TOMUS III

PARISIIS

E REIPUBLICÆ TYPOGRAPHEO

M DCCCC XXVI

CORPUS

INSCRIPTIONUM SEMITICARUM.

PARS SECUNDA.

INSCRIPTIONES ARAMAICÆ.

SECTIO TERTIA.

INSCRIPTIONES PALMYRENÆ.

Carolus Johannes Melchior marchio de VOGÜÉ, vir egregius, de studiis nostris optime meritus, hanc præfationem ad inscriptiones palmyrenas explanandas jamjam scripturus erat, cum supremum diem obiit IV idib. novembr. MDCCCCXVI, ætatis anno octogesimo octavo. Quantas partes habuerit in hoc volumine adornando, neminem nostrum latet, et libenter profitemur in significationem pii animi erga eruditum magistrum qui per longos annos curam nostris disciplinis indefessam exhibuit.

De indole scripturæ palmyrenæ, qua exaratæ sunt inscriptiones in hac sectione tertia explicandæ, pauca dicenda sunt. Ut bene notavit Vogüé (supra, t. I, p. IV) est ipsamet scriptura aramaica quam Rabbini «quadratam» vocant, paulisper mutata. Tres species scripturæ monstrant tabulæ nostræ. Elegantior est quæ in titulis publicis adhibetur : litteræ incurvantur, quandoque aliæ aliis ligantur, et præsertim omnium amplitudo ita temperatur ut totius versus æquabilis fiat adspectus, ad instar græcarum inscriptionum. Id scripturæ genus eis qui, exemplo præ oculis statuto, textum lapidi insculpebant non adeo familiare fuisse testantur lapsus nonnulli. Palmyrenæ scripturæ plane ignarus videtur lapicida qui titulum 4053 exaravit, et ubique litteras ך et ן inverso capite sculpsit. Et cum ita penderent ab exemplari sculptores, factum est ut per tria sæcula incorruptæ manserint formæ litterarum. Eæ sunt quas bene imitantur typi nostri a Vogüé delineati.

Eodem tempore in usu erat vulgaris scriptura cursiva, minus elegans, rudioris adspectus : litteræ quædam antiquiorem formam quadratam fidelius retinent, quædam magis deformatæ ad speciem syriacæ scripturæ jam vergunt. Hanc scripturam vulgarem unam invenimus in dissitis regionibus (cf. nos 3901–3911), et non raro Palmyræ in privatis titulis (ex. gr. sub nis 4046, 4049, 4072).

Demum, a scriptura syriaca vix aut ne vix quidem recedit species litterarum palmyrenarum quas currente calamo vel penicillo depingebant. Hujus scripturæ specimina pauca, parietibus monumentorum exarata, ad nos pervenerunt (vide sub nis 4176, 4207, 4227).

Fuit igitur fere eadem scriptura Palmyrenorum ac Syrorum; diversa tamen lingua. Sermo enim

(Impressum mense januario anni 1924.)

palmyrenus ad classem aramaicarum dialectorum occidentalem pertinet. Ejus affinitas cum dialectis palæstinensibus, quam olim notaverat Nöldeke, novis titulis comprobata est. Nec multum differt a lingua Nabatæorum : verumtamen ab influxu arabicæ syntaxis immunis est, et vocabula e græco idiomate mutuata sæpius ad aramaicam flexionem reducuntur.

Palmyrenæ inscriptiones nonnullæ repertæ sunt in dissitis regionibus, quo militiæ vel negotii causa auctores pervenerant : in Majore Britannia, in Italia, in Dacia, in Mœsia, in Numidia, in Ægypto; pleræque tamen Palmyræ in ipsa urbe inventæ sunt.

« Palmyra urbs nobilis situ, divitiis soli, et aquis amœnis, vastos undique ambitu arenis includit agros ac velut terris exempta a rerum natura, privata sorte inter duo imperia summa Romanorum Parthorumque et prima in discordia semper utrinque cura. Abest Seleucia Parthorum quæ vocatur ad Tigrin CCCXXXVII m. p., a proximo vero Syriæ littore CCIII m., et a Damasco XXVII propius. » Hæc Plinius (*Hist. nat.*, V, XXV) de civitate suo tempore florentissima, cujus antiquum splendorem etiam hodie testantur reliquiæ plane admirandæ. Quin a remotioribus temporibus locus medio deserto aquis abundans habitatus fuerit nemo dubitat; urbem autem a Salomone conditam, ut fert traditio judaica quam retulit Fl. Josephus (*Antiq.*, VIII, VI), nemo consentit. Ejus fata antiqua ignoramus. Græcæ dominationis vestigium forsan deprehendere licet in eo quod Palmyreni, sicut alii Syriæ populi, in computandis annis una æra Seleucidarum usi sunt. Medio sæculo ante Christum, cum Romani Syriæ potiti sunt, erat emporium indicis et arabicis mercibus opulentum; cujus divitias diripere frustra conatus est M. Antonius. Pace in his regionibus stabilita, mirum in modum aucta sunt commercia et opes Palmyrenorum. Tunc exstructa sunt splendida ædificia : templa, sepulcra, porticus, ædes privatæ. Civitatem jure italico et coloniæ nomine donavit Septimius Severus, si non jam alius ante eum. Cum autem Valeriano a Persis capto, res Romanorum, favente Gallieni socordia, in deteriorem statum commutarentur, princeps Palmyræ, Odænathus, hujus nominis secundus, postquam devixerat Persas sibi regnum constituere moliebatur, servata tamen erga Gallienum quadam reverentia; quasi partes imperatoris ageret universam Syriam et Ægyptum subegit. Post necem Odænathi, ejus uxor Zenobia, primum nomine Vaballathi Athenodori per quinque annos, dein, mortuo filio, propria auctoritate regnum suscepit. Sed mox Aurelianus Ægyptum et Syriam in potestatem Romanorum reduxit, Palmyram obsidione pressit et Zenobiam captivam abduxit. Cum autem victor discessisset, Antiochum quemdam sibi imperatorem constituerunt Palmyreni : quare brevi post reversus Aurelianus civitatem diruit, anno p. Chr. 273. Ab hoc tempore, Palmyra omni potentia destituta pristinum splendorem nunquam recuperavit; non tamen deserta mansit.

Diocletianus ibi castra condidit. Anno 328, quidam Diogenes, curator urbis (λογιστής), partem magnæ porticus reparavit. Propagata religione christiana, Palmyra sedes episcopalis facta est; tres memorantur episcopi : Marinus, qui anno 325 concilio Nicæno interfuit, Joannes qui concilio Chalcedonensi anno 451; et Joannes alius, monophysita, a Justino e sede dejectus anno 518. Justinianus, anno 528, istud φρούριον novis propugnaculis, quorum vestigia supersunt, munivit : ejus tamen, elapso vix sæculo, sine pugna potiti sunt Saraceni. Non ignota fuit Palmyra arabicis scriptoribus, qui multa de ejus origine et historia fabulati sunt. Eam visitavit anno 1173 judæus Benjamin Tudelensis, anno 1616 et iterum anno 1625 nobilis Romanus Petrus a Valle, anno 1638 J. B. Tavernier Parisiensis. Attamen apud Occidentales ejus memoria adeo evanuerat ut vix fide digna visa sint quæ de ejus ruderibus, exeunte sæculo decimo septimo, narraverunt Angli mercatores Halebi degentes.

Hi enim, accensi desiderio videndi admirandas antiquitatis reliquias, quas adhuc existere incolarum narrationibus edocti erant, iter per inhospitam eremum mense julio anni 1678 susceperunt; sed quin Palmyram ingrederentur prohibiti sunt, et vix soluta pecunia vitam redimere potuerunt. Anno autem 1691, ineunte octobre, iter denuo institutum auspicatissime absolverunt. Itineris historiam, una cum Palmyræ notitia, in qua inscriptiones græcæ quindecim et palmyrenæ quattuor descriptæ erant, misit reverendus Guilielmus Halifax, mercatoribus Anglis a sacris, ad Edwardum Bernardum qui ut documenta in Actis Philosophicis Regalis Societatis Londiniensis insererentur curavit. Anno 1705, nostrates Giraud et Sautet imaginem ruderum depinxerunt, quæ transmissa est Academiæ nostræ. Anno 1735, audaci consilio medicus Gallus, Granger cognomine, fere solus iter Palmyrenum suscepit et perfecit, sed quin inscriptiones exscriberet prohibuerunt Arabes. Prima inscriptionum palmyrenarum collectio quæ incremento scientiæ vere profuit ea est quam anno 1751 descripserunt docti Angli Dawkins et Wood, et is anno 1753 Londinii edidit in splendido opere inscripto *Les Ruines de Palmyre*. Insunt tituli bilingues, græci nempe et palmyreni, numero undecim, palmyreni duo, græci quindecim, latinus unus. Ex eis tres inscripti sunt marmoribus quæ secum detulit Dawkins et nunc Oxonii asservantur (vide infra, sub n^is^ 3978, 4021, 4031).

Per integrum fere sæculum de his inscriptionibus disputaverunt philologi, ut mox dicemus; sed si exceperis titulos duos in Numidia repertos (n°s 3908, 3909) et tertium Romæ inventum (n^um^ 3904), nemo fuit qui novum subsidium eorum studiis attulerit, donec anno 1853 noster Melchior de Vogüé antiquæ civitatis rudera visitavit. Is autem aliquot titulos exscripsit, fere eosdem quos jam vulgaverat Wood; sed in patriam redux, nihil ei fuit optatius quam sedulam explorationem perficere aut promovere. Eo suadente, H. Waddington anno 1861 se contulit Palmyram et simul ac græcas etiam aramaicas inscriptiones sollerti manu delineavit. Hinc ad centum et quadraginta crevit palmyrenorum titulorum numerus cum antea viginti non superaret. Cunctos edidit Vogüé, apographis Waddingtonianis usus et etiam nonnullis ectypis quæ, anno 1864, auspiciis Hon. ducis de Luynes, sumpserat Ludovicus Vignes.

Quod feliciter inceperat Vogüé, prosecuti sunt docti viri qui postea Palmyram visitaverunt.

Tempore verno anni 1870, A. D. Mordtmann, Germanus, titulos novos circiter triginta repperit, et tesserarum figulinarum vel plumbearum amplam seriem collegit. Jam anno 1865, R. Bernoville, Helvetus, tesseras Palmyræ sibi comparaverat. Mense octobri anni 1879, Edwardus Sachau, Germanus, nonnullos titulos ineditos exscripsit et postea evulgavit. Anno 1881, princeps armenius Simon Abamelek Lazarew legem portoriam detexit. Mense augusto anni 1883, noster Carolus Huber et Julius Euting, ejusdem itineris socii, rudera perlustrarunt; is autem ectypa inscriptionum plurimarum sumpsit, et redux edidit. Anno sequenti, J. C. Samson, Austriacus, aliquot monumenta sepulcralia secum in patriam adsportavit. J. R. S. Sterrett, Americanus, Wolfeianæ expeditionis sodalis, anno 1885 titulos græcos Palmyræ exscripsit, sed aramaicos penitus neglexit. Anno 1887, Jos. Steph. Gautier ex itinere palmyreno redux nobis ectypa circiter quadraginta obtulit. Non sine fructu pro nostris studiis fuerunt itinera rev. G. E. Post, Angli, anno 1890, et Ludovici de Contenson, tunc in exercitu gallico centurionis, anno 1891.

Anno 1895, Æmilius Bertone, Gallus, vir rei architectonicæ peritus, menses quinque Palmyræ moratus est; paucos titulos non omnino accurate exscripsit et apographa sua vulganda nobis commisit. Initio anni 1899, Palmyram se contulit Mauricius Sobernheim, Berolinensis, et inscriptiones novas invenit. Mense aprili anni 1900, Instituti archæologici, quod sedem Constantinopoli habebat,

sodales Moscovitæ Syriam perlustrarunt et Palmyram visitaverunt; insignes titulos nuper in lucem reductos, quos postea edidit Paulus Kokowzow, viderunt et exscripserunt. Eodem anno, mense maio, Enno Littmann, Americanæ expeditioni addictus, duos dies Palmyræ commoratus est et titulos paucos, sed non sine pretio, delineavit. Anno 1902, mense maio, Prof. Otto Puchstein, Germanus, dum ruderibus antiquorum ædificiorum investigandis dat operam, titulos circiter quadraginta, plerosque bilingues, repperit et edendos tradidit Mauricio Sobernheim. Puchsteiniana ectypa, anno 1911, nobis per tres hebdomadas commissa sunt. Mense aprili anni 1904, Hans Spoer, Americanus, tres inscriptiones et quasdam tesseras figulinas Palmyræ sibi comparavit. Anno 1907, Dr. Lamer et Dr. Jackel, Lipsienses, Palmyra in Germaniam aliquot monumenta epigraphica adduxerunt quæ nuper publici juris fecit M. Lidzbarski. Denique mense julio anni 1914, auspiciis Academiæ nostræ, reverendi Ant. Jaussen et R. Savignac, in Schola biblica Hierosolymitana professores, Palmyram petierunt : per mensem rudera sedulo explorarunt, titulos delinearunt, ectypa et photographicas imagines expresserunt. Sed, exorto nefandissimo bello Germanico, quin nobis ditissimam documentorum messem transmitterent per quinque annos prohibiti sunt. Ne autem opus nostrum jam prelo paratum tanto subsidio careret et mancum in lucem prodiret, titulorum palmyrenorum editionem usque in hanc diem differendam esse censuimus.

Conamina viatorum adjuvit incolarum cupido. Hi enim ex quo viderant nostrates inscriptionum curiosos esse, lucri causa cœperunt imagines defunctorum e sepulcris eruere et proxenetis tradere qui illas in vicinis civitatibus venumdarent aut in Europam et Americam deportarent. Hinc, multi tituli funerei nunc asservantur Halebi, Damasci, Beryti, Emesæ ceterisque Syriæ locis; hinc etiam originem habent collectiones majores quæ in publicis museis exhibentur Constantinopoli, Parisiis, Hafniæ, Londinii, Eboraci Novi, aliisque urbibus. In Syria titulos collegerunt docti viri qui nuper regionem perlustrarunt : Ph. Berger (1894), J.-B. Chabot (1897), Aloysius Musil (1897), C. Fossey (1897), Seb. Ronzevalle (1899), Ant. Jaussen (1901), M. Lidzbarski (1909) aliique. Inscriptiones Musei Luparensis evulgavit E. Ledrain et multo melius C. Clermont-Ganneau; quæ sunt in Museo Britannico, W. Wright et D. H. Müller; quæ Constantinopoli, J. Mordtmann et M. Lidzbarski; quæ Eboraci Novi, C. Torrey et W. R. Arnold. Titulos collectionis Hafniensis, ex maxima parte antea editos a C. Clermont-Ganneau, P. Schröder et W. Wright, recensuit D. Simonsen.

Inscriptiones palmyrenæ hoc peculiare habent quod ab eis repetendum sit totius disciplinæ nostræ initium. Nullum exemplar antiquæ scripturæ semiticæ unquam typis vulgatum fuerat antequam Janus Gruter, anno 1616, specimen litterarum palmyrenarum ediderit, inscriptionem nempe monumento Romæ reperto incisam (vide sub n° 3902), sed nimis imperfectum. Hos caracteres « ignorabiles », sic eos vocabat Scaliger, fallaci audacia Samuel Petitus, Nemausensis, doctissimo Peirescio interpretari non recusavit. Non multo melius se habebant quæ ex apographis Halifacis prodierunt anno 1698 apud Edw. Bernardum et Th. Smithum. De his scripsit suum *Periculum palmyrenum*, anno 1704, Jacobus Rhenferdius, qui etiam ectypum gypseum tituli romani a Fr. Blanchino acceperat; quanquam bonam methodum et sedulam operam adhibuit frustra tamen alphabetum constituere conatus est. Vix in lucem venerat opus Woodianum, cum die 12 febr. anni 1754, coram Academia nostra dissertationem inscriptam *Réflexions sur l'alphabet et la langue dont on se servoit autrefois à Palmyre* legeret eruditissimus abbas J. J. Barthélemy, qui veram litterarum potestatem adeptus erat. Eodem tempore, philologus anglus Johannes Swinton eosdem titulos ventilabat et mox sui laboris felicem exitum divulgabat, in omnibus cum Barthelemio conveniens. Quin Barthelemius labores

Swintoni penitus ignoraverit, dubium non est; num pariter Swintonus labores Barthelemii, non liquet. Vera legendi ratione constituta, interpretationem et commentationem titulorum plus minus feliciter aggressi sunt eruditi antiquitatis studio addicti, inter alios Aug. Ant. Georgius (1782), Mich. Ang. Lanci (1825), Joh. Godofr. Eichhorn (1828), J. W. Schwarz (1829), E. F. Beer, cujus tentamina vulgavit M. A. Levy (1864), Ad. Merx (1868). Postquam autem eodem anno 1868 primam partem sui operis *Syrie centrale* (*Inscriptions sémitiques*), edidit M. de Vogüé, et latiorem viam tutioremque philologis aperuit, novas disquisitiones instituerunt M. A. Levy, J. Halévy, J. Derenbourg, Th. Nöldeke, qui etiam libellum scripsit de orthographia et sermone Palmyrenorum (1870). Ab hoc tempore sequuti sunt auctores plurimi quorum nomina et opera infra recensentur.

Libri et dissertationes de uno aut altero titulo palmyreno tractantes congruo loco recitabuntur. Hic autem quædam opera majoris momenti aut latioris argumenti recensemus. Consulto omittimus seriem auctorum qui de titulis Romæ et in Africa repertis egerunt; eam invenies sub n^is^ 3902, 3905, 3908.

Ad historiam et notitiam urbis Palmyræ, magis quam ad rem epigraphicam, pertinent sequentia opera :

Christophori Cellarii *Dissertatio Historica de Imperio Palmyreno Halæ Magdeburgicæ* A. C. MDCXCIII *habita.*

A Relation from a Voyage from Aleppo to Palmyra in Syria; sent by the Reverend Mr. William Halifax to Dr. Edw. Bernard... and by him communicated to Dr. Thomas Smith. In Actis philosophicis Societatis regalis Londinensis inscriptis *Philosophical Transactions*, ann. 1695; t. XIX, p. 83-110. — Accuratiorem editionem dedit C. R. Conder : *Relation of a Voyage to Tadmor in 1691. By Dr. William Halifax of C. C. C. Oxford, Chaplain to the Factory of Aleppo, from the original Manuscript* (Palestine Exploration Fund, *Quarterly Statement*, 1890, p. 273-303), adjunctis paucis notulis (p. 303-307).

Extract of the Journals of two several Voyages of the English Merchants of the Factory of Aleppo to Tadmor anciently call'd Palmyra (*Philosophical Transactions*, t. XIX, p. 129-160). — De itineribus anni 1678 et anni 1691 agitur.

E. Halley. *Some Account of the Ancient State of the City of Palmyra with short Remarks upon the Inscriptions found there* (*Philosophical Transactions*, t. XIX, p. 160-175).

F. Henricus Noris. *Annus et epochae Syromacedonum in vetustis urbium Syriae nummis praesertim Mediceis expositae.* Lipsiæ, 4°, 1696.

Ab. Sellerus. *The Antiquities of Palmyra*, containing the History of the City, and its Emperors, from its Foundation to the Present Time; with An Appendix of Critical Observations on the Names, Religion, and Government of the Country; and A Commentary on the Inscriptions lately found there (London, in-8°; 1696). — Opus germanice translatum est : *Antiquitäten von Palmyra oder Tadmor* etc., aus dem Ænglischen übersetzt von Philipp Georg Hübnern (Franckfurt am Mayn, in-8°, 1716). Huic editioni adnexa est Cellarii dissertatio supra memorata.

Lettre du sieur Granger à Mgr. le comte de Maurepas concernant les antiquités de la ville de Tadmor, autrefois Palmyre [d. d. 26 jan. 1736] (apud J.-B. Chabot, *Notes d'épigr. et d'arch. orient.; Journ. asiat.*, 1897, II, p. 337-355).

Robert Wood. *Recherches sur l'état ancien de Palmyre* (London, 1753; in præfatione ad opus *Les Ruines de Palmyre*).

Cassas, *Voyage pittoresque de la Syrie, etc.* (Paris, 1799, fol. max.). Palmyræ rudera pluribus tabulis depicta sunt. Auctoris delineationes minus accuratæ sunt quam Woodi.

Arentius Gerardus van Cappelle. *Disputatio inauguralis de Zenobia Palmyrenorum Augusta* (Trajecti ad Rhenum, in-8°; 1817).

J. Ant. Saint-Martin. *Histoire de Palmyre.* — Opus imperfectum exstat in Bibliotheca Maxima Parisiensi (ms. français, *nouv. acq.* 9123); circa ann. 1828 inceptum nunquam in lucem prodiit.

A. H. L. Heeren, *Commercia urbis Palmyrae vicinarumque urbium ex monumentis et inscriptionibus illustrata* (Gottingae, 1831 in-4°). Inter *Commentationes soc. regiæ scient. Gottingensis recentiores*, class. histor. et philolog., vol. VII, p. 39-58.

Ch. Gr. Addison, *Damascus and Palmyra* (Londinii, 1838; 2 vol. in-8°).

Alfred von Sallet, *Die Fürsten von Palmyra unter Gallienus, Claudius und Aurelian* (Berlin, in-8°, 1866).

J. Oberdick, *Bemerkungen zu den palmyrenischen Inschriften* (in *Zeitschr. der deutsch. Morgenländ. Gesellschaft*, t. XVIII [1864], p. 741-750); — *Die Römerfeindlichen Bewegungen in Orient während der letzten Hälfte des dritten Jahrhunderts nach Christus* (254-274): Berlin, 1869. Libellus in quo opuscula plura a se ante edita docte retractavit auctor. — Et iterum : *De inscriptione Vog. duodetricesima commentatio* (in *Jahresbericht über das Kgl. kathol. St. Matthias-Gymnasium zu Breslau für das Schuljahr 1892-1893*).

A. D. Mordtmann, *Eine Republik des orientalischen Alterthums.* Beilage zur [Augsburger] *Allgem. Zeitung* (nis 50, 52-55; febr. 1874).

Ed. Sachau, *Reise in Syrien und Mesopotamien* (Leipzig, 1883, in-8°).

С. Абамелекъ-Лазарева. Палмира. (Petropoli, 1884; fol.)

Hubertus Grimme, *Palmyrae sive Tadmur urbis fata quae fuerint tempore muslimico* (Monasterii Guestfalorum, 1886, in-8°).

George E. Post, *Narrative of a trip to Palmyra in April 1890* (Palestine Exploration Fund. *Quarterly Statement*, 1891, p. 20-49); — et : *Narrative of a second journey to Palmyra* (*ibid.*, ann. 1892, p. 154-167, 252-262, 322-328; ann. 1893, p. 36-43, 147-162).

W. Wright, *An account of Palmyra and Zenobia. With travels and adventures in Bashan and the desert.* London, 1895, in-8°.

Eug. Guillaume, *Les ruines de Palmyre et leur récent explorateur* (in ephemeride *Revue des Deux-Mondes*, 15 juillet 1897; t. CCCL, p. 374-407).

Friedrich Müller, *Studien über Zenobia und Palmyra nach orientalischen Quellen* (Kirchain, N.-L., 1902, in-8°).

Léon Homo, *Essai sur le règne de l'empereur Aurélien* (270-275); Paris, 1904; opus in quo quæ ad ultima fata imperii palmyreni spectant docte tractantur.

M. J. Lagrange, *Palmyre; son histoire; ses monuments* (in ephemeride *Le Correspondant*, 10 sept. 1908; t. CCXXXII, p. 932-952).

Memoria dignæ sunt lucubrationes eruditorum qui primi litteris palmyrenis interpretandis sedulam darunt operam; inter alias :

Inscriptiones græcæ Palmyrenorum, cum scholiis et adnotationibus Edwardi Bernardi et Thomæ Smithi (Trajecti ad Rhenum, MDCXCVIII, in-12, 82 pag.). In hoc opere prodierunt apographa palmyrena Halifacis quattuor, quorum specimen editum fuerat in relatione itineris (*Philos. Trans.*, t. XIX, p. 88, fig. 2); addita est Romana 1a e Grutero.

Th. Hyde, *Historia religionis veterum Persarum eorumque magorum...* (Oxonii, 1700, in-4°).

Jacobus Rhenferdius, *Periculum Palmyrenum, sive literaturæ veteris Palmyrenæ indagandæ et eruendæ ratio et specimen.* Franequeræ, MDCCIV (in-4°, 56 pag.); et iterum inter Jacobi Rhenferdii *Opera philologica* (Trajecti ad Rh., 1722), p. 639-685. Cf. orationem funebrem huic editioni præpositam. — De titulis sub nis 3943, 4202, 3902 editis egit.

Cum autem Poullard, Gallicæ gentis consul Tripoli Syriæ degens, anno 1705 aliquot apographa a concivibus Giraud et Sautet (cf. *Rev. des Études anciennes*, t. III, p. 232) accepisset et ad ministrum Pontchartrain transmisisset, Academia nostra severiorem sententiam Ant. Gallandi et Eus. Renaudotii probavit, quæ post annos vulgata est in duplici commentatione : *Remarques sur quelques inscriptions en langue étrusque, punique et palmyrénienne* (*Mém. de l'Acad. royale des Inscriptions et Belles-Lettres*, t. I, p. 204-207; Paris, 1736); — et : *Éclaircissements sur les explications que les Anglois ont données de quelques inscriptions de Palmyre, et des remarques sur une qui se trouve à Heliopolis de Syrie, appelée communément Baalbek*, par M. l'abbé Renaudot (*ibid.*, t. II, p. 474-494).

Les Ruines de Palmyre, autrement dite Tedmor au désert; Londres, Millar, MDCCLIII (fol. max.); cum tabulis lvii, et tab. epigraphicis duabus (altera græca, altera palmyrena). Opus commune Henrici Dawkins et Roberti Wood, etsi is solus præfationi subscripsit. — Simul prodiit editio anglica quæ a gallica non differt; inscripta est : *The Ruins of Palmyra otherwise Tedmor in the Desart*, London, printed in the year MDCCLIII. (Bibliopolæ nomen omittitur). — Opus recensuit J. J. Barthélemy in ephem. *Journal des Sçavans*, avril 1754. — Editio altera prodiit Parisiis anno 1819 : *Les Ruines de Palmyre autrement dite Tedmor au Désert.* Imprimerie Firmin Didot (in-4°, 120 pag.).

Réflexions sur l'alphabet et sur la langue dont on se servoit autrefois à Palmyre, par M. l'abbé Barthélemy. Commentatio lecta coram Academia die 12 febr. 1754, prodiit eodem anno «à Paris, chez H. L. Guérin et L. F. Delatour» (in-4°, 32 pag.) et postea in *Mémoires de l'Acad. des Inscriptions*, t. XXVI [1759], p. 577-597. — Exstat etiam editio in-folio quæ adnexa est quibusdam exemplaribus operis Woodiani. Wood ipse opusculum e lingua gallica in anglicam transtulit. — Auctor e quattuor inscriptionibus (Wood viii, ix; Rom. i, ii) veram potestatem litterarum palmyrenarum assecutus est et alphabetum constituit.

An Explication of all the Inscriptions in the Palmyrene Language and Character hitherto publish'd. In five Letters from the Rev. Mr. John Swinton (*Philosophical Transactions*, vol. XLVIII, part 2 [1754], p. 690-756). — Cum Barthelemio consentit auctor in definienda potestate signorum palmyrenorum.

Cum autem in opere inscripto *Marmora Oxoniensia* (ed. altera, 1763, part. II; syllab., p. x), R. Chandler retulisset interpretationem Swintoni et hunc laudibus plus æquo celebravisset, scripsit Barthélemy, *Lettre à M. le Marquis Olivieri* (Paris, Delatour, 1766, in-4°, 45 pag.), qua se ab acerbis criminationibus Swintoni vindicat.

Circa annos 1780-1785 multum laboravit cl. Tychsen in interpretandis titulis palmyrenis, ut narrat A. Th. Hartmann, *Oluf Gerhard Tychsen oder Wanderung durch die mannigfaltigsten Gebiete der biblisch-asiatischen Literatur* (Bremen, 1818-1820, in-8°, duo vol.). — Cf. t. II, p. 227-295 : «Tychsen als Entzifferer der Palmyrenischen Inschriften».

Ulrich Friedrich Kopp, *Bilder und Schriften der Vorzeit* (Mannheim, 1819-1821, in-8°, duo tomi). In altero tomo, part. iv : Entwickelung der semitischen Schriften (p. 95-400), tradit alphabetum palmyrenum satis accuratum (p. 156) et de aliquot inscriptionibus tractat, nempe : p. 133, de n° 4031 (Oxoniensi ii, addita imagine e Chandler); p. 250, de n° 3939 (sine imagine); p. 251, de n° 3978 (Oxon. i, cum imagine Chandleri); p. 256, de n° 4021 (Oxon. ii, cum eiusdem auctoris imagine); p. 259, de n° 3999 (addita delineatione e *Philosoph. Trans.*, t. XLVIII, p. 699, n° xiii); p. 262, de n° 3944, et p. 265, de n° 3936.

Marmora Palmyrena explicata commentatione Soc. Reg. scientiarum Gottingensi, in concessu d. xiii nov. anni MDCCCXXIV habito, tradita ab auctore Jo. Godofr. Eichhorn. (Inter *Commentationes Soc. Reg. scient. Gotting. recentiores*, vol. XVI, Class. histor. et philol., p. 81-120). De sedecim inscriptionibus eo tempore notis tractat.

Commentarius in tredecim Palmyrenas inscriptiones, quem scripsit J. W. Schwarz, de quinque tantum titulis tractat. — Opusculum bipartitum : Pars I (p. 16) prodiit Lubae typis Scharfianis, anno 1829, annexa notitiae inscriptae *Dritter Bericht über das Gymnasium zu Lauban*, 1828-1829; tradit introductionem et commentariolum in inscriptiones Woodianas viii, ix, x (apud nos n^is^ 3940, 3943, 3939). Pars II (p. 10) prodiit Gorlitii, ex officina Heinziana, anno 1836, annexa libello *Neunter Bericht über das Gym. zu Lauban*, 1835-1836; tractat de inscrip. Woodianis iii et vi (n^is^ 3978, 3934).

Prodiit anno 1864 opus inscriptum *Die palmyrenischen Inschriften mit Beiträgen aus dem handschriftlichen Nachlasse von E. F. Beer, erklärt von* Dr. M. A. Levy (in *Zeitschr. der deutsch. Morgenländ. Gesellschaft*, t. XVIII, p. 65-117). Egit auctor de omnibus palmyrenis inscriptionibus eo tempore notis, scilicet § i-xiii, de tredecim a Wood vulgatis; § xiv, xv, de duabus [= P. 21, 140] a Vogüé nuper editis; § xvi, xvii, de Romanis i et ii (n^is^ 3902, 3903); § xviii retractat Tibensem (n° 3912), titulum Luparensem (n° 4391) et Romanam iii (n° 3904); § xix, Africanas i et ii (n^is^ 3908, 3909).

Sequutus est Ad. Merx, *Bemerkungen über bis jetzt bekannte aramäische Inschriften* (*Z. D. M. G.* t. XXII [1868], p. 674-699); cujus sententiam discussit M. A. Levy, *Zu dem palmyrenischen Inschriften* (*ibid.*, t. XXIII, p. 282-291).

Sub singulis numeris recentiores editores titulorum proprio nomine recitabimus; hic autem præcipua eorum opera, ordine alphabetico, quo facilius reperiantur, recensere opportunum visum est. Hæc sunt :

W. R. Arnold, *Additional Palmyrene Inscriptions in the Metropolitan Museum of Art, New York* (*Journ. of the American Orient. Society*, t. XXVI [1905], p. 105-112). — Cf. Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéol. orient.*, t. VII, p. 355-360.

Adr. Barthélemy, *Relation sommaire d'une excursion au nord d'Alep* (*Recueil de travaux relatifs à la philologie et à l'archéol. égypt. et assyr.*, t. XIX, p. 38). — Cf. Ch. Clermont-Ganneau, *Epitaphes palmyréniennes d'Alep* (*Recueil d'archéol. orient.*, t. II, p. 175-178.)

J.-B. Chabot. — *α. Notes d'épigraphie et d'archéologie orientale* (§ i, n°s 1-18; *Journal asiatique*, IXe série, t. X [1897], p. 308-335; § iii, n°s 19-29, *ibid.*, t. XII [1898], p. 68-123; § v, n°s 30-51, *ibid.*, t. XVI [1900], p. 249-270; § ix, n°s 52-62, *ibid.*, t. XVIII [1901], p. 430-450).— Cf. Ch. Clermont-Ganneau, *Sur quelques noms propres palmyréniens et nabatéens* (*Recueil d'archéol. orient.*, t. II, p. 381-385); *Notes d'épigraphie palmyrénienne* (*op. cit.*, t. III, p. 163-175). S. Fraenkel, *Briefe an C. Bezold* (*Zeitschr. für Assyriologie*, t. XII [1898], p. 400-401).

—— *β. Notes sur quelques monuments épigraphiques araméens* (*Journ. asiat.*, X^e^ série, t. VII [1906], p. 293-304). — Cf. Ch. Clermont-Ganneau, *Nouvelles inscriptions palmyréniennes* (*Recueil d'archéol. orient.*, t. VIII, p. 1-8).

—— *γ. Glanures palmyréniennes* (*Journ. asiat.*, XIe, série, t. XII [1918], p. 277-301).

Ch. Clermont-Ganneau. — α. *Antiquités et inscriptions inédites de Palmyre* (in ephem. *Revue archéologique*, IIIe série, t. VIII [1886], p. 14-32, 144-148; et inde in *Recueil d'archéol. orient.*, t. I, p. 115-135).
—— β. *Bustes et inscriptions de Palmyre* (*Études d'archéol. orient.*, t. I [1895], p. 105-130).
—— *Notes d'épigraphie palmyrénienne* (*Recueil d'archéol. orient.*, t. III, p. 156-185; 242-246).
—— *Nouveaux bustes funéraires avec inscriptions palmyréniennes* (*Recueil d'archéol. orient.*, t. V, p. 35-45).
—— *Épigraphie gréco-romaine de Palmyre* (*ibid.*, p. 90-105).
—— *Monuments palmyréniens* (*ibid.*, p. 281-285).
—— *Épigraphie palmyrénienne* (*Recueil d'archéol. orient.*, t. VII, p. 1-38; 337-360).
—— *Nouvelles inscriptions palmyréniennes* (*Recueil d'archéol. orient.*, t. VIII, p. 1-14).

Collection de Clercq. Catalogue, t. IV (Paris, 1906, in-4°); p. 71-78 : Sculptures palmyréniennes. — Cf. M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. II, p. 318-319.

G. A. Cooke, *A Text-Book of North-semitic Inscriptions* (Oxford, 1903; in-8°); Palmyrene : p. 263-340.

E. Drouin, *Inscriptions funéraires palmyréniennes* (*Revue sémitique*, t. I [1893], p. 270-272).

J. Euting, *Epigraphische Miscellen* (*Sitzungsberichte der kön. Preuss. Akademie der Wissenschaften zu Berlin*, 1885, p. 669-688) — Zweite Reihe (*ibid.*, 1887, p. 407-422).

R. Gottheil, *Seven unpublished Palmyrene Inscriptions* (*Journ. of the American Orient. Society*, t. XXI [1900], p. 109-111). — Cf. J.-B. Chabot, *Sur quelques inscriptions palmyréniennes récemment publiées* (*Journ. asiat.*, IXe série, t. XVII [1901], p. 346-349).

G. Hagemans, *Note sur trois bustes funéraires avec inscriptions, provenant de Palmyre* (*Annales de la Soc. d'archéol. de Bruxelles*, t. IV [1890], p. 197-204).

Ant. Jaussen, *Inscriptions palmyréniennes* (*Revue biblique*, t. VI [1897], p. 592-597).

P. Kokowzow. — α. *Nouvelles inscriptions araméennes de Palmyre*, opus lingua moscovita exaratum, in ephemeride *Bulletin de l'Institut archéol. russe à Constantinople*, t. VIII [1903], p. 302-329.
—— β. *Contributions à l'archéologie et à l'épigraphie palmyrénienne*, item moscovita lingua, *ibid.*, t. XIII, p. 277-302.

M. J. Lagrange. — α. *Bustes palmyréniens* (*Revue biblique*, 1893, p. 117).
—— β. *Deux bustes palmyréniens* (*Revue biblique*, 1905, p. 266-268).

E. Ledrain. — α. *Quelques inscriptions palmyréniennes* (*Revue d'assyriologie et d'archéol. orient.*, t. I [1885], p. 73-76).
—— β. *Inscriptions palmyréniennes inédites* (*ibid.*, t. II [1888], p. 23-28).
—— γ. *Inscriptions palmyréniennes inédites* (*ibid.*, t. II [1889], p. 68-72).
—— δ. *Quelques inscriptions inédites entrées au Louvre* (*ibid.*, t. II [1891], p. 93-95).
—— ε. *Quelques inscriptions sémitiques du Louvre*, (*ibid.*, t. II [1892], p. 143-145).
—— ζ. *Inscriptions sémitiques inédites* (*ibid.*, t. III [1894], p. 27-31). — Cf. Clermont-Ganneau, *Études d'archéol. orient.*, t. I, p. 105-130.
—— η. *Monuments nouveaux au Musée du Louvre* (*Revue d'assyr. et d'archéol. orient.*, t. VII [1910], p. 51-55).
—— *Musée National du Louvre. Les monuments araméens et himyarites. Notice sommaire* (Paris, s. anno, in-12).

M. Lidzbarski. — α. *Neue und alte Inschriften aus dem Kön. Museum zu Berlin* (*Handb. d. Nords. Epigraphik*, p. 486-492).
—— β. *Palmyrenische Inschriften* (*Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 340-343).
—— γ. *Steininschriften und Tesseræ aus Palmyra* (*Ephem. für semit. Epigraphik*, t. III, p. 32-36).
—— δ. *Palmyrenische Inschriften* (*ibid.*, p. 132-157).

Enno Littmann, *Semitic Inscriptions* (Part IV of the publications of an American archæological Expedition to Syria in 1899-1900; New-York, 1904; in-4°). Chapt. II : Palmyrene Inscriptions; p. 57-84. — Cf. Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'arch. orient.*, t. VII, p. 25-38; M. Lidzbarski, *Ephemeris*, I, p. 343-346; II. p. 306-310.

A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge zur Kunde Palmyra's.* (*Sitzungsberichte der philosophisch-philolog. und histor. Classe der k. b. Akademie der Wissenschaften zu München*, 1875, Bd II [Supplement-]Heft III).

J. Mordtmann, *Palmyrenisches.* (*Mitteilungen der Vorderasiatischen Gesellschaft*, 1899, Heft 1). — Cf. Ch. Clermont-Ganneau, *Notes d'épigraphie palmyrénienne* (*Recueil d'arch. orient.*, t. III, p. 242-246).

D. H. Müller. — α. *Vier palmyrenische Grabinschriften im Besitze des Ministerial-Concipisten H. Dr. J. C. Samson* (*Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien*, Bd. CVIII [1884], p. 973-977). Cf. *Oesterreichische Monatschrift für den Orient*, t. XI, p. 158.

—— β. *Palmyrenica aus dem British Museum* (*Wiener Zeitschr. f. d. Kunde d. Morgenl.*, t. VI [1892], p. 317-326).

—— γ. *Palmyrenica aus dem British Museum* II (*ibid.*, t. VIII [1894], p. 11-16).

—— δ. *Palmyrenische Inschriften nach Abklatschen des Herrn Dr. Aloys Musil* (*Denkschriften der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien. Philosophisch-histor. Classe*, Bd. XLVI [1898]). — Cf. Stanley A. Cook, *Some recent Palmyrene inscriptions* (*Proceedings of the Soc. of Biblical Archæol.*, t. XXI [1899], p. 68-78, 170-172); et J. Mordtmann, *Zu den Palmyrenischen Inschriften des Dr. A Musil* (*Zeitschr. für Assyriologie*, t. XIII [1898], p. 179-188).

H. Pognon, *Rapport de M. Pognon... à M. Patrimonio* sur des inscriptions palmyréniennes transportées à Baalbek. (*Revue d'assyriologie et d'archéol. orient.*, t. I [1885], p. 76-79).

Harvey Porter and Ch. C. Torrey, *Inscribed palmyrene Monuments in the Museum of the Syrian protestant College, Beirut* (*The American Journ. of Semitic Lang. and Litter.*, t. XXII [1906], p. 262-271). — Cf. M. Lidzbarski, *Ephem. für sem. Epigraphik*, t. III, p. 145-150.

S. Reckendorf, *Palmyrenisches* (*Wiener Zeitschr. f. d. Kunde d. Morgenl.*, t. II [1888], p. 325-327).

Seb. Ronzevalle. — α. قراءة بعض الكتابات الشرقية... كتابات تدمرية *Notes d'épigraphie orientale*, in ephemeride : *Al-Machriq*, t. III [1900], p. 157-165, 258-267, 323-324, 419-423, 522.

—— β. *Notes d'épigraphie palmyrénienne* (*Revue biblique*, t. XI [1902], p. 409-418).

—— γ. *Monuments palmyréniens* (*Mélanges de la Faculté orientale de Beyrouth*, t. IV [1910], p. 145-180).

Ed. Sachau, *Palmyrenische Inschriften* (*Zeitsch. der deutsch. Morgenl. Gesellschaft*, t. XXXV [1881], p. 728-748). — Cf. Th. Nöldeke, *Bemerkungen zu den von Sachau herausgegebenen palmyrenischen... Inschriften* (*ibid.*, t. XXXVI [1882], p. 664-668); et Ch. Clermont-Ganneau, *Notes d'épigraphie palmyrénienne* (*Recueil d'arch. orient.*, t. III, p. 156-159).

V. Scheil. *Inscriptions palmyréniennes* (*Revue biblique*, t. II [1893], p. 627-630).

P. Schröder. — α. *Neue palmyrenische Inschriften* (*Sitz. d. königl. Preuss. Akad. der Wissensch. zu Berlin*, 1884, p. 417-436).

—— β. *Palmyrenische Inschriften* (*Z. D. M. G.*, t. XXXIX [1885], p. 352-362).

D. Simonsen, *Sculptures et inscriptions de Palmyre à la Glyptothèque de Ny Carlsberg* (Copenhague, 1889; in-8°).

Moritz Sobernheim. — α. *Palmyrenische Inschriften* (in *Beiträge zur Assyriologie und semit. Sprachwissenschaft*, t. IV [1900], p. 207-219). — Cf. M. Lidzbarski, *Ephemeris für sem. Epigraphik*, I, p. 196-205.

—— β. *Palmyrenische Inschriften II* (*Mitteilungen der Vorderasiatischen Gesellschaft*, 1905, Heft 2). — Cf. Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'arch. orient.*, t. VII, p. 1-24; et M. Lidzbarski, *Ephem. f. semit. Epigraphik*, II, p. 276-310.

Hans Spoer, *Palmyrene Inscriptions* (*Jour. of the American Orient. Society*, t. XXV [1904], p. 314-319). — Cf. Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéol. orient.*, t. VII, p. 346-352; M. Lidzbarski, *Ephemeris*, II, p. 313-316.

Ch. C. Torrey. — α. *Four Palmyrene Epitaphs* (*Journ. of the American Orient. Society*, t. XXV [1904], p. 320-323). — Cf. Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéol. orient.*, t. VII, p. 353-355; M. Lidzbarski, *Ephemeris*, II, p. 316-318.

—— β. *Inscribed palmyrene Monuments* (vide supra, Porter and Torrey), Appendix, p. 269-271.

M. de Vogüé. — α. *Syrie Centrale. Inscriptions sémitiques*, Paris, in-4°; 1868-1877. Première partie : Inscriptions araméennes; chap. I : Palmyre, p. 1-88. Cf. Appendice, p. 156-159.

—— β. *Inscriptions palmyréniennes inédites* (*Journal asiatique*, VIIIe sér., t. II [1883], p. 179-183).

W. Wright. — α. Nota in ephem. *Proceedings of the Society of biblical Archæology*, t. VI [1883-1884], p. 27-29.

—— β. *Palmyrene Inscriptions* (*ibid.*, t. VIII [1885-1886], p. 29-31).

Ad rem philologicam pertinent :

Th. Nöldeke, *Beiträge zur Kenntniss der aramäischen Dialecte : III, Ueber Orthographie und Sprache der Palmyrener* (in ephem. *Zeitschr. der deutsch. Morgenl. Gesellschaft*, t. XXIV [1870], p. 85-109).

E. Ledrain, *Dictionnaire des noms propres palmyréniens* (Paris, 1887; in-8°). Opus in quo multa desiderantur.

(Impressum mense januario anni 1914.)

His præmissis, ad interpretationem titulorum deveniamus. Prout factum est in sectione secunda, primo agemus de titulis extra Palmyrenam repertis, postea de titulis Palmyræ inventis. Addentur appendices duæ : in priore collegemus titulos a Palmyrenis græca vel latina lingua exaratos, qui plurimum conferunt ad illustrationem titulorum lingua aramaica conceptorum; in altera, pauca dicemus de singulis numinibus quorum nomina in inscriptionibus commemorata sunt. Indices opus coronabunt.

J.-B. Ch.

Scribebam kal. jan. anni MDCCCCXXIII.

CAPUT PRIMUM.

INSCRIPTIONES PALMYRENÆ IN MAJORI BRITANNIA REPERTÆ.

ARTICULUS UNICUS.

LOCUS SOUTH SHIELDS DICTUS.

3901

(Tab. I.)

Hodiernum oppidulum *South Shields* appellatum, in Northumbria ad ostium fluminis Tinæ, ad oram australem, non longe a Segeduno, statione prima per lineam valli Hadriani, situm est. Perpauca vestigia militum Romanorum ibi inventa sunt (vide *C. I. L.*, t. VII, nis 496, 497), et etiam monumentum, unicum hucusque specimen scripturæ palmyrenæ in Britannia repertum. Inventum est die 19a octobris anni 1878, dum effodiuntur fundamenta ædificandæ domus. Est autem cippus altus 1m,22, latus 1m,02, fastigio ornatus, affabre sculptus. Imaginem exhibet mulieris in throno sedentis, flores in sinu gerentis; infra, a læva est arula vel cistula, a dextera situla cum fructibus. Partem inferiorem tenet inscriptio duplici lingua exarata, latina nempe et palmyrena. Exstat nunc *South Shields*, in bibliotheca publica. Monumenti et inscriptionis photographicam imaginem damus quam nobiscum olim communicavit cl. v. W. Wright.

Titulo eruto, mox inventionem celebrarunt ephemerides Britannicæ complures, quas recensere supervacaneum est; vide imprimis *The Academy*, ann. 1878, vol. II, p. 438, 454; et etiam *Shields Gazette*, 31a octobr., atque in *Shields Daily News*, 2a novembris ejusdem anni, epistulam Æm. Hubneri, qui postea de titulo egit in *Ephemeride Epigraphica*, t. IV, p. 212, sub n° 718 *a*. Confer etiam Walter Birch, *The palmyrene Monument discovered at South Shields* (*Journal of the British archaeological Association*, ann. 1878, p. 489-495); et Llewellyn Jewitt, *Notice of an inscribed roman sepulchral slab recently discovered at South Shields*, in ephemeride *The Reliquary*, vol. XIX [1878], p. 129-131. — Primus recte interpretatus est William Wright : *Note on a bilingual inscription, latin and aramaic, recently found at South Shields* (*Transactions of the Society of Biblical Archaeology*, vol. VI, part 2, p. 436-440), addita imagine. — De eo egerunt E. Fabiani, *Bullettino della Comm. archeol. comunale di Roma*, anno 1878, p. 272. — Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéologie orientale*, t. I, p. 60. — Repetiit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsemit. Epigraphik*, p. 482; tab. XLI, 13. — Cf. G. A. Cooke, *A Text-Book of North-semitic Inscriptions*, p. 250. — Accuratam editionem totius monumenti pollicita est societas antiquariorum Ælianensis : num in lucem prodierit, ignoramus.

Titulus latinus, rustice conceptus, ablativis pro dativis appositis, sic se habet :

DM · REGINA · LIBERTA · ET · CONIVGE ·
BARATES · PALMYRENVS · NATIONE ·
CATVALLAVNA · AN · XXX ·

Palmyrenus vero, cursivis, ut aiunt, litteris exaratus, hebraicis signis ita transcribendus est et vertendus :

רגינא בת חרי ברעתא חבל — *Regina liberta Barʿatê. Heu!*

רגינא, *Regina*, et masc. *Reginus*, nomina haud semel occurrunt in Britannicis titulis (*C. I. L.*, VII, 907, 914, 1336).

בת חרי, ad verbum «filia libertatis»; mascul. בר חרי «libertus» jam invenimus apud Nabatæos (supra, n° 161) et rursum inveniemus (infra, n^is 3996, 4000, etc.); Syris autem locutio ܒܪ ܚܪܐ, ܒܬ ܚܪܐ, dicitur tum de libero seu libera, tum de liberto seu liberta.

ברעתא, *Barates;* nomen sæpius, cum ה in fine, ברעתה scriptum est. Vide sub n^is 4231, 4449. Etymon obvium : «filius (deæ) Athis». Cf. grec Βαράθης (Wadd., n° 2703).

חבל, fortasse efferendum חֶבֶל; vocabulum titulis palmyrenis fere omnibus funereis, initio aut fine, appositum; immutatum manet sive de uno defuncto sive de pluribus, sive de viro sive de muliere agatur; quare omnes fatentur hodie (olim enim alii aliter senserunt) esse exclamationem doloris, ut sunt Latinis «heu! væ!», et Græcis φεῦ, οἴ, οὐαί, etc. Consonat usus targumicus et talmudicus : חבל עלי «væ mihi !» (*Job.*, x, 15); חבול על בנינן «væ super filios nostros» (*Deut.*, xxviii, 15; Jon.); חבל על דאבדין «væ super eos qui pereunt» (*Sanhedr.*, 111 *a*). Infra, in titulo bilingui (sub n° 4402) חבל respondet graeco ἄλυπε χαῖρε. Etymon repetendum e verbo חבל «læsit, perdidit, destruxit».

Barathes palmyrenus, non quidem miles, sed mercator romanos exercitus sequutus, in castello ad Tinæ ostium sito habitasse videtur; uxorem duxit Reginam, e tribu Britannica Catuvellaunorum (Κατουελλανοί, Dio Cass., LX, 20), et fortasse ex eorum civitate, quæ memoratur *C. I. L.*, VII, 863, oriundam.

De tituli ætate nihil definire valemus, immo nec conjicere e specie scripturæ palmyrenæ; litteræ autem latinæ videntur esse, Hubnero judice, sæculi alterius p. Chr. exeuntis vel tertii ineuntis; alii tamen eas paulo recentiores esse volunt.

CAPUT II.

INSCRIPTIONES PALMYRENÆ IN ITALIA REPERTÆ.

ARTICULUS UNICUS.

ROMA.

3902

(Tab. I.)

Romana 1.

Exstant in Museo Capitolino quattuor monumenta palmyrena, Romæ diversis temporibus inventa.

Duo priora ante sæculum decimum sextum effossa sunt: siquidem de altero jam fit sermo in sylloge inscriptionum latinarum Michaelis Ferrarini anno 1486 exarata; ea sunt quibus incassum insudarunt eruditi viri sæculo decimo septimo, ut interpretationem litterarum palmyrenarum assequerentur (vide Procemium). Locum inventionis non adeo accurate definiunt auctores antiqui; de primo titulo silent: alterum autem «in hortis Mattheorum transtiberinis» ad radices montis Janiculi repertum dicunt; qui locus proximus est villæ Bonelli ubi effossus est tertius titulus, ut infra dicemus, sub n° 3904. Ibidem etiam inventum fuisse hunc primum titulum vix dubium est, cum jam scimus Syros Romæ degentes in hac regione templa sua habuisse, quorum rudera nuper sunt effossa; vide *Comptes rendus de l'Acad.*, ann. 1907, p. 135; ann. 1909, p. 617; ann. 1910, p. 378, et opera varia ibidem laudata.

Primus titulus, duplici lingua conceptus, græca et palmyrena, inscriptus est imo margine tabulæ marmoreæ fastigio ornatæ, altæ $0^{m},88$, latæ $0^{m},60$. In ea sculpti sunt viri duo stantes in porticu templi dystili; prior crispo crine teniatus, succinctus, deinde indutus alia veste, braccatus laxe, sinistra falcem tenens; huic jungit manum alter crispo item crine, corona radiata cum luna in humeris, super thoracem accinctus parazonio et chlamyde militari, cothurnis indutus, hastile manu tenens; hanc autem esse Agliboli figuram cum sciamus, alteram Malacbeli dicamus necesse est; inter utrumque cupressus sive, ut aliis videtur, pinus; infra, græca inscriptio quam sequuntur duo versus litteris palmyrenis scripti. Venit monumentum in Museum Capitolinum e dono Benedicti papæ XIV.

Imaginem damus monumenti ad ipsum expressam, inscriptionis autem ad ectypum.

Ordo eorum qui celeberrimum titulum descripserunt aut commentati sunt is est:

Primus, ut videtur, transcripsit et vulgavit Martinus Smetius, Flandrus, circa annum 1550; inde venit in Jani Gruteri *Inscriptionum Romanarum corpus absolutissimum* (Heidelberg, 1616), t. I, p. lxxxvi, n° 8, opus iterum cusum Amstelodami, anno 1707, servato paginarum et numerorum ordine, sed mutata inscriptione, nempe: *Inscriptiones antiquae totius orbis Romani in*

absolutissimum corpus redactae ... cura J. G. Graevii. — J. Scaliger, *Opus de emendatione temporum* ..., 3ª editione, Genevæ, 1629, p. 427. — *Galeria Giustiniana* (Roma, 1640), t. II, tav. 117. — J. Spon, *Recherches curieuses d'antiquité, contenues en plusieurs dissertations sur des médailles, bas-reliefs*, etc. (Lyon, 1683, in-4°), p. 59; et rursum in editione latina : *Miscellanea eruditae antiquitatis, in quibus marmora, statuae, musiva* ..... *inedita referuntur ac illustrantur*, cura et studio Jacobi Sponii (Lugduni, 1685, in-fol.). Sectio prima, art. primus : Explicatio inscriptionis Græcæ et Palmyrenæ quæ habetur apud Gruterum, sed ibi absque figuris exhibetur (p. 1-4). Insunt : Tabula marmorea, in hortis quondam Carpensibus; Expositio Palmyrenarum litterarum a Samuele Petito Nemausensi; Judicium Antonii Gallandii de præcedenti expositione Sam. Petiti. — Inde W. Fleetwood, *Inscriptionum antiquarum sylloge* (Londinii, 1691), p. 28, n° 5. — F. H. Noris, *Annus et epochae Syromacedonum in vetustis urbium Syriae nummis praesertim Mediceis expositae* (Lipsiae, 1696, in-4°), p. 124 sqq. — Edw. Bernardus et Th. Smithus, *Monumenta Palmyrena* (1698), n° xxiii, p. 14; cf. etiam p. 55, 71. — Thomas Hyde, *Historia religionis veterum Persarum eorumque magorum* ... (Oxonii, 1700, in-4°), p. 116, tab. XIV, e Sponio.

Secuti sunt, sæculo duodevicesimo, J. Rhenferdius, *Periculum palmyrenum* (Franequeræ, 1704, in-4°). — B. de Montfaucon, *L'antiquité expliquée et représentée en figures* (Paris, 1719, in-fol.), t. II, part. 2, chap. iv : Beau monument des dieux de Palmyre, Aglibolus et Malachelus (p. 391); tabula 179 anaglyphum (e Sponio) et inscriptionem accuratius delineatam ex ære Roma misso exhibet. — Joannis Poleni, *Utriusque thesauri antiquitatum romanarum graecarumque nova supplementa* (Venetiis, 1737, in-fol.). Continent, t. IV, col. 407-414, dissertationem «De duobus Numinibus Syriacis in lapide antiquo»; et col. 649-656 recitantur quæ de nostro titulo habet Sponius in supra memoratis *Miscellaneis*. — J. J. Barthélemy, *Réflexions sur l'alphabet et sur la langue dont on se servoit autrefois à Palmyre* (Paris, 1754), p. 21; pl. 3. Opus dein prodiit in *Mém. de l'Acad. des Inscript.*, t. XXVI, p. 592. — J. Swinton, *Philosophical Transactions*, vol. XLVIII, pt. 2 (1754), p. 732; tabula XXX, n° 1. — Fr. E. Guascus, *Musei Capitolini antiquae Inscriptiones* (Romae, 1775), t. I, p. 26, cum imagine monumenti. — *De inscriptionibus Palmyrenis quæ in museo Capitolino adservantur interpretandis epistola F. Aug. Ant. Giorgii*, edita est Romæ, 1782 (in-8°, p. 176, cum quattuor tabulis). Opus recusum est apud J. Bottari, *Mus. Capitol.*, t. IV, p. 413-456, editione altera [1782], curante P. F. Fogginio. Eodem volumine, tab. 18, exhibetur imago monumenti. — Ol. G. Tychsen, *Elementale syriacum* (1793, Rostochii, in-8°), p. 77.

Sæculo proxime elapso nova tentamina adorti sunt docti viri, nempe : Michel Angelo Lanci, *Spiegazione delle due epigrafi palmirene del Museo Capitolino*, velut appendix ad opus : *Osservazioni sul bassorelievo fenico-egizio che si conserva in Carpentrasso* (p. 143-152), anno 1825, Romae, in-4°; de eo vide anonymi notitiam in *Allgemeine Literaturzeitung*, vol. III, col. 265-277 (Hallis, 1828). — J. Godofr. Eichhorn, *Marmora Palmyrena explicata* (1824), p. 98. — Platner, *Beschreibung der Stadt Rom* (Stuttgart, 1832), t. III, p. 158, n° 6. — Righetti, *Descrizione del Campidoglio* (Roma, 1833), t. I, p. 129, tav. CXXIX. — Rursum M. A. Lanci, *Paralipomeni alla illustrazione della sagra scrittura per monumenti* ... (Parigi, 1845), t. I, p. 29-37, tav. II. — Félix Lajard, *Annales de l'Institut de correspondance archéologique* (Paris, 1847), t. XIX, p. 47 et suiv.; tabulæ inveniuntur in opere inscripto *Monumenti inediti publicati dall' Istituto di corrispondenza archeologica*, t. IV, pl. 38. De monumento rursum egit anno 1854 in *Recherches sur le culte du cyprès pyramidal chez les peuples civilisés de l'antiquité* (opus quod prodiit tantum anno 1861 : *Mém. de l'Acad. des Inscript.*, t. XX, part. 2), pl. III. — M. A. Levy, *Die Palmyrenischen Inschriften*, n° xvi, *Z. D. M. G.*, t. XVIII [1864], p. 99; cf. Abr. Geiger, *Bemerkungen, ibid.*, p. 598. — A. Merx, *Bemerkungen über bis jetzt bekannte aramäische Inschriften* (*ibid.*, t. XXII [1868], p. 688). — Rursum M. A. Levy, *Zu den Palmyrenischen Inschriften* (*ibid.*, t. XXIII [1869], p. 289). — W. W. Baudissin, *Studien zur semitisch. Religionsgesch.* (Leipzig, 1876), t. II, p. 193. — W. Helbig, *Führer durch die öffentl. Sammlungen klass. Alterth. in Rom* (Leipzig, 1891), I, p. 322, n° 423. — Nonnullorum qui de imaginum significatione disseruerunt nomina reperies apud W. H. Roscher, *Lexicon der Griechischen und Röm. Mythologie*, s. v. *Malachbelos*, ubi etiam de titulo sequenti. Adde V. Bérard, *Origine des cultes arcadiens*, Paris, 1894, p. 265. — M. Lidzbarski, *Handbuch d. Nordsem. Epigr.*, p. 477; tab. XLII, 9. — G. A. Cooke, *A Text-Book of North-semitic Inscriptions*, p. 301, n. 1. — M. J. Lagrange, *Études sur les religions sémitiques* (Paris, 1905), p. 509.

Titulus græcus : *C. I. G.*, n° 6015. Kaibel, *Inscript. græcæ Siciliæ et Italiæ*, n° 971. *Inscript. Græcæ ad res Romanorum pertinentes*, I, n° 45. — Quattuor versibus exaratus; sic legendus est :

Ἀγλιβώλῳ καὶ Μαλαχβήλῳ πατρῴοις θεοῖς
καὶ τὸ σίγνον ἀργυροῦν σὺν παντὶ κόσμῳ ἀνέθηκε
Τ. Αὐρ. Ἡλιόδωρος Ἀντιόχου Ἀδριανὸς Παλμυρηνὸς ἐκ τῶν ἰδίων ὑπὲρ
σωτηρίας αὐτοῦ καὶ τ(ῆς) συμβίου καὶ τ(ῶν) τέκνων, ἔτους ζμΦ' μηνὸς Περιτίου.



Palmyrena inscriptio, infra græcam exarata, sic transcribenda et vertenda est :

1 לענלבול ומלכבל וסמיתא די כספא ותצביתה עבד מן כיסה ירחי בר חליפי בר
2 ירחי בר לשמש שעדו על חיוהי וחיא בנוהי בירח שבט שנת 547

1 *τοῖς ʿAglibôl et Malakbêl, et signum argenteum et ornamentum ejus fecit de sua crumena Iarḥai filius Ḥaliphî, filii*

2 *Iarḥai, filii Lišamš (filii) Šoʿadu, pro salute sua et salute filiorum suorum; mense Šebaṭ anni* DXXXXVII.

Versus 1. De diis ענלבול, ʿAglibôl, et מלכבל, Malakbêl, simul ac de ceteris numinibus quæ in titulis palmyrenis memorantur, dicemus in Appendice II. — סמיתא, vox græcæ originis : *σημεῖον*; cf. varias formas in libris targum. et talmud. : סְמָן, סִימָא, סְמָיוֹן; hic autem, latino vocabulo, græce scripto, *σίγνον* respondet. Conjunctio «et», tum græco tum palmyreno textu adhibita, præter hanc tabulam donarium aliud metallicum templo oblatum fuisse innuit. — תצביתא, *κόζμος* «ornatus», e verbo צבת «decoravit, ornavit». Lectio *κόζμος* pro *κόσμος* Syris familiaris est; scribunt ܩܘܙܡܐ nom. propr. *Cosmas*. — מן כיסה, *ἐκ τῶν ἰδίων*. כיס seu כיסא vox communis est hebræis, syris, arabibus, qua designatur «marsupium, crumena». Etymon ab assyrio *kîsu* repetendum.

ירחי, nomen vulgatissimum apud Palmyrenos; græce Ἰαραῖος (nis 3959, 3994), latine *Ierraeus* (Lidzbarski, *Ephem.*, II, p. 341); coarctatum est e ירחבולא (vide sub n° 3914) et, cum sit ירחבול numen solare, non inepte hic vertitur Ἡλιόδωρος. — חליפי, Ἀντίοχος. Plura nomina palmyrena e radice חלף deducuntur : חלפא, חלפי, חליפא (fem. חליפת), חלפונא, חלפתא. Cum autem radici sensus «mutandi, substituendi» inhæreat, non male nomen græcum Ἀντίοχος electum est ut qualicunque modo significatio nominis palmyreni exprimeretur. Cf. nom. nabat. חלפו (n° 209), חליפו (n° 1293), חלפאלהי (n° 206). Vocales apposuimus ad analogiam ceterorum nominum ejusdem formæ, ut חביבי *Habîbî*, בריכי Βαρείχεις, etc.

Versus 2. לשמש, ad litteram «τῷ Soli»; græce, in titulo bilingui, sub n° 3963, Λίσαμσος; cf., quoad sensum, nomen hebr. שִׁמְשׁוֹן. Ab illo deductum est לשמשי, (græce Λισαμσαῖος, sub nis 3920, 3998), addito י in fine ad significandam relationem, secundum Nöldeke (*W. Z. K. M.*, t. VI, p. 315). Cf. nomen aram. שִׁמְשַׁי (*Esdr.*, IV, 8). — שעדו, gr. Σόαδος, in titulo bilingui, sub n° 3920. Coarctatum e nomine theophoro, v. gr. שעדלת, שעדאל. Longe frequentius occurrit apud Nabatæos; cf. arab. سَعْدٌ. Cognata sunt שעדי, שעדא nomina quæ infra reperiemus. — Inter לשמש et שעדו mente subaudiendam esse filiationis notam comprobant tituli multi postea explicandi. In græco deest genealogia, sed dicitur auctor Ἀδριανὸς Παλμυρηνός, id est ex Hadriana Palmyra; vide sub n° 3913, infra, p. 59, col. 1.

על חיוהי, *ὑπὲρ σωτηρίας αὐτοῦ*; ad litteram «pro vita sua»; locutio rarior in titulis aramaicis (cf. nnn 114) aut nabatæis (nis 158, 336), trita est apud Palmyrenos.

Erectus est titulus mense februario anni p. Chr. 236.

3903

(Tab. I.)

Romana 2.

Ara marmorea, quæ nunc in Museo Capitolino asservatur. De loco et tempore inventionis vide sub n° 3902. Lapis est quadratus, altus $0^m,54$, latus in medio $0^m,23$; quattuor facies sculptis figuris decoratæ sunt : in facie anteriore, supra titulum latinum, protome dei Solis aquila vecta; in latere intuenti sinistro, supra palmyrenam inscriptionem, quadriga gryporum vehitur juvenis cujus capiti Victoria coronam imponit; in latere dextero, protome sacerdotis velati, et culter falcis modo incurvus; in facie posteriore, protome juvenis ex arbore, quam cupressum dicunt, emergentis et arietem humeris ferentis. Imagines inscriptionum damus ad ipsum monumentum expressas.

Qui titulum palmyrenum ediderunt aut interpretati sunt, fere idem sunt quos recensuimus sub n° 3902, nempe :

J. Sponius, *Recherches curieuses d'antiquité*, p. 69 (cum figuris), et iterum, *Miscellanea eruditae antiquitatis*, p. 3. — F. H. Noris, *Annus et epochae Syromacedonum*, p. 124. — In *Philosophical Transactions*, t. XIX, p. 525, vulgata est *Letter from M. Octavian Pulleyn giving an Account of an Inscription there found in the Language of the Palmyreni* (data Romæ, die 16 martii 1696) et inde in *The Philos. Transact. and Collections abridg'd*, t. III, 3ª ed. [Londini, 1722], p. 524. — Th. Hyde, *Hist. religionis veterum Persarum*, p. 116, tab. XIV. — D. de Colonia, *Antiquitez de la ville de Lyon* (Lyon, 1701), p. 96 (e Sponio). — H. Relandus, *Palæstina ex monumentis veteribus illustrata* (Trajecti Batavorum, 1714), p. 526, addita accuratiore delineatione ab ipso marmore curis Jani Massoni Roma transmissa. — Montfaucon, *L'antiquité expliquée*, t. II, p. 2, cap. IV, p. 392, tab. 179. — J. Polenus, *Utriusque thesauri ... supplementa*, t. IV, p. 407. — J. Barthélemy, *Réflexions sur l'alphabet*, tab. 3 (*Mém. de l'Acad.*, t. XXVI, p. 592). — J. Swinton, in *Philosophical Transactions*, vol. XLVIII, p. 752; tab. XXX, n° 3 (inscr. palmyrena e Relando, latina e Sponio). — Fr. E. Guascus, *Mus. Capitol. inscript.*, t. I, n° 11, p. 24. — Giorgius, *De inscriptionibus palmyrenis ... epistola*, p. 107. — P. F. Fogginius, *Museum Capitolinum*, t. IV, p. 87. — Ol. G. Tychsen, *Elementale syriacum*, p. 76. — M. A. Lanci, *Osservazioni*, p. 151. — J. G. Eichhorn, *Marmora Palmyrena*, p. 117. — Platner, *Beschr. des Stadt Rom*, III, p. 247. — Gesenius, *Allgemeine Encyklopaedie* [Ersch und Grüber] (Leipzig, 1837) s. v. *Palāographie*. — Lanci, *Paralipomeni ...*, t. I, p. 29-37; tav. III. — C. Boetticher, *Der Baumcultus der Hellenen* (Leipzig, 1856), t. I, fig. 47; et *Ideen zu Kunst-Mythologie*, t. I, p. 239, tab. I. — F. Lajard, *Annales de l'Institut de correspondance arch.*, t. XIX (1847), p. 33; *Monumenti inediti*, t. IV, pl. 38; et *Mém. de l'Acad. des Inscriptions*, t. XX, part. II, pl. III. — M. A. Levy, *Die palmyrenischen Inschriften*, n° xvii (*Z.D.M.G.*, t. XVIII, p. 101) et rursum *Zu den palmyrenischen Inschriften* (*ibid.*, t. XXIII, p. 289). — W. Baudissin, *op. supra laud.* — M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsem. Epigraphik*, p. 477; tab. XLII, 10. — Nuper autem imaginum novam interpretationem proposuit R. Dussaud, *Notes de mythologie syrienne* (Paris, 1905), p. 59 et seqq. — J. M. Lagrange, *op. supra laud.*, p. 510.

Titulus latinus : *C. I. L.*, t. VI, n° 710 (= 30817), ubi longus ordo eorum qui de monumento egerunt recitatur; addita est interpretatio palmyreni textus a cl. v. J. Gildmeister elaborata.

Inscriptio, sex versibus constans (vide imaginem) sic legenda est :

Soli sanctissimo sacrum. Ti. Claudius Felix et Claudia Helpis et Ti. Claudius Alypus fil(ius) eorum votum solverunt libens merito Calbienses de coh(orte) III.

Inscriptionem palmyrenam cursivis, ut aiunt, litteris exaratam, sic transcribe et verte :

עלתא דה למלכבל ולאלהי תדמר	1	*Aram hanc Malacbelo et diis Palmyræ*
קרב טבריס קלודיס פלקס	2	*obtulerunt Tiberius Claudius Felix*
ותדמריא לאלהיהן שלם	3	*et Palmyreni diis suis. Pax!*

Versus 1. תדמר, nomen semiticum urbis Palmyræ; vide infra, sub n° 3913 (p. 59, col. 1).

Versus 2. קרב, 3ª pers. plur., sine ו in fine. Nomina sunt latina, palmyrenis litteris scripta. Pro פלקס, expectes פלכס; in titulis neopunicis פלכש.

Versus 3. ותדמריא « et Palmyreni »; copula ו innuit aut nomina Helpidis et Alypi lapsu prætermissa esse, aut alios viros in titulo latino non memoratos dedicationis participes fuisse. — לאלהיהן; nota formam pronom. suffixi tertiæ pers. masc. plur., quod modo הן modo הון, sine discrimine in nostris titulis scriptum est. — שלם « pax »; acclamatio qua incolumitas a diis exoptatur, frequens in titulis nabatæis, rarior in palmyrenis.

Quid sint *Calbienses*? Incertum est. Fuerunt inter antiquos interpretes qui cogitarunt de civitate Calaba (de qua vide d'Anville, *L'Euphrate et le Tigre*, p. 14) prope Edessam, quod probare videtur Levy; conjectura solido fundamento destituta; nimis enim a Palmyra remotus est locus. Huelsen (*C. I. L.*, t. VI, sub n° 30855) satis pronus est ut admittat *Calbienses* scriptum fuisse pro *Galbenses*, qui nomen ab horreis Galbianis duxerunt, quod verum esse potest; fingere tamen licet Calbienses fuisse gentem quamdam Palmyrenam, nempe בני כלבא, uti Χομαρηνοί sunt בני כמרא, et hic gentilicium poni pro ethnico « Palmyreni », quod sæpe occurrit in titulis græcis vel latinis Palmyrenorum cura erectis.

Titulum titulo superiori coævum omnes profitentur.

3904

(Tab. I.)

Romana 3.

Tertius titulus seu rectius tituli fragmentum, anno 1860, Romæ, extra portam Portuensem, passus circiter quingentos a muris, inventum est, dum ibidem rerum antiquarum curiosi investigationibus incumbunt, quarum notitiam dedit prof. C. L. Visconti : *Escavazioni della vigna Bonelli negli anni 1859 e 60* (*Annali dell' Instituto di corrispondenza archeologica*, Roma, 1860, t. XXXII, p. 415 et seqq.), ubi etiam imaginem monumenti tradidit. Est autem cippus valde mutilus, qui, quantum judicare licet, ejusdem formæ fuit ac cippus sub n° 3902 descriptus. Fragmenta duo reperta sunt. Anaglyphum tres saltem figuras exhibuit; duas virorum quorum crura tantum supersunt, braccis induta, orientalium more; tertiam mulieris, cujus solum caput servatum est. At vero, cum videatur fragmentum majus (0m,31 longum) vix dimidiam partem inscriptionis præbere, valde probabile est quartam figuram omnino deficere. Margine inferiore exarata fuit inscriptio duplici lingua concepta, græca scilicet et palmyrena. Exstat in Museo Capitolino una cum aliquot titulis græcis et latinis palmyrenæ originis eodem loco repertis quos damus in Appendice I. Apud nos ectypum gypseum asservatur, e quo efficta est imago nostra.

Titulum edidit M. A. Lanci, *Iscrizione bilingue* (*Bullet. dell' Inst. di corrisp. archeolog.*, 1860, p. 58-61). — De eo egerunt (R. Garrucci), *Civiltà cattolica*, ser. IV, vol. X [1861], p. 608. — M. A. Levy, *Drei palmyrenische Inschriften* (*Z.D.M.G.*, t. XV [1861], p. 619); et rursum *Die Palmyrenischen Inschriften*, n° xviii (*ibid.*, t. XVIII [1864], p. 105). — Postea M. de Vogüé, *Syrie centrale, Inscriptions sémitiques*, p. 64, n. 2, veriorem interpretationem tradidit. — Rursum M. A. Levy, *Zu den palmyr. Inschriften* (*Z. D. M. G.*, t. XXIII, p. 290).

Titulus græcus : Kaibel, *Inscr. gr. Siciliae et Italiae*, n° 972. *Inscript. Gr. ad res Rom.*, I, n° 46.

Fracto lapide a parte dextera, initium inscriptionis palmyrenæ et finis græcæ perierunt; quæ supersunt sic se habent :

שושעדוברתימאלשמשיוקרבו

ΘΕΟΙCΠΑΤΡΩΟΙC·ΒΗΛΩΙ·ΙΑΡΙΒΩ

ΑΝΕΘΗΚΑΝ·ΜΑΚΚΑΙΟCΜΑΛΗΤ

Præterea, anaglypho muliebris figuræ, in angulo summo monumenti dextero, adscriptum est nomen ACTAPTH.

Inde patet cippum a duobus viris, quorum nomina alterum palmyreno alterum græco textu servata sunt, tribus saltem numinibus dicatum fuisse. Græcus textus duobus versibus, eisque longissimis, constitit; e palmyreno satis probabiliter partim restitui potest hunc in modum :

Θεοῖς πατρῴοις Βήλῳ Ἰαριβώλ[ῳ Ἀγλιβώλῳ καὶ Ἀσ]άρτῃ . . . . .]
ἀνέθηκαν Μακκαῖος Μαλῆ τ[οῦ Λισάμσου καὶ Σόαδος Θαιμοῦ τοῦ Λισαμσαίου]

(Impressum mense januario anni 1924.)

Vicissim e græco palmyrenum, uno versu scriptum, cum aliqua probabilitate hunc in modum complere licet :

[לבל וירחבול וענלבול וע..... עבדו מקי בר מלא לשמ]ש ושעדו בר תימא לשמשי וקרבו

Id est :

[τοῖς *Bêl, Iarḥibôl, ʿAglibôl et ʿAstartê : fecerunt Maqqai, filius Malê, (filii) Lišam*]*š, et Soʿadu, filius Taimê, (filii) Lišamšai, et obtulerunt.*

In textu græco restituimus nomen dei Agliboli post nomen Iarḥiboli ad analogiam græcæ inscriptionis monumento palmyreno exaratæ, quod, Emesæ repertum et a rev. S. Ronzevalle vulgatum, anaglyphis ornatum est et magnam cum nostro similitudinem habet; inscriptionem damus in Appendice I; imaginem autem vide in *Comptes rendus de l'Acad.*, ann. 1902, p. 235.

Num initio textus palmyreni revera fuerit scriptum nomen בל, incertum est; multi quidem opinantur Belum alterum nomen seu epitheton esse Iarḥiboli; vide quæ de utroque numine dicuntur in Appendice II. — Nomen deæ ʿAstarte nondum in titulis palmyrenis repertum est, sed videtur inclusum in nominibus עבדעסתור (n° 4418), עשתורנא (n° 4199). — קרבו; ultimum signum ו Levy et Vogüé legerunt, et satis probabile est, sed non omnino certum; fortasse sit signum expletivum, quale habemus sub n^is^ 3966, 3999, etc.

Nomina מקי et מלא restituimus; hæc enim sunt quibus Μαχχαῖος et Μαλῆς vertuntur in titulis bilinguis; vide sub n^is^ 3910, 3936. — שעדו, jam sub n° 3902. — תימא, græce Θαιμῆς (n° 3920), latine *Themes*, gen. *Themi* (*R.É.S.*, 52; et infra, App. I). Decurtatum videtur e nomine theophoro, v. gr. תימלת (sub n° 4589); cf. nabat. תימו, תימלהי; et palmyr. תימי, gr. Θαιμαῖος, infra, sub n° 3979.

Adverte quomodo genealogiæ producantur in nostris titulis : in græco omittitur articulus τοῦ ante nomen patris et reponitur ante nomen avi; in palmyreno vox בר præponitur nomini patris et sæpius omittitur ante nomen avi aut proavi.

De tituli ætate nihil certi definire valemus; scriptura palmyrena similis est scripturæ tituli sub n° 3902 editi; uterque eidem tempori, primis scilicet decenniis sæculi tertii p. Chr., adscribendus videtur.

3905

(Tab. I.)

Romana 4.

Tabula marmorea, alta o^m^,54, lata ad marginem superiorem o^m^,27, ad inferiorem o^m^,21. Venit olim in possessionem prof. Æmiliani Sarti, qui in suis schedis inventionis tempus tacuit, sed locum « in vinea Corsi, via Appia » notavit; post ejus mortem inlata est in Museum Capitolinum, ubi nunc exstat. Ea inscriptus est titulus sepulcralis duplici lingua, latina et palmyrena, conceptus. Ectypum sumpsit J.-B. Chabot e quo efficta est imago nostra.

Edidit et interpretatus est Henricus Fabiani, *Nuova iscrizione bilingue latino-palmirena del Campidoglio* (*Bullettino della Commissione Archeol. comunale di Roma*, anno 1878, t. VI, p. 153-161), addita imagine. Vide quoque ejusdem *Appendice all' articolo sulla bilingue iscrizione di Habibi*, ibid., p. 272-274. — Repetiit W. Wright, *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, vol. VII, p. 1 (1880), p. 3. — De eo egit Ch. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. or.*, t. II, p. 386; vide etiam J. B. Chabot, *Notes d'épigraphie*, in *Journ. asiat.*, 1898, II, p. 109. — Repetiit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsemit. Epigraphik*, p. 481; tab. XLI, 1.

Titulus latinus : *C.I.L.*, t. VI, 19134. — Legendus est :

D(is) M(anibus). Habibi Annubathi f(ilius) Palmurenus v(ixit) an(n)is XXXII, *m(ensibus)* V, *d(iebus)* XXI. *Fecit heres frater.*

Palmyrenam scripturam sic transcribe et verte :

נפש חביבי בר	1	*Monumentum Ḥabîbî filii*
מלכו אנבת חבל	2	*Malku Annubat. Heu !*

Speciem litterarum, quæ ad formas cursivas deflectunt quasque typis exprimere non valemus, vide in tabula.

Versus 1. נפש, נפשא, monumentum, *σήλη*. De sensu hujus vocabuli in funereis inscriptionibus et de monumenti significatione, vide R. Duval, *Rev. sémitique*, ann. 1894, p. 259, et Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. or.*, II, p. 190. In palmyrenis autem vox sive sepulcrum (hic et sub n^is^ 3907, 3908, 4164, etc.), sive anaglyphum defunctæ personæ (n° 4328) designat. Duplici genere usurpatur: masculino aut feminino; quod jam observatum est in titulis nabatæis. Num autem genus vocabuli pro sexu personæ mutabatur, saltem cum defuncti imaginem designet, uti accidit in voce צלם (vide sub n° 3915), probabile est, sed hucusque exempla deficiunt.

חביבי, *Habibi*. Cf. gr. Αβιβος, Ἀβεῖβος (Waddington, n^is^ 2103, 2189, etc.), quæ tamen potius respondent nabatæo חביבו. E radice חבב «amavit». E forma nominis palmyreni dubium movet Clermont-Ganneau «num littera י sub finem indicium sit flexionis?» Sed obstat et latina transcriptio, et usus ejusdem formæ חביבי recto casu sub n^is^ 4309, 4310, etc. Melius ergo interpretandum cum Nöldeke «dilectus meus».

Versus 2. מלכו; nomen non est latine transcriptum. Editores legerunt מלכי; sed cum id nomen alibi non occurrat in titulis palmyrenis, et cum in scriptura cursiva sæpe fere nullum sit discrimen inter litteras ו et י, legendum מלכו nobis videtur. Si vera lectio sit מלכי, *Malkai* efferendum suspicamur ad analogiam multorum nom. palmyr., ut זבי, ירי, ירחי, etc. Nomini gr. Μαλχαίου [genit.] (Wadd., 2413*j*), in regione Nabatæorum invento, respondet potius מלכיו (in proscynemate Hegrensi; *R. E. S.*, n° 1123). — אנבת, *Annubathus;* infra, sub n° 3960 : אנובת, nomen gentis, ut videtur. Hic autem cognomen esse Malchi e titulo latino elicere licet.

De ætate tituli nil certi definiendum; e litteris latinis illum adscribunt rei epigraphicæ periti fini alterius aut initio tertii sæculi p. Chr.

CAPUT III.

INSCRIPTIONES PALMYRENÆ IN DACIA REPERTÆ.

ARTICULUS UNICUS.

LOCUS KARANSEBES DICTUS.

3906

Karánsebes hodie vocatur Daciæ oppidum non longe a castello Tibisco tabulæ Peutingerianæ situm. Ibi aliquot tituli latini reperti sunt; vide *C. I. L.*, III, 1548 et seqq. Anno 1880, Carolus Torma invenit etiam titulum sepulcralem tabula lapidea inscriptum, altum $1^{m},08$, latum $0^{m},50$, duplici lingua conceptum, latina et palmyrena. Exstat nunc in civitate Temeswár, in museo Societatis archæologicæ Hungariæ meridionalis (*Südung. histor. archaeol. Verein*). Imaginem hic damus quam ab ectypo delineavit J. Euting; monumenti enim effigiem obtinere frustra conati sumus.

Edidit Carolus Torma, sub n° 72 inter suas *Inschriften aus Dacia, Moesia superior und Pannonia inferior,* in ephemeride *Archæologisch-epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich,* anno VI, p. 121 (Wien, 1882), cum commentatione Th. Nöldeke, qui titulum retractavit eodem diario, anno XIII (1890), p. 180. — Repetiit M. Lidzbarski, *Handb. der nordsem. Epigraphik,* p. 482.

Titulus receptus est in *C.I.L.*, t. III, n° 7999. Ad lapidem contulit Domaszewski et sic edidit :

D M M
FL·GVRAS·IIDDEI.
▨TIO·EX N PALMVR.
▨XIT·ANN·XXXII·MIL
▨N XXI·AEL·HABIBIS
▨TIF ET H B·M·P
(*palmyrena*)

Id est : *D(is) M(anibus). Fl(avius) Guras Iiddei (filius) [op]tio ex n(umero) Palmur(enorum) [vi]xit ann(is) XXXXII mil(itavit) [an]n(is) XXI. Ael(ius) Habibis [pon]tif(ex) et h(eres) b(ene) m(erito) p(osuit).*

Palmyrenas autem litteras, unico versu infra titulum latinum inscriptas, sic transcribe et verte :

נורא ידי הפטין *Gura (filius) Iaddai, optio.*

Numeri Palmyrenorum in Dacia agentis aliquot documenta supersunt (*C.I.L.*, III, 837, 7693, 14216); cf. Appendicem I. — *Habibis*, lectio omnino certa, respondet palmyreno חביבי (vide sub n° 3905). — Gentilicium *Aelius* apud Palmyrenos maxime in usu fuit postquam imperator Hadrianus Palmyram visitavit; vide sub n° 3959.

נורא, latine *Guras*, rursum inveniemus sub n^is^ 4343, 4348; cf. nom. græcum Γουρᾶ [genit. casu] apud Waddington, n° 2645; et etiam palmyr. נורי sub n° 4281; syriace ܓܘܪܐ, nomen episcopi civitatis Sušter initio sæculi quinti (Chabot, *Synodicon orientale*, p. 42). — ידי, latine *Iiddei* [gen.], sed infra, in titulo bilingui, Ἰαδδαῖος (n° 4192). Coarctatum e nomine a verbo ידע «cognovit» deducto; cf. ידיעבל, gr. Ἰεδειβηλος, sub n° 3925. — הפטין : ratio scribendi magis cum græco ὁπλίων quam cum latino «optio» congruit. Cf. Clermont-Ganneau, *Rec. d'archéol. or.*, VIII, p. 119.

Probabilius circa finem alterius aut initio tertii sæculi p. Chr. exarata est inscriptio.

CAPUT IV.

INSCRIPTIONES PALMYRENÆ IN MŒSIA INFERIORE REPERTÆ.

ARTICULUS UNICUS.

TOMI.

3907

(Tab. I.)

Oppidulum hodie *Kœstandje* (Constantia) dictum, ad littus occidentale Ponti Euxini, locum tenet quo olim Tomi fuere, monente Kieperto (*C.I.L.*, III, p. 997). Ibi inventus est, paucis abhinc annis, cippus palmyrena scriptura signatus; non quidem in situ, sed in muris tumuli christiani circa sæc. sextum erecti. Lapis altus est $1^{m},30$, latus $0^{m},41$, crassus $0^{m},15$-$0^{m},19$. Sola facies anterior lævigata est; in parte superiori ficta sunt fastigium triangulare et acroteria duo; infra, tabula lata $0^{m},34$, alta $0^{m},55$, incisi sunt, rectis lineis, decem versus inscriptionis. M. Lidzbarski nobiscum communicavit ectypum e quo efficta est imago nostra. Exstat nunc Bucaresti, in museo publico.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semitische Epigraphik*, t. III, p. 30 (1909), tab. IV. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1038.

Legimus et vertimus :

נפשא דניחת טמא	1	*Monumentum quo requiescunt ossa*
ברלל בת	2	*Beryllulæ (?) filiæ*
בכרו בת	3	*Bakru, filiæ*
בבת בת	4	*Babat, filiæ*
אחתה	5	*sororis*
דארת אתת	6	*τῆς Arat(?), uxoris*
משלם בר	7	*Mašlam, filii*
עוב אביה	8	*ʿUb, patris τοῦ*
דחירן	9	*Ḥairan..*
חבל	10	*Heu!*

Versus 1. ניחת טמא «requies ossium»; cf. syr. ܢܝܚܘܬܐ, eodem sensu. טמא, vox plur.; apud Judaeos טְמֵיא; sed jam apud Syros Edessenos recepta fuit forma ܥܛܡܐ (H. Pognon, *Inscriptions sémitiques*, n^{is} 2, 49). Etymon ab עצם (heb. et phœn.), عَظْم, **עצמ**, repetendum; cf. Nöldeke, *Zeitschr. für Assyriol.*, t. XXI, p. 152.

Versus 2. ברלל vel בדלל : nomen incertæ et potius barbaræ quam semiticæ aut græcæ originis; nec omnino placet «Beryllula», quod, deficiente meliori forma, in versione recepimus.

Versus 3. בכרו, nom. muliebre, cum Lidzbarski ad arab. بِكْر componere licet; nomen masc. apud Nabatæos (supra, n° 257), frequens occurrit in titulis sinaïticis.

Versus 4. בבת, nom. fem., quod satis apte ad vocem בָּבָא, emphatice בָּבְתָא, «pupilla» oculi, apud talmudistas et Syros, referri potest.

Versus 6. ארת vel אדת : nomen feminini generis esse suadet forma. Cum nom. punico ארת (p. I, n° 713) nihil commune habere videtur, sed probabilius e longiori vocabulo coarctatum est.

Versus 7. משלם; contulit Lidzbarski arab. مَسْلَمَ.

Versus 8. עוב : aramaice «sinus» significat. Non deerunt qui nominibus בכרו, בבת, ארת, עוב semiticam originem denegent.

Versus 9. חירן, nomen apud Palmyrenos sæpius occurrit; aliquantisper tamen dubia est littera ח, fortasse צירן (vel צידן) legendum.

Non tantum insolenti nominum forma, sed et ipsa syntaxi a ceteris titulis recedit inscriptio. Relationis particula ד pro די, etiam cum suffixo antecedente, ut fert usus Syrorum, adhibetur : ″אחתה ד, ″אביה ד; sunt quidem alia exempla, pauca tamen. Genealogia, præter morem, per mulieres traducitur. Cognatio denique non satis perspicue indicatur; «filia sororis» Arat esse potest vel Babat vel, quod probabilius videtur, Beryllula; item, «uxor» τοῦ Mašlam esse potest vel Arat vel Beryllula; rursum, «patrem» τοῦ Ḥairan esse Mašlam potius quam 'Ub opinamur. Stemma familiæ ita ordinavit Lidzbarski :



Verumtamen ægre intellegitur cur nomina virorum Mašlam et Ḥairân apponantur in titulo, nisi alter maritus, alter filius aut privignus defunctæ mulieris fuerit; hac enim ratione genealogia etiam fingi potest :



Quantum conjicere licet, erectus est titulus medio sæculo tertio, curis Mašlam viri palmyreni, qui negotiationis causa Mœsiam petierat et uxorem alienigenam ibi duxerat.

CAPUT V.

INSCRIPTIONES PALMYRENÆ IN NUMIDIA REPERTÆ.

ARTICULUS I.

CALCEUS HERCULIS.

3908

(Tab. II.)

Africana 1.

Oasis in faucibus *El-Kantara* appellatis sita locus fuit ubi, exeunte sæculo secundo tertiique initio, castra posita erant numeri Palmyrenorum angustias tuentis, qui de nomine loci etiam numerus Herculis nuncupatus est, sub præposito centurione legionis III[æ] Augustæ. Aliquot tituli latini ibidem militum curis exarati ad nos usque pervenerunt (vide Appendicem primam), et etiam unus duplici lingua conceptus, latina scilicet et palmyrena, quem, anno 1847, centurio in exercitu gallico Boissonet nomine, invenit et delineavit. Ejus apographum Parisios missum, et ligno incisum, vulgatum est in ephemeride *Revue archéologique*, anno 1848. Illud emendatum hic subjicimus; tabula autem imaginem ab ectypo damus. Lapis altus est $0^{m},44$, latus $0^{m},30$; ejus fortunam ignoramus.

Edidit H. dux de Luynes, *Lettre à M. de Saulcy sur une inscription bilingue trouvée en Afrique*, in ephemeride *Revue archéol.*, IVe année [1848], 2e part., p. 702-705. — De eo egerunt : A. Judas, in *Annuaire de la Société archéologique de Constantine*, 1856-1857, p. 1-24; et in *Revue archéologique*, XVIe année [1859], p. 65-69. — M. A. Levy, *Einige Bemerkungen ... über zwei in Nordafrika gefundene lateinisch-palmyrenische Inschriften* (*Z. D. M. G.*, t. XII [1858], p. 209-219), et rursum : *Die palmyrenischen Inschriften*, n° XIX (*ibid.*, t. XVIII [1864], p. 109). — A. Merx, *Bemerkungen über bis jetzt bekannte aramäische Inschriften* (*ibid.*, t. XXII, p. 689). — M. de Vogüé, *Syrie centrale. Inscriptions sémitiques*, p. 57, n. 1. — Rursum M. A. Levy, *Zu den palmyrenischen Inschriften* (*Z.D.M.G.*, t. XXIII [1869], p. 289). — Th. Nöldeke, *ibid.*, t. XXIV [1870], p. 86, 87, 89, 97. — Léon Renier, *Inscriptions romaines de l'Algérie*, Paris, 1855-1886, p. 213, n° 1639. — Ch. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. or.*, t. II, p. 126. — M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsem. Epigraphik*, p. 482; tab. XLI, 11. — G. A. Cooke, *A Text-Book of North-semitic Inscriptions*, n° 146. — J.-B. Chabot, *Glanures palmyréniennes* (*Journ. asiat.*, 1918, II, p. 298).

Titulus latinus : *C. I. L.*, t. VIII, n° 2515. — Quinque versibus constat et sic legendus est :

D(is) M(anibus) S(acrum). Surecus Rubatis Pal(murenus) sag(ittarius) c(enturia) Maximi (vixit) ann(is) XLV mi(li)tavit an(nis) XIIII.



נפשא דנה די	1	*Monumentum istud (est)* τοῦ
שריכו בר רבת	2	*Soraiku, filii Rubat,*
תדמוריא קשטא	3	*Palmyreni, sagittarii*
קטריא מכסמוס	4	*centuria Maximi,*
בר שנת 4[5]	5	*nati annos XXXX*[V].
חבל	6	*Heu!*

Versus 1. נפשא, hic masc. gener. adhibetur, ut apparet e pronom. דנה, quia de viro agitur; recole dicta sub n^is^ 3904.

Versus 2. שריכו, latine *Surecus* (ita enim legendum est, teste ectypo), græce Σόραιχος, in titulo bilingui sub n° 3950. Etiam scriptum est סריכו, sub n^is^ 3940, 4066. Conferunt arab. شَرِيك «socius, consors»; sed græcæ vocales deminutivum innuunt. — רבת, *Rubatis* [gen.]; contulit arab. رُوَيْبَة Nöldeke (*Z.D.M.G.*, XXIV, p. 89). Rursum occurrit sub n° 4353; cf. etiam nomina masc. רבבת (n° 3980) et רבותי (n° 4371).

Versus 3. קשטא «sagittarius»; veram lectionem invenit Judas; vertit Levy «sacerdos», latini tituli interpretatione deceptus, in quo SAC legerat pro SAG. Inter omnes Syros Palmyreni sagittandi peritia famosi fuerunt; vide quæ de eis fabulantur Rabbini, apud Neubauer, *Géographie du Talmud*, p. 303.

Versus 4. קטריא, vox latina *centuria*, (cf. קטריונא, «centurio», sub n° 3962); littera נ, pro more, assimilata, ut in סדקיא, *σύνδικοι*, סקלטיקא, *συγκλητικός*; etc. — מכסמום, *Maximus*, nomen latinum. — Hucusque omnes legerant קטרי מאכסמום, apographo Luyniensi decepti; sed ectypum lectionem nostram, quam jam conjecerat Nöldeke (*loc. cit.*), nitide exhibet.

Versus 5. Annorum numerus, XLV in titulo latino, videtur esse L in palmyreno; sed tertium signum, quod X legerunt in apographo, parum perspicuum est in ectypo, et suspicamur esse numerum V hunc in modum ⌐ descriptum.

Littera ר puncto superno ubique notata est.

Exaratus videtur titulus sub finem sæculi p. Chr. secundi.

3908 *bis.*

(Tab. II.)

Africana, 3.

Cippus pediculo instructus, latus o^m^ 34, a parte superiore mutilus. Loco *el-Kantara* dicto, ab h. v. G. de Vulpillières repertus est, et ibidem apud eum asservatur. Anaglypho valde attrito exhibetur vir togatus, stans inter duas columnas, manu dextera uvam, ut videtur, tenens. Infra pedes viri, tabella quadrata, o^m^ 19 lata, o^m^ 055 alta, inscriptus est titulus palmyrenus, tribus lineis, cursivis, ut aiunt, litteris. Imaginem, ad ectypum quod sumpsit noster Stephanus Gsell expressam, damus duplicem : alteram nudam, alteram in qua adumbratæ sunt litteræ.

Haec legimus :

נפשא דנה די רפאל
בר נשא [ת]י[מ]י
חבל 527

Monumentum hoc (est) τοῦ Rephaêl,
filius Neša (filii) [Ta]i[m]ai. (Anno)
DXXVII. Heu!

Versus 1. רפאל, nomen occurrit sub n° 3916.

V. 2. Scriptura parum perspicua; litteræ uncis inclusæ incertæ sunt. — נשא, vide sub n° 3915. — Sequitur avi nomen. Tertia littera eamdem habet speciem ac littera מ in tutulo 3904; hinc vere probabiliter legimus תימי, nomen haud rarum apud Palmyrenos; vide ibidem.

Mirum est vocem שנת ante numeros deficere, spatio vacuo sub finem versus relicto.

Annus 527 æræ Alexandri initium habet a kalendis octobr. anni p. Chr. 215.

ARTICULUS II.

LAMBÆSIS.

3909

(Tab. II.)

Africana 2.

Cippus fastigio ornatus in antiquo cœmeterio ad boream civitatis Lambæsis a L. Renier, anno 1850, inventus; altus $0^{m},90$, latus $0^{m},42$. Titulus duplici lingua conceptus, latina et palmyrena, magnis sed leviter incisis litteris exaratus est. Ibidem exstat, muris publici carceris insertus. Imaginem tabula damus ad ipsum monumentum expressam, hic vero delineationem subjicimus.

De eo egerunt qui et de titulo 3908, nempe : A. Judas, *Annuaire de la Soc. archéol. de Constantine*, 1856-1857, p. 1-24, et *Rev. Archéol.*, XVIe année [1859], p. 68. — M. A. Levy, *Einige Bemerkungen ... über zwei lateinisch-palmyr. Inschriften*, (*Z. D. M. G.*, t. XII [1858], p. 218); et *Die Palmyrenischen Inschriften*, n° xix, (*ibid.*, t. XVIII, p. 110). — Postea A. Merx, *Bemerkungen über bis jetzt bekannte aramäische Inschriften* (*ibid.*, t. XXII [1868], p. 690). — Rursum M. A. Levy, *Zu den palmyrenischen Inschriften* (*ibid.*, t. XXIII, p. 290). — Dedit L. Renier, *Inscript. romaines de l'Algérie*, n° 1365. — Denique anno 1881, delineatio ab ectypo accurate efficta data est in *C. I. L.*, t. VIII, p. 955, inter additamenta ad n. 3917, cum transcriptione palmyreni tituli, interprete cl. v. Ed. Sachau. — Repetiit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsem. Epigr.*, p. 482; tab. XLI, 12.

Titulus latinus : *C. I. L.*, t. VIII, n° 3917 (cf. Additamenta, p. 955, et Supplem., n° 18202); supra palmyrenum insculptus, sex versibus constat et sic legendus est :

D(is) M(anibus) S(acrum). Mocimus Sumonis fil(ius) Palmurenus vixit annis xxx. H(æres) p(osuit).

Palmyrenam inscriptionem cursivis, ut aiunt, litteris exaratam, sic lege et verte :



נפשא דנה	1	*Monumentum hoc* (*est* τοῦ)
מקימו בר	2	*Moqîmu filii*
שמעון חבל	3	*Sim'ôn. Heu!*
שנת 461	4	*Anno* CCCCLXI.

Ante מקימו expectes די, quod revera deest in lapide. — מקימו, *Mocimus*, græce Μόκειμος, Μόκιμος. Nomen usitatissimum apud Nabatæos et Palmyrenos; cf. arab. مُقِيم. Coarctatum est e nomine theophoro ut sunt מקמאל (n° 1998, et pluries in titulis safaïticis), מקמאלהי (n° 1377). — שמעון, græce Συμώνης in titulo bilingui, sub n° 4160; nomen biblicum ab usu Iudæorum mutuatum.

Annus 461 æræ Alexandri initium habet a kalendis octobr. anni p. Chr. 149.

(Impressum mense januario anni 1924.)

CAPUT VI.

INSCRIPTIONES PALMYRENÆ IN ÆGYPTO REPERTÆ.

ARTICULUS UNICUS.

TENTYRIS.

3910

(Tab. II.)

Cum anno 1898, impensis Britannicæ consociationis pro Ægypto exploranda, rudera antiquæ Tentyris, hodie *Denderah*, in Ægypto superiore, effoderet cl. v. Flinders Petrie invenit tabulam marmoream a tribus lateribus mutilam, litteris græcis et palmyrenis inscriptam. Fragmentum altum est $0^{m},215$, latum $0^{m},20$, crassum $0^{m},04$. Exstat Oxonii in museo Ashmoleano. Ectypum anno 1901 Seymour de Ricci sumpsit, rogante nostro Clermont-Ganneau. Imaginem damus ab hoc ectypo effictam.

Imperfectam et minusculam imaginem vulgavit Flinders Petrie, in opere cui titulus *Dendereh*, tab. XXV, p. 33 (curis et impensis consociationis «Egypt Exploration Fund», Londinii, 1900, in-4°). — Anno 1903 inscriptiones edidit et commentatus est, addita ampliore et nitidiore imagine, Ch. Clermont-Ganneau, *Inscriptions gréco-palmyréniennes d'Égypte*, in *Recueil d'arch. or.*, t. V, p. 300-306. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 488.

Palmyrenæ litteræ quinque tantum supersunt, linea recta scriptæ, in margine sinistro :

.....[ת]מקי נח..... ..... *Maqqai, descendit* .....

Maxima pars inscriptionis aut supra titulum græcum aut in margine dextero, fortasse utrobique, exarata fuit et periit. Paullulum lucis affulget e parte græca, etsi ipsa valde mutila est. En quæ supersunt, et quæ legit Clermont-Ganneau :

ΛΥΡ	1	[Ἰού(λιον)] Αὐρ(ήλιον).....
ΜΑΚΚΑΙ	2	Μακκαί[ου ..... οἱ .....]
ΚΑΙЄΜΠΟ	3	καὶ ἔμπο[ροι .....
ΤΟΝ ΠΑΡΑΚ	4	τὸν παρα[κομίσαντα τὴν]
CΥΝ	5	συν[οδίαν]

Græcam quidem restitutionem ad analogiam aliarum inscriptionum (vide sub nis 3933, 3936, etc.) proposuit, vir eruditus, monens tamen nominum flexionem incertam esse.

נחת «descendit»; aliam vocem excogitare vix possibile; etiam tertiæ litteræ vestigium apparet. — מקי nomen utriusque generis, sæpius masculinum, sed femininum sub nis 4353, 4437. Græce Μακκαῖος.

Utrum sit coarctatum e מקימו, an e מקיחי, dubium est : prius suadet titulus sub n° 4245 editus, ubi Maqqai nepos est cujusdam Moqîmu; sed alterum titulus sub n° 4505, ubi legitur מקיחי בר מקי.

Titulus igitur erectus fuit in honorem viri qui palmyrenos mercatores in Ægyptum deduxit aut comitatus est; inde docemur negotii causa Palmyrenos non tantum Euphraten sed et Nilum petivisse. Adscribendus videtur tempori quo maxime florebant commercia Palmyrenorum, id est exeunte altero sæculo post Christum; consonat species græcæ scripturæ.

Titulus alius litteris palmyrenis exaratus in Ægypto hucusque non est inventus; græcum autem habemus, Copti anno 1894 repertum, a sagittario Palmyreno dedicatum, et mense julio anni p. Chr. 216 erectum (*Ins. Gr. ad res Rom.*, I, n° 1169); vide Appendicem I.

CAPUT VII.

INSCRIPTIONES PALMYRENÆ IN VICINIA PALMYRÆ REPERTÆ.

ARTICULUS I.

NAZALA.

3911

(Tab. III.)

Euting, 2.

Nazala oppidulum, in tabula Peutingeriana *Nezala*, ubi præsidium tenebant « equites promoti indigenæ sub duce Phœnices » (*Notitia Dignitatum*), medio circiter itinere Damasco Palmyram versus, eo loco situm fuisse quo nunc est pagus *Qarietein* (قريتين) dictus, dudum conjecerant eruditi et jam certum est a titulis ibidem repertis (cf. Waddington, sub n° 2571). Præter aliquot inscriptiones græcas etiam palmyrenam invenit J. Euting, anno 1883; insculpta est lapide fere quadrato, lato $0^{m},44$, olim basi columnæ inserto, qui nunc vicem gerebat postis in domo privata; monumentum, anno 1914, frustra quæsiverunt rev. Jaussen et Savignac. Imaginem tabula damus ab ectypo Eutingiano; hic vero subjicimus delineationem quam ab eodem ectypo fecit Clermont-Ganneau.

Edidit J. Euting, *Epigraphische Miscellen*, n° 5. — Retractavit Ch. Clermont-Ganneau, *Les inscriptions de Nazala*, in *Études d'arch. orient.*, t. II, p. 93 et seq. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 449.



Textus sic transcribendus et vertendus est :

ב[ש]נת 457	1	*Anno CCCCLVII,*
בירח קנין עמודא	2	*mense Qinian, columnam*
דנא ותטלילא דלעל	3	*hanc et tectum quod supra*
מנה עבדו זבדבול	4	*eam (est) fecerunt Zabdibôl*
ועתנור ומלכו ועמרו	5	*et ʿAtênur et Maliku et ʿAmru*
וידיעבל בני ברשמש	6	*et Iedîʿbêl, filii Baršamš,*
בר זבדבול תדמריא [די]	7	*filii Zabdibôl, Palmyreni qui*
בנזלי לאלהא רבא	8	*sunt Nazalæ, deo magno*
דנזלי על חייהן וח[יי]	9	*Nazalæ; pro sua salute et salute*
בניהן וחיי בלחי	10	*liberorum eorum, et salute Bêlḥai,*
ברת עמרו אמהן	11	*filiæ ʿAmru, matris eorum.*

Versus 2. קנין, nomen mensis, qui Iulio respondere videtur; de eo fuse disseruit Clermont-Ganneau, qui primus veram lectionem invenit (*Études d'arch. or.*, t. II, p. 60, 92; *Rec. d'arch.*, t. III, p. 202). — עמודא, columna cujus basi insculpta fuit inscriptio, non quidem seorsum erecta, sed vel in templo, vel in porticu quadam; nam titulus græcus, ibidem inventus, *δεύτερον κείονα* memorat, probabiliter in eodem ædificio (Wadd., 2571 *c;* vide Append. I).

Versus 3. תטלילא, e radice טלל «umbravit», proprie «tectum», *στέγη*; inde sive epistylium cum omnibus suis partibus, sive tantum ejus pars aliqua. Vide sub n° 3955. — דלעל, nota formam pronom. relativi : ד, more syriaco, pro consueto די. Item דנא, initio vers., pro דנה.

Versus 4. זבדבול «donum Boli»; græce *Ζαβδίβωλος* (sub n° 3998). Deum Bolum a Belo distinguendum esse opinamur; de utroque vide Appendicem II. Nomen זבדבול ejusdem formæ est ac nomen biblicum זַבְדִּיאֵל, et nomina palmyrena זבדבל, זבדלה, זבדנבו, זבדעתה, quæ infra inveniemus. Cf. etiam apud Babylonios *Za-bid-Na-na-a* (זבדננא), *Na-bû-za-bad-du* (נבוזבד). Mirum est vestigia verbi זבד vix inveniri in nominibus Nabatæorum, cujus loco adhibent אוש־, quod vicissim fere ignotum est Palmyrenis.

Versus 5. עתנור, ubique alias עתנורי, id est עתה־נורי «Athis lux mea». Cf. בולנורעתה, sub n° 4199. Suffixum י pariter omissum est in nomine בלשור (n° 4129) quod sæpius בלשורי scriptum invenimus (n^is 4114, 4124, etc.). — מלכו notissimum nomen apud Nabatæos et Palmyrenos; gr. *Μάλιχος*, *Μάλχος*, latine *Malichus*, *Malchus*. — עמרו, semel occurrit in titulis nostris, sed frequens est in nabatæis; gr. *Ἄμερος*, *Ἄμρος* (Wadd., n^is 2403, 2298, etc.), cf. arab. عَمْرٌو.

Versus 6. ידיעבל «notus Belo»; græce *Ἰεδείβηλος* in titulo bilingui, sub n° 3925. Cf. hebraicum nomen יְדִיעֲאֵל et, quoad sensum, nomina græca *Θεόγνωστος*, *Διόγνωστος*, etc. Vide etiam, sed inverso ordine compositum, nomen בלידע, sub n° 3970. Ad radicem ידע etiam revocanda sunt nomina palmyrena masc. ידא, ידי, ידעו, et femin. ידיעת. — ברשמש «filius (dei) Šamš» i. e. Solis; syriace ܒܪܫܡܫ, in titulo quodam Edesseno (*Z.D.M.G.*, t. XXXVI, p. 162). In aramaicis nominibus hujus formationis (ut sunt ברעתה, ברנבו, etc.) בר significare «filium» probat analogia cognatarum linguarum; notissima sunt nomen biblicum בֶּן־הֲדַד «filius Hadad» et punicum בתבעל «filia Baʿalis». Sensus esse videtur «filius dei favore natus».

Versus 7. Sub finem vestigia tantum scripturæ apparent : ד vel די sine dubio restituendum.

Versus 8. נזלי, nomen ipsius civitatis; e radice נזל «fluxit», probabilius e rivulo quod ibidem fluit. — לאלהא רבא «deo magno», cujus nomen proprium tacetur, fortasse religionis causa; item in græco titulo : *θεῷ μεγάλῳ Ναζαλ[ῶν]*.

Versus 9. דנזלי, sic legit Clermont-Ganneau; prima quidem littera non adeo perspicua est, sed relationis nota (ד vel די) necessaria videtur.

Versus 10. : בלחי, nom. propr. fem.; prima littera aliquantisper dubia. Semel occurrit; cf. nomen masc. בלחא, sub n° 3990, et etiam sub n° 4560, ubi tamen pro בולחא scriptum videtur. Sensus est «Bel vivificat».

Versus 11. ברת, initio, omnino certum; postea nomen עמרו, in quo littera ו dubia est; hic, et etiam supra (v. 5), עמר legendum putat Clermont-Ganneau. Quæ sequebantur fere deleta sunt. Nihil proposuit Euting; Clermont-Ganneau suspicatur לעלמא «in æternum»; sed hæc locutio in hujusmodi dedicationibus rarissime occurrit. E vestigiis, Chabot litteras אמהן «mater eorum», dispicere sibi visus est; si recta est lectio, עמרו pater mulieris, non is est qui commemoratur v. 5, sed ejus avus, et sic evanescit difficultas inde exoritura quod aliqua filia peculiari nomine designaretur cum jam omnes filii et filiæ voce בניהן designati sint, ut adnotavit Clermont-Ganneau.

Non tantum, ut diximus, ratio scribendi, sed et ipsa species litterarum vergit ad syriacam scripturam.

Erectus est titulus mense julio anni p. Chr. 146.

ARTICULUS II.

LOCUS TAYIBEH DICTUS.

3912

(Tab. II.)

Locus ab Arabibus *Ṭayibeh* (طَيْبَة) dictus, medio circiter itinere, petenti Euphratem Palmyra versus Callinicum (hodie *Rakḳah*), occurrit. Utrum hujus loci nomen antiquum fuerit Tiba an Orizza, incertum est (vide Ritter, *Erdkunde*, t. XVII, p. 1441). Cum anno 1616, nobilis romanus Pietro della Valle hanc regionem transiret, ibi invenit, in muris templi moslemici, ut ipse narrat «una pietra quadra antica, con una iscrizione greca , e da' piedi due versi di certe altre lettere strane, al mio parere un poco simili all' ebraiche ed alle samaritane, delle quali tutte presi e tengo copia» (*Viaggi*, editio altera; Brighton, 1843, in-8°; t. I, p. 356). Inde postea ablatus lapis, et in Britanniam delatus, erat circa annum 1760 in possessione ill. viri Earl of Besborough; nunc vero asservatur in Museo Britannico. Latus est titulus $0^{m},35$ et totidem altus. Imaginem damus ab ectypo.

Descriptus est titulus anno 1616 a Pietro della Valle, cujus apographum venit in manus H. Relandi, qui illud edidit in sua *Palaestina ex monumentis veteribus illustrata* (Trajecti Batavorum, 1714, in-4°), p. 525. Sed jam in relatione itineris Guilielmi Halifacis, *Philosophical Transactions*, t. XIX [1698], p. 109, titulus græcus editus fuit, et de eo disseruerunt Ab. Seller, *Antiquities of Palmyra*, p. 363, n° 18, atque Edw. Bernardus et Th. Smithus, *Inscriptiones graecæ Palmyrenorum cum scholiis et annotationibus* (Trajecti ad Rhenum, 1698, in-8°), p. 2, n° iii. — Repetiit Muratorius, *Novus thesaurus veterum inscriptionum* (Mediolani, 1739, fol.) t. I, p. cxv, «ex t. III Philosophicarum transactionum Anglorum» (intellege compendium inscriptum *The Philosophical Transactions and Collections from 1665 to end of 1700 abridg'd*). — Sequutus est Swintonus, *Philosoph. Transactions*, vol. XLVIII [1754], pt. 2, p. 746, et tab. XXX, e chartis Halifacis; et rursum : *Remarks on the Palmyrene Inscription at Teive*, in iisdem *Philos. Trans.*, vol. LVI [1766], p. 4-9, addita nova tabula ab ipso lapide descripta; litteras palmyrenas recte legit sed sensum non est assequutus. — Inde Court de Gebelin, *Monde primitif analysé et comparé*, Paris, 1775, t. III, p. 492-495, et pl. XVIII. — Postea, J. G. Eichhorn, *Marmora palmyrena explicata*, p. 91. — M. A. Levy : *Drei palmyrenische Inschriften*, (*Z. D. M. G.*, t. XV [1861], p. 615); et iterum : *Die Palmyrenischen Inschriften*, n° xviii (*ibid.*, t. XVIII [1864], p. 103). — A. Merx, *Bemerkungen über bis jetzt bekannte aramäische Inschriften* (*ibid.*, t. XXII [1868], p. 689). — M. de Vogüé, *Syrie centrale. Inscript. sém.*, p. 50, n. 1. — J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 44. — M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsemit. Epig.*, p. 477, tab. XL; et *Ephem.*, t. I, p. 257. — G. A. Cooke, *A Text-Book of North sem. Inscr.*, p. 296, n. 1. — Lapis depictus est curis «The Pa-

laeographical Society» in opere : *Facsimiles of manuscripts and inscriptions* (*Oriental series*) edited by William Wright (London, 1875-83, in-fol.), Tab. 75, addita Wrighti explicatione, quam repetiit auctor in sua nota *On a sepulchral Monument from Palmyra* (*Trans. of the Society of Biblical Archaeology*, vol. VII, pt. I, p. 4).

Textus græcus : *C. I. G.*, n° 4501 ; Waddington, n° 2631 ; W. Dittenberger, *Orientis Graeci Inscriptiones selectae*, n° 631 ; *Inscr. Gr. ad res Rom.*, III, n° 1057.

Novem versibus constat ; legendus est :

Διὶ Μεγίστῳ Κεραυνίῳ ὑπὲρ σωτηρίας Τρα(ιανοῦ) Ἀδριανοῦ Σεβ(αστοῦ) τοῦ κυρίου Ἀγαθάνγελος Ἀβιληνὸς τῆς Δεκαπόλεος τὴν καμάραν ᾠκοδόμησεν καὶ τὴν κλίνη(ν) ἐξ ἰδίων ἀνέθηκεν, ἔτους εμυ' μηνὸς Λώου.

Palmyrenas litteras sic lege, transcribe et verte :



לבעלשמן מרא עלמא קרב



כפתא וערשא אגתגלס

1 *τῷ Baʿalšamin domino mundi obtulit*
2 *cameram et lectum Agathangelos.*

Versus 1. בעלשמן. De hoc numine, vide Appendicem II. — עלמא, «ævum, æternitas, *αἰών*», et quandoque «mundus» ; itaque : מרא עלמא «dominus ævi» seu «æternitatis», id est dominus æternus ; et id satis bene respondet epitheto «deus æternus» quod de Jove prædicatur in nonnullis titulis latinis, ut recte notavit Fr. Cumont (*Rev. archéol.*, 1888, t. I, p. 184) ; attamen etiam interpretari licet, immo decet, «dominus mundi», qui sensus judaicarum opinionum influxu apud Palmyrenos jam hoc tempore, quemadmodum et serius apud Mahumedanos, commendari potuit (cf. Lidzbarski, *Ephem.*, I, 258). Rursus occurrit locutio sub n° 3986 ; cf. etiam מרי עלמא in titulo nabatæo Hegrensi (supra, n° 271 ; *R. É. S.*, n° 1175),

Versus 2. כפתא, e rad. כפף «incurvari», græce hic *καμάρα*, et sub n° 4187 *ψαλίς* : utroque loco de concameratione ad statuam recipiendam apta, intellegendum. sed sub n° 4194, «conclave» designare videtur. — ערשא, *κλίνη* ; cf. hebr. עֶרֶשׂ, targum. עַרְסָא, syr. ܥܪܣܐ, eodem sensu. Nota sunt verba Herodoti (I, 181) templum Beli Babylone describentis : *κλίνη μεγάλη κέεται εὖ ἐστρωμένη κ. τ. λ.* ; cf. etiam Lucian., *De Dea Syra*, xxxiv. — אגתגלס, *Ἀγαθάνγελος* ; sed, pro more, in palmyreno assimilatur littera *ν*. Hic vir oriundus erat ex Abila Leucade Decapoleos (hodie *Abil*), de qua vide opusculum G. Schumacher, *Abila of the Decapolis* (London, 1889), non eadem ac Abila Lysaniæ (hodie *Sûq wâdî Barada*) prope Damascum ; cf. etiam quæ ad titulum græcum adnotavit Dittenberger.

Erectus est titulus mense Augusto anni p. Chr. 134.

In agro Palmyreno, secus viam Palmyra Emesam tendentem, loco ab Arabibus *el-Kerâsi* dicto, exstant aliquot tituli quos a titulis Palmyræ repertis sejungendos non duximus ; eos tradimus sub n^is^ 3994, 3995.

Proscynemata litteris palmyrenis exarata, in ruderibus antiquæ Duræ (hodie *eṣ-Ṣaliḥyeh*) ad Euphraten nuper reperta (vide *Comptes rendus de l'Acad.*, 1922, p. 425) in Supplementum remittere cogimur.



URBIS PALMYRÆ ICHNOGRAPHIA

(auctore R. Wood, *Les Ruines de Palmyre*, tab. II).

1. Magnum Templum.
2. Templi area.
3. Templi porticus.
4. Templum islamicum.
5. Ingressus magnæ porticus.
6. Columnæ IV magnæ.
7. Templi rudera.
8. Forum.
9. Templum ruinosum.
10. Quadrivium.
11. Ordo columnarum.
12. Templum ruinosum.
13. Peristylum templi.
14. Ædificium ruinosum.
15, 16, 17. Ædes ruinosæ.
18. Diocletiani castra.
19. Propugnaculum byzantinum.
20, 21, 22, 23. Sepulcra.
24. Templi rudera.
25. Basilicæ christianæ rudera.
26. Columnæ IV.
27. Templum parvum.
28. Columna magna, ruinosa.
29. Horti.
30. Columna magna, adhuc stans.
31. Columna.
32. Ara.
33. Fons Ephca.
34. Arx Turcarum.
35, 36, 37. Rudera.
38. Sepulcra ruinosa.
39. Molendinum.
40. Cœmeterium incolarum
41. Vallis Sepulcrorum.
42. Sepulcra ruinosa.
43. Murus Justiniani.
44. Rivulus.
45. Rivulus alter.

CAPUT VIII.

INSCRIPTIONES PALMYRENÆ IN IPSA URBE PALMYRA REPERTÆ.

Initio hujus capitis nihil eis quæ de civitate in nostro proœmio præfati sumus superaddendum est, nisi hæc pauca de ratione divisionis in quinque articulos. Cum enim multi sint tituli Palmyræ reperti, eos in classes distribuere opportunum visum est, prout ad jus publicum, vel ad civium honores, vel ad religiosum cultum, vel ad sepulcralia spectant; ultimo autem loco agemus de varia supellectili inscriptionibus insignita.

ARTICULUS PRIMUS.

LEX PORTUS A SENATU LATA.

3913

(Tab. IV.)

Cum Simon Abamelek Lazarew, princeps armenius, anno 1881, rudera Palmyræ visitaret, inscriptionem græco et palmyreno sermone exaratam, media fere civitate defossam repperit. Titulo ejus curis in lucem reducto, vir diligens apographum et ectypum sumpsit, non sine magno labore, quæ secum in Europam detulit. Documenta Athenis commisit nostro P. Foucart, qui ea ad nos mitteret. Inventionis notitiam cum Academia communicavit H. Waddington (*Comptes rendus*, 1882, p. 80), et mox Foucart nonnullas partes græci textus publici juris fecit (*Bull. de Corresp. hellénique*, 1882, p. 439 et seq.). Integrum titulum, græcum et palmyrenum, primus noster Melchior de Vogüé coram sodalibus (3 nov. 1882, 16 mart., 11 maii 1883) commentatus est, et paullo post edidit (*Journal asiat.*, 1883). Eo suadente, Palmyram miserat Lazarewius quemdam incolam Berytensem qui novum et accuratius ectypum sumeret. Fere eodem tempore vir sollers Lütticke, vice consulis Germanorum Damasci fungens, etiam photographicam imaginem exprimere potuit, quam Berolinum Eduardo Sachau transmisit. Anno 1883, Julius Euting et Carolus Huber ectypa nova fecerunt, et anno 1887 Jos. Steph. Gautier. Denique, anno 1901, lapis ipse e loco amotus, in museum Petropolitanum vulgo «de l'Ermitage» dictum translatus est, ubi nunc exstat. Ectypum Gualterianum, ceteris perfectius, magno auxilio nobis fuit in emendanda lectione palmyreni textus, cum in hac adversa rerum tempestate monumentum adire nefas esset; græci autem accuratum apographum anno 1912 nobis fecerat Seymour de Ricci.

In quattuor paginas paullulum excavatas, marginibus angustis scriptura carentibus separatas, non omnino æquales, divisus est titulus; primam a sinistra occupat decretum senatus utraque lingua scriptum, secundam implet lex palmyrena in tres columnas partita; tertia autem, tribus columnis, et quarta duabus inscriptus est textus græcus ejusdem legis, de vectigalibus civitatis eorumque exactione. Adverte præterea supra torum supernum, per totam latitudinem secundæ et

(Impressum mense januario anni 1924.)

tertiæ paginæ, duos versus græcos grandioribus litteris exaratos transcurrere. Hanc totius inscriptionis dispositionem et lapidis mensuras, quas summatium exhibet schema subnexum, fusius descripsit C. Huber (*Journal d'un voyage en Arabie*, p. 9-10).



Bona cura incisus est textus universus. Dolendum quod multis locis, exeso lapide, perierint litteræ plurimæ, immo, integri versus sive græci sive palmyreni; hic illic voces deperditas partim restituere licuit, sed alibi eas supplere quis frustra conaretur.

Tabula IV imagines damus textus palmyreni ad ectypa expressas.

Ordo eorum qui de hoc præclaro titulo egerunt is est :

De eis quæ cum Academia nostra communicaverunt H. Waddington et M. de Vogüé, vide *Comptes rendus de l'Académie*, année 1882, p. 80, et année 1883, p. 163. — Græci textus specimen a Lazarewio acceptum dedit P. Foucart, *Inscription de Palmyre* (*Bulletin de Correspondance hellénique*, t. VI [1882], p. 439-442). — Primus utrumque textum edidit M. de Vogüé, *Inscriptions palmyréniennes inédites. Un tarif sous l'Empire romain* (*Journal asiatique*, 1883, I, p. 231-245; II, p. 149-183; cf. p. 549). — Opus postea seorsum cusum, cum emendationibus non paucis, et adjectis duabus tabulis, recensuit D. H. Müller, in ephemeride *Oesterreichische Monatsschrift für den Orient*, t. X [1883], p. 124-126. Vide etiam M. Schwab, *Aram et le Talmud*, in diario *L'Univers israélite*, anno 1884, p. 353. — Ed. Sachau, *Ueber den Palmyrenischen νόμος τελωνικός*, in ephemeride *Zeitsch. der deutschen Morgenl. Gesellschaft*, t. XXXVII [1883], p. 562-571. De re philologica præsertim tractavit, et primam tituli paginam edidit et interpretatus est. — Rubens Duval lectiones quasdam difficiles explicare conatus est : *Communication sur la loi fiscale de Palmyre* (*Journ. asiat.*, 1883, II, p. 537-539); et, *Le passif dans l'araméen biblique et le palmyrénien* (*Revue des Études juives*, t. VIII [1884], p. 57-63). — R. Gagnat, *Remarques sur un tarif récemment découvert à Palmyre*, in *Revue de philologie, de littérature et d'histoire anciennes*, t. VIII [1884], p. 135-144. — P. Schröder textum aramaicum integrum et græci amplas partes rursum dedit in suis *Neue palmyrenische Inschriften : Der bilingue Palmyrenische Zolltarif* (*Sitzungsberichte der königl. preuss. Akademie der Wissenschaften zu Berlin*, anno 1884, p. 417-436). — S. Abamelek Lazarew, ПАЛЬМИРА, археологическое изслѣдованіе, i. e. *Palmyra, Archæologica investigatio* (Petropoli, 1884); addidit tabulas epigraphicas quinque, et opus Voguei in linguam moscovitam versum. — Egregiam curam græco textui emendando et complendo impendit Hermann Dessau : *Der Steuertarif von Palmyra;* in ephemeride *Hermes* inscripta, t. XIX [1884], p. 486-533. — D. H. Müller opera supra laudata Schröderi, Lazarewi et Dessaui recensuit in *Oesterreichische Monatsschrift für den Orient*, t. XI [1885], p. 43-45. — S. Reckendorf, textum palmyrenum emendavit et in germanicam linguam vertit atque commentatus est (adjecto etiam græco, secundum recensionem Dessaui) in opella *Der aramäische Theil des palmyrenischen Zoll- und Steuertarifs* (*Z. D. M. G.*, t. XLII [1888], p. 370-415). — Hunc sequuti sunt M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsemitischen Epigraphik*, p. 463-473; — et G. A. Cooke, *A Text-Book of North-Semitic Inscriptions*, n° 147, p. 313-340. — Novam editionem græci textus, fuso commentario instructam, anno 1905 dedit W. Dittenberger, *Orientis græci inscriptiones selectæ*, t. II, n° 629. — Dein R. Gagnat, *Inscriptiones græcæ ad res Romanas pertinentes*, t. III, n° 1056; addidit versionem latinam palmyreni textus, auctore J.-B. Chabot, secundum recensionem Reckendorfianam. — Nuper autem quosdam locos aramaici textus retractavit J.-B. Chabot, in suis *Remarques sur le Tarif de Palmyre* (*Journ. asiat.*, 1918, II, p. 301-317). — Dolendum quod editio quam curis cl. v. Pauli Kokowzoff Academia Petropolitana commiserat in lucem non prodierit.

Primum quidem proponemus ambos textus quales in lapide servati sunt; subsequetur transcriptio et, quantum licuit, restitutio, denique palmyreni interpretatio latina. Quo autem facilius inter græcum et palmyrenum instituatur comparatio, utriusque convenientiam in margine notabimus.

E duabus lineis supra paginas II et III exaratis, in fronte monumenti, hæc tantum supersunt supra paginam secundam :

[illegible]ΚΟΥΥΙΟ[illegible]Ο[illegible]

[illegible]ΑΤΟΥΤΟΓΠ[illegible]ΡΟCΠΑΤΡΙΔΟCΥΠΑΤΩ[illegible]

Pagina prima.

[illegible]ΟΥC ΗΜΥ ΜΗΝΟC ΞΑΝΔΙΚΟΥ ΙΗ ΔΟΓΜΑ ΒΟΥΛΗC

ΠΙΒΩΝΝΕΟΥCΒΩΝΝΕΟΥCΤΟΥΑΙΡΑΝΟΥΠΡΟΕΔΡΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ

ΛΟΠΑΤΟΡΟCΓΡΑΜΜΑΤΕΩCΒΟΥΛΗCΚΑΙΔΗΜΟΥ·ΜΑΛΙΧΟΥΟΛΑΙΟΥCΚΑΙΖΕΒΕΙΔΟΥΝΕCΑΑΡΧoN

ΩΝΒΟΥΛΗ[illegible]ΝΟΜΙΜΟΥΑΓΟΜΕΝΗCΕΨΗΦΙCΘΗΤΑΥΠΟΤΕΤΑΓΜΕΝΑ ΕΠΕΙΔΗ[illegible]ΙCΠΑΛΑΙΧΡΟΝΟΙC

ΝΤΩΤΕ[illegible]ΝΙΚΩΝΟΜΩΠΛΕΙCΤΑΤΩΝΥΠΟΤΕΛΩΝΟΥΚΑΝΕΛΗΜΦΘΗΕΠΡΑC[illegible]Δ[illegible]ΚCΥΝΗΘΕΙΑCΕΝ

ΡΑΦΟΜΕ[illegible]ΤΗΜΙCΘΩCΕΙΤΟΝΤΕΛΩΝΟΥΝΤΑΤΗΝΠΡΑΞΙΝΠΟΙΕΙCΘΑΙΑΚΟΛΟΥΘ[illegible]CΤΩΝΟΜΩΚΑΙΤΗ

ΥΝΗΘΕΙΑCΥΝΕΒΑΙΝΕΝΔΕΠΛΕΙCΤΑΚΙCΠΕΡΙΤΟΥΤΟΥΖΗΤΗCΕΙCΓΕΙΝΕCΘ[illegible]ΤΑΞΥΤΩΝΕΝΠΟΡΩΝ

ΡΟCΤΟΥCΤΕΛΩΝΑC ΔΕΔΟΧΘΑΙΤΟΥCΕΝΕCΤΩΤΑCΑΡΧΟΝΤΑCΚΑΙΔ[illegible]ΡΩΤΟΥCΔΙΑΚΡΕΙΝΟΝΤΑC

ΛΜΗΑΝΕΙΛΗΜΜΕΝΑΤΩΝΟΜΩΕΝΓΡΑΨΑΙΤΗΕΝΓΙCΤΑΜΙCΘΩCΕΙΚΑΙΥΠΟΤ[illegible]ΞΑΙΕΚΑCΤΩΕΙΔΕΙΤΟ

ΚCΥΝΗΘΕΙΑCΤΕΛΟC ΚΑΙΕΠΕΙΔΑΝΚΥΡΩΘΗΤΩΜΙCΘΟΥΜΕΝΩΕΝΓΡΑΦΗΝΑΙΜΕΤΑΤΟΥΠΡΩΤΟΥΝΟ

ΟΥCΤΗΛΗΛΙΘΙΝΗΤΗΟΥCΗΑΝΤΙΚΡΥCΙΕΡ[illegible]ΛΕΓΟΜΕΝΟΥΡΑΒΑCΕΙΡΗΕΠΙΜΕΛΕΙCΘΑΙΔΕΤΟΥCΤΥΓΧΑ

ΟΝΤΑCΚΑΤΑΚΑΙΡΟΝΑΡΧΟΝΤΑCΚΑΙΔΕΚΑΠΡΩΤΟΥCΚΑΙCΥΝΔΙΚΟ[illegible] [illegible]ΜΗΔΕΝΠΑΡΑΠΡΑCCΕΙΝ

ΟΝΜΙCΘΟΥΜΕΝΟΝ



5.

pergit toro paginæ primæ : [illegible]

In fronte monumenti, supra paginas II et III :

[Ἐπὶ αὐτοκράτορος Καίσαρος Θεοῦ Τραιανοῦ Παρθι]κοῦ υἱο[ῦ, Θε]ο[ῦ Νέρουα υἱωνοῦ, Τραιανοῦ Ἀδριανοῦ Σεβασ]τοῦ, ἀρχιερέως μεγίστου, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ κα′, αὐτοκράτορος τὸ β′, ὑπ]άτου τὸ γ′, π[ατ]ρὸς πατρίδος, ὑπάτω[ν Λ. Αἰλίου Καίσαρος τὸ β′ Π. Κοιλίου Βαλβίνου].

Pagina I.

1 [Ἔτ]ους ημυ′, μηνὸς Ξανδικοῦ ιη′. Δόγμα βουλῆς.
2 Ἐπὶ Βωννέους Βωννέους τοῦ Αἰράνου προέδρου, Ἀλεξάνδρου Ἀλεξάνδρου τοῦ
3 Φιλοπάτορος γραμματέως βουλῆς καὶ δήμου, Μαλίχου Ὁλαιοῦς καὶ Ζεβείδου Νεσᾶ ἀρχόν-
4 των, βουλῆ[ς] νομίμου ἀγομένης, ἐψηφίσθη τὰ ὑποτεταγμένα. Ἐπειδὴ [ἐν το]ῖς πάλαι χρόνοις
5 ἐν τῷ τε[λω]νικῷ νόμῳ πλεῖστα τῶν ὑποτελῶν οὐκ ἀνελήμφθη, ἐπράσ[σετο] δ[ὲ ἐ]κ συνηθείας, ἐν-
6 γραφομέ[νου] τῇ μισθώσει τὸν τελωνοῦντα τὴν πρᾶξιν ποιεῖσθαι ἀκολούθ[ω]ς τῷ νόμῳ καὶ τῇ
7 συνηθείᾳ, συνέβαινεν δὲ πλεισ[τά]κις περὶ τούτου ζητήσεις γενέσθ[αι με]ταξὺ τῶν ἐμπόρων
8 πρὸς τοὺς τελώνας· δεδόχθαι τοὺς ἐνεστῶτας ἄρχοντας καὶ δ[εκα]πρώτους διακρείνοντας
9 τὰ μὴ ἀνειλημμένα τῷ νόμῳ ἐνγράψαι τῇ ἔνγισ[τα] μισθώσει καὶ ὑποτ[ά]ξαι ἑκάστῳ εἶδει τὸ
10 ἐκ συνηθείας τέλος, καὶ ἐπειδὰν κυρωθῇ τῷ μισθουμένῳ, ἐνγραφῆναι μετὰ τοῦ πρώτου νό-
11 μου σ[τή]λῃ λιθίνῃ τῇ οὔσῃ ἀντικρὺς ἱερ[οῦ] λεγομένου Ῥαβασείρη, ἐπιμελεῖσθαι δὲ τοὺς τυγχά-
12 νοντας κατὰ καιρὸν ἄρχοντας καὶ δεκαπρώτους καὶ συνδίκο[υς τοῦ] μηδὲν παραπράσσειν
13 τὸν μισθούμενον.

Et post undecim versus palmyrenos :

14 Γόμος καρρικὸς παντὸς γένους· τεσσάρων γόμων καμηλικῶν τέ-
15 λος ἐπράχθη.

Pagina III.

Columna prima.

[*Palm. v.* 2] 1 Παρὰ τ[ῶν παῖδας εἰς Πάλμυρα]
2 ἢ εἰς τὰ ὄ[ρια Παλμυρηνῶν εἰσ-]
3 αγόντω[ν πράξει ἑκάστου σώματος Ж κβ′]
4 Παρ' οὗ δ[ὲ . . . . . .
5 μ[. . . . . ἑκάστ]ου σ[ώματος Ж ιβ′]
6 Παρ' οὗ . . . . . α οὐεταν[ὰ Ж ι′] . . . . .
7 Κἂν τὰ σώμα[τα] . οτο . . . . . [ἐξ-]
8 άγηται ἑκάστου σώμα[τος πράξει Ж ιβ′]
[*P.* 7.] 9 Ὁ αὐτὸς δημοσιώνη[ς ξηροφόρτου]
10 πράξει ἑκάστου γόμο[υ καμηλικοῦ]
11 εἰσκομισ[θέ]ντος [Ж γ′]
12 Ἐκκομισθ[έντ]ος [γόμου καμηλικοῦ]
13 ἑκάστου [Ж γ′]
14 Γόμου ὀνικ[οῦ ἑκάστο]υ εἰ[σκομισθέντος Ж β′]
15 Ἐκκομισθέν[τος Ж β′]

[P.11.] 16 Πορφύρας μηλωτῆ[ς], ἐκά[σλου δέρμα-]
17 τος εἰσκομισθέν[τ]ος [ϖράξει ἀσσάρια η′]
18 Ἐκκομισθ[έντο]ς [ἀσσάρια η′]
[P.13.] 19 Γόμου κ[αμηλικοῦ] μύρου [τοῦ ἐν ἀλαβάσ-]
20 τροις ε[ἰσκομισθέντος ϖράξει Ӿ κε′]
21 Καὶ το .....
22 ἐκ[κομισθέντος ϖράξει Ӿ ιγ′]
23 Γ[όμου καμηλικοῦ μύρου τοῦ ἐν ἀσκοῖς]
24 αἰγείοις [εἰσκομισθέντος ϖράξει Ӿ ιγ′]
25 [Ἐκ]κ[ομισθέντος Ӿ ζ′]
26 [Γόμου ὀνικοῦ μύ]ρου τοῦ ἐ[ν ἀλαβάσ]τροις]
27 εἰσ[κομισ]θέν[τος] ϖρά[ξει Ӿ ιγ′]
28 [Ἐκκομισ]θέν[τος Ӿ ζ′]
29 Γόμου ὀνικοῦ μ[ύρου τοῦ ἐν ἀσκοῖς]
30 αἰγείοις εἰσκομ[ισθέντο]ς ϖρ[άξει Ӿ ζ′]
31 Ἐκκομισθέντος ϖ[ρ]άξ[ει Ӿ δ′]
[P.23.] 32 Γόμου ἐλεηροῦ το[ῦ ἐν ἀσκο]ῖς [τέσσαρ-]
33 σι αἰγείοις ἐπὶ καμήλ[ου εἰσκομισθέν-]
34 τος [Ӿ ιγ′]
35 Ἐκκομισθέντο[ς Ӿ ιγ′]
36 Γόμου ἐλαιηροῦ τοῦ ἐ[ν ἀσκοῖς δυσὶ αἰ-]
37 γείοις ἐπὶ καμήλ[ου εἰσκομισθέντος]
38 ϖράξει [Ӿ ζ′]
39 Ἐκκομισθέντο[ς Ӿ ζ′]
40 Γόμου ἐλε[ηροῦ τοῦ ἐπ᾽ ὄνο]υ ε[ἰσκομισθέν-]
41 τος ϖ[ράξει Ӿ ζ′]
42 Ἐκ[κομισθέντος Ӿ ζ′]
[P.29.] 43 Γόμ[ου κ..... τοῦ ἐν ἀσκοῖς τ]έσσ[αρσι]
44 αἰγείοις [εἰσκομισθέντος ϖρά]ξει Ӿ ιγ′
45 Ἐκκομι[σ]θέ[ντος] Ӿ ιγ.′
46 Γόμου κ..... [τοῦ ἐν] ἀ[σ]κοῖς δυσὶ αἰγείοις
47 ἐπὶ κ[αμήλου εἰσ]κομισθέντος ϖράξει Ӿ ζ′

Columna secunda.

48 [Ἐκκομισ]θέντος [Ӿ ζ′]
49 [Γόμου ὀ]ν[ικοῦ κ..... εἰσκο-]
50 [μισθέντος ϖράξει Ӿ ζ′]
51 [Ἐκκομισθ]έν[τος Ӿ ζ′]
[P.34.] 52 .....ο.κου.....
53 [Ἐκκ]ο[μισθέντ]ο[ς ϖράξ]ει [Ӿ .′]
Versus 54–63 [7–16 hujus columnæ] penitus deleti sunt.
64 .....φο.....

(Impressum mense januario anni 1914.)

65 .....
66 .....σ.....
67 .....λλης....
68 [κα]μήλου το.....κης .....
69 [Θ]ρέμματος .εσ...ενου.....
70 ....δ.....Θ....
71 ..νκαδ..[τ]εθυμένη.....
[P. 46.] 72 Ὁ αὐτὸς δ[ημ]οσιώνης ἑκάσ[του] μη[νὸς]
73 ϖαρ' ἑκ[άσ]ο]υ τῶ[ν τὸ] ἔλαιον κατα...
74 π.ον.....[ε]ις [ϖωλού]ντων .....
[P. 47.] 75 Ὁ αὐτ[ὸς δημοσιώνης] ϖρά[ξει] .....λει
76 ..[τῶν ἑταιρ]ῶν ὅσαι.....
77 ..[λαμβά]νουσιν ϖ.....
78 .....[ἀ]σσάρια ὀκτώ .....αιη
79 .....[ἀσ]σάρια ἓξ ἐν ...κασ[.....ασσ ς'
[P. 53.] 80 [Ὁ αὐτὸς δημ]οσιώνης ϖρ[άξ]ει ἐργασ[ηρίων
81 .....ϖαντοπωλ[εί]ων σκυτικῶν
82 .....s ἐκ συνηθείας ἑκάσ[του μηνὸς
83 καὶ ἐργασ[ηρίου ἑκάσ[του, Ж α'
84 Παρὰ τῶν δέρματα εἰσκομιζόντ[ων ἢ ϖω-]
85 λούντων, ἑκάσ[του δέρματος ἀσσά[ρια β']
86 Ὁμοίως ἱματιοπῶλαι μετάβολοι ϖωλ[οῦν-]
87 τες ἐν τῇ ϖόλει τῷ δημοσιώνῃ τὸ ἱκανὸν ϖ.ι...
[P. 58.] 88 Χρήσεος ϖηγῶν β' ἑκάσ[του ἔτους Ж ω'
[P. 59.] 89 Ὁ αὐτὸς ϖρά[ξ]ει γόμου ϖυρικοῦ, οἰνικοῦ, ἀχύ-
90 ρων καὶ τοιούτου γένους, ἑκάσ[του γόμου
91 καμηλικοῦ καθ' ὁδὸν ἑκάσ[την Ж α'
[P. 61.] 92 Καμήλου ὃς κενὸς εἰσαχθῇ ϖράξει Ж α'
93 καθὼς Κ[λιξ Καίσαρος ἀπελεύθερος ἔ]πραξεν.

Columna tertia.

94 .....
95 ϖο.....
96 τῆς γ.....
97 κο.....
98 .....
99 .....
100 σ.....
[P. 67.] 101 Πορφ.....
102 .....εκ.....

Versibus 103-113 [i. e. 10-20 hujus columnæ] aut nihil aut perpaucas litteras dispicere licet.

114 .....μ..η.γο.....

115 .....εινέτω
[P.72.] 116 Ὅς δ' ἂν ἄλα[ς ἔχ]ῃ ἐν Παλμύροις ἢ [ἐν ὅροις]
117 Παλμυρη[ν]ῶν ϖαραμετρησάτω [τῷ δημο-]
118 σιώνῃ ε[ἰς ἕκ]αστον μόδιον, ἀσσά[ριον·]
119 ὃς δ' ἂν οὐ ....ν ϖαραμετρήσ[ῃ].....
120 ση ἔχων το ..... δημο[σιών....]
[P.om.] 121 Παρ' οὗ ἂν ὁ δ[ημοσι]ώνης ..... [ἐνέ-]
122 χυρα λά[βῃ] .....
123 ἀποδο[θῶ]σιν ο..... αϐρει
124 δημο[σιώνῃ] τοῦ διπ[λοῦ] τὸ ἱκανὸν λαμϐα-
125 νέτω· ϖερὶ τ[ο]ύτου ϖρὸς τὸν δημοσιώνην
126 τοῦ διπλοῦ ε[ἰσα]γέσθω
[P.om.] 127 Περὶ οὗ ἂν ὁ δημ[ο]σιώνης τινὰ ἀπαιτῇ, ϖερί τε
128 οὗ ἂν ὁ δημοσιώ[νης ἀ]πό τινος ἀπαιτῆται, ϖερὶ
129 τούτου δικαιοδο[τείσ]θω ϖαρὰ τῷ ἐν Παλμύ-
130 ροις τεταγμένῳ
[P.om.] 131 Τῷ δημοσιώνῃ κύρι[ον] ἔ[σ]τω ϖαρὰ τῶν μὴ ἀπο-
132 λ[υόντων ἐν]έχυρα [λ]α[μϐάνει]ν δι' ἑαυτοῦ ἢ δι[ὰ]
133 [τῶν ὑπη]ρ[ετῶν· κἂν τα]ῦτα τὰ [ἐνέ]χυρα ἡμέραις
134 [τρισὶν μὴ λυθῇ, ἐξέσ]τω τῷ δημ]οσιώνῃ ϖωλεῖν
135 ..... [ἐν τόπῳ δημ]οσίῳ χωρὶς
136 δόλου ϖο[νηροῦ].....ω..... ἐπράθη
137 ἢ δοθῆναι ἔδει ϖ[ράσσ]ειν τῷ δη[μοσιώνῃ] καθὼς
138 καὶ .....σιν ..... τοῦ νόμου [ἐξέσ]τω
[P.om.] 139 Λιμένος ϖ..... [ϖη]γῶν ὑδάτων Καίσαρος
140 τῷ μισθωτῇ .....εντος ..... ϖαρασχέσ[θαι]

Pagina IV.

Columna prior.

141 ἄλλῳ μηδενὶ ϖράσσειν διδόναι λαμ[ϐάνειν]
142 ἐξέστω μήτε τ...ε....νωφο.. ἀνθρ[ωπ.. μή-]
143 τε τινι [ὀν]όματι το σ[ι....οε..υπ.....ν
144 τούτων εἰ ϖοιήσῃ ἢ ε..... [πραχ-]
145 [θήτω τὸ] διπλοῦν ....
146 .....ητε.....οι..
147 .....
148 Κ.....
149 κα.....
[P.74.] 150 Γαιο.....
151 αντι.....

[P. 75.] 152 Μεταξὺ Παλ[μυρηνῶν] . . . . . .
153 γνους ἐσ[ι . . . . . .
154 γείνεσθαι καθ' οι . . . . . .
155 εὐ . . . . σατο μ . . . . . .
156 . . . . . οσα δὲ ἐξ . . . . . .
157 . . . . . ως
158 Αὐτο[ῖ]ς . . . τα . . . . λεισπ . . . . . .
159 τω[ν τ]α . . . . . ωνυ . . . . . .
160 τῷ τελών[η διδόσ]θω
161 οἳ δ' ἂν ε . . α . . . ασω . . . . ἐξα[γ] . . . . . .
162 . . . . ει . . . . . .
163 . εο . . . . . δο . . .
164 Καθ' ἣν ἀναλο . . . . . .
165 Τοῦ δὲ ἐξαγω . . . . . αι . . . . .
166 αδωσε . . . νο . . . . . .
[P. 92.] 167 Ἐρίων . . . . . .
168 Θαρ . . . . . .
169 π . . . . . ειμ . . . . . .
170 . ρ . . . . . διαγ . . . . . .
171 . . . . . φορον . . . . . ματουμεν . . . . . φορι . .
172 . . . . αγωγη . . . . . ι Ж ς' τοῦ δὲ . . . . . [Ж] θ'
173 ἀξιοῦντος το . . . . . νου εἰ καὶ μὴ . . . . . .
174 [ἰτ]αλικῶν ἐξαγ[ομένω]ν πράσσειν ὕσ[ερον ὡς συν-]
175 εφωνήθη μ[ὴ ἀπὸ τ]ούτων ἐξαγο[μένων τὸ τέλος δί-]
176 δοσθαι
[P. 98.] 177 Μύρου τοῦ ἐν ἀσκο[ῖς αἰγεί]οις πρά[ξει ὁ τελώνης]
178 κατὰ τὸν νόμο[ν] . . . . . οὔτε . . . . . ἀμ[άρ-]
179 τημα γέγονεν τῷ προτεθέντι . εικ . . . . . [ἐν τῷ συν-]
180 εσφραγισμένῳ νόμῳ τέτακται
[P. 102.] 181 Τὸ τοῦ σφάκτρου τέλος εἰς δηνάριον ὀφείλει λο[γεύεσθαι]
182 καὶ Γερμανικοῦ Καίσαρος διὰ τῆς πρὸς Στατείλι[ον ἐπισ-]
183 τολῆς διασαφήσαντος ὅτι δεῖ πρὸς ἀσσάριον ἰτα[λικόν]
184 τὰ τέλη λογεύεσθαι· τὸ δὲ ἐντὸς δηναρίου τέλο[ς]
185 συνηθείᾳ ὁ τελώνης πρὸς κέρμα πράξει· τῶ[ν δὲ]
186 διὰ τὸ νεκριμαῖα εἶναι ῥειπλουμένων τὸ τέλο[ς οὐκ ὀφείλεται.]
[P. 109.] 187 Τῶν βρωτῶν τὸ κα(τὰ) τὸν νόμον τοῦ γόμου δην[άριον]
188 εἴσημι πράσσεσθαι ὅταν ἔξωθεν τῶν ὅρων εἰσά[γηται]
189 ἢ ἐξάγηται. Τοὺς δὲ εἰς χωρία ἢ ἀπὸ τῶν [χω-]
190 ρίων κατακομίζοντας ἀτελεῖς εἶναι, ὡς καὶ συνεφώ-
[P. 114.] 191 νησεν αὐτοῖς. Κώνου καὶ τῶν ὁμοίων ἔδ[ο-]
192 ξεν ὅσα εἰς ἐμπορείαν φέρεται τὸ τέλος εἰς τὸ ξη-
193 ρόφορτον ἀνάγεσθαι, ὡς καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς γείνεται πόλεσι.

[P. 118.] 194 Καμήλων ἐάν τε κεναὶ ἐάν τε ἔνγομοι εἰσάγωνται ἔξωθεν
195 τῶν ὅρων ὀφείλεται δηνάριον ἑκάστης κατὰ τὸν
196 νόμον ὡς καὶ Κουρβούλων ὁ κράτιστος ἐσημι-
197 ώσατο ἐν τῇ πρὸς Βάρβαρον ἐπιστολῇ.

Columna posterior.

198 .....ρλ.....
199 ...οι.....νο.....οξη.....
200 ἀγεσ[θαι].....τ(α).....οποσ[ι].....
201 ..... π[ρ]οσ.....
202 ....νσ...π.....
[P. 125.] 203 [Παρὰ τῶν] ἑταιρῶ[ν αἳ δηνάριον ἢ πλέον λαμβά-]
204 [νουσιν ..ἑ]κάστης.....α.αν
205 .....εου.....νλα
206 .....οσ.....πρ]άσσειν
207 .....του Θ...αν
208 .....ντος ο.....
209 .....του....
210 .....ι.....
211 .....
212 .....νιτ...ον....
213 .....μενοιτ.....
214 .ειποι.....
215 νόμον .τ..... .....

Versus 216-227 [i. e. 19-30 hujus columnæ], paucis signis exceptis, perierunt.

228 .....πατ.....
229 .....ω.....
230 ...πας συνφων .....
[P. 149.] 231 τελώ[ν]την γείνεσθαι· επει.....[τὸ ἐκ τοῦ]
232 νόμο[υ] τέλος πρὸς δηνά[ρ]ιον φ[έρειν.]
233 Ἐννόμιον συνεφωνήθη μὴ δεῖν πράσσε[ιν ἐκτὸς τῶν]
234 τελῶν· [τ]ῶν δὲ ἐπὶ νομὴν μεταγομένων [εἰς Παλ-]
235 μυρηνὴν Θρεμμάτων ὀφείλεσθαι· χαρα[κτη-]
236 ρίσασθαι τὰ Θρέμματα ἐὰν Θέλῃ ὁ δημο[σιώνης,]
237 ἐξέστω.

Pagina I.

Infra textum græcum :

1 דנמא די בולא בירח ניסן יום 18 שנת 448 בפלהדרותא די בונא בר
2 בונא בר חירן וגרמטיא די אלכסדרס בר אלכסדרס בר פלפטר גרמטוס די בולא ודמס וארכוניא
3 מלכו בר עליי בר מקימו וזבידא בר נשא כד הות בולא כנישא מן נמוסא אשרת
4 מדי כתיב מן לתחת בדיל די בזבניא קדמיא בנמוסא די מכסא עבידן שנין חיבן
5 מכסא לא אסקו והוו מתגבין מן עידא במדען די הוא מתכתב באנוריא די
6 מכסא והוא גבא היך בנמוסא ובעידא ומטלכות זבנין שנין על צבותא אלן
7 סרבנין הוו ביני תנרא לביני מכסיא אתחזי לבולא די ארכוניא אלן ולעשרתא
8 די יבנ[ו]ן מדעם די לא מסק בנמוסא ויכתב בשטר אנריא חדתא ויכתב למדעמא
9 מדעמא מכסה די מן עידא ומדי אשר לאנורא וכתב עם נמוסא קדמיא בגללא
10 די לקבל היכלא די רבאסירא ויהוא מבטל לארכוניא די חון בזבן זבן ועשרתא
11 וסדקיא די לא יהוא גבא אנורא מן אנש מדעם יתיר

(*Hic scriptus est versus græcus.*)

13 טעון קרס די כלמא גנס כלה לארבעא טעונין די גמלין
14 מכסא גבי

Pagina II.

Supra tres columnas hujus paginæ :

1 נמוסא די מכסא די למנא די הדרינא תדמר ועינתא די מיא [די אי]לס קיסר

Columna prima.

2 [*Gr. v. 1.*] מן מעלי עלימיא די מתאעלין לתדמר
3 או לתחומיה [יגבא מכס]א לכל רגל[illegible]ד 22
4 מן עלם די י[זב]ן ב[מדי]ת[א ....]פק [ד] 12
5 מן עלם וטר[ן] די יזבן ... [ד] 10 [illegible]
6 וחן זבונא יפק עלי[מ]ין יתן לכל רגלי [ד] 12
7 [*Gr. 9.*] הו מ[כסא יג]בא [מ]ן טעון נמלא די יבי[שין]
8 למעלנא ..... די טעון נמלא ד [3]
9 מן [טעון נמלא] למ[פקנא] ד 3
10 מן ט[עון] חמרא למעלנא ו[למפקנא ד 2]
11 [*Gr. 16.*] מן א[רנ]ונא מלטא לכל מ[שך למעלנא]
12 ולמ[פ]קנא אסרין 8

13 [Gr. 19.] מן טע[ון נ]מל[א] די משחא בשימא [די]
14 מתאעל [ב]ש[טיפת]א ד 25
15 ולמא ד.... [משח]א דנה
16 למפקנ[א] ..... נמל לטעונא ד 13
17 מן טעון גמלא די [מ]שחא בשימא [די יתאעל]
18 בזקי[ן די] ע[ז ל]מ[על]נא ד 13 ולמפק[נא ד 7]
19 מן ט[עון חמר די] משחא [בשימא ד]י יתאעל
20 בש[טיפ]יא [ד] 13 ולמפקנא ד 7
21 מן טעון חמר [ד]י משחא ב[שי]מא די
22 יתאעל בזקי[ן די ע]ז ד 7 [ולמ]פקנא ד 4
23 [Gr. 32.] מן טעון די מש[חא די בזק]ין ארבע
24 די עז למעלן טעון נ[מ]לא ד 13
25 ולמפקנא ד [3]1
26 מן טעון די מש[חא] די בזקין תרתן די עז
27 למעל[ן] ט[עונ]א די גמלא ד [7] ולמפקנא ד [7]
28 מן טעו[ן] חמר די משח למע[לנא] ד 7 ול(מ)פקנא [ד 7]
29 [Gr. 43.] מן טעון דהנא די בזקין א[רבע] די עז די
30 טעון נמל (ל)מעלנא ד 13 ול[מפק]נא ד 13
31 מן טעון דהנא די בזקין תרת[ן די] עז
32 לטעון גמל למעלנא ד 7 ולמ[פקנא ד] 7
33 מן טעון [דה]נא די חמר למעלנא [ד 7 ולמפקנא ד] 7
34 [Gr. 52.] מן טעון נ[וני]א מליחיא לטעונא די [נמלא]
35 [למע]לנ[א ד] 10 ומן מפק מנהון ....
36 .....א לטעונא די נמלא למ.....
37 .....א די טעון חמרא למעלנ[א] ד..
38 .....נא יגבא מכסא ד 3
39 מן .....יא ד 10 ולכודנ[א].. 10
40 .....ל מן .....אמ..א..
41 .....יא .....[אס]רין 2
42 [Gr. 69.] מ.....אמריא למע[לן ולמפקן] לרשא חד אסרא חד
43 מן ....א נמלא א[סרי]ן 3
44 מן ....א רבא ..... [א]סרין 2
45 מן ...ו.ד[ן מ]כ[סא אסר]א חד

[Gr. 72.] 46 אף [י]ג[ב]א מכ[סא לכל יר]ח מן די יהוא מזבן משחא

[Gr. 75.] 47 בשימא אסרין 2 ֍ אף יגבא מכסא מן זניתא מן

48 מן די שקלא דינר [או] יתיר דנרא חד מן אתתא

49 ומן מן די שקלא אסרין תמניא

50 ינבא אסרין תמניא

Columna secunda.

51 ומן מן די שקל[א] אסרי[ן ש]תא

52 יגבא אסרין [ש]ת[א]

[Gr. 80.] 53 אף ינבא מכ[סא מן] .....יו.. ופטפלי

54 ....יפא...ח...א היך עדתא

55 [לכל] יר[ח] מן חנותא ד 1

56 [מן כ]ל משך די [י]תאעל או יזבן למשכא אסרין 2

57 [מזבנ]י נחתיא די הפכין במדיתא יהן מוט מכסא

[Gr. 88.] 58 [לתש]מיש עינן תרתן די מ[י] די במדיתא ד 800

[Gr. 89.] 59 [י]נבא מכסא לטעונא די חטא וחמרא ותבנא

60 ו[כ]ל מדי דמא [להון לכ]ל גמל לארח חדא ד 1

[Gr. 92.] 61 לגמלא כדי יתאיעל סריק יגבא ד 1

62 היך [די] גב[א] קלקיס בר חרי קיסר

[Gr. 94.] 63 גמ[וסא די מכ]סא די תדמר ועינתא די מיא

64 ומל[חא ד]י ב[מ]דיתא ותחומיה היך

65 א[גוריא ד]י א[ת]אנר קדם מרינס הינמונא

66 מ[ן] ..... לכ[ל] טעון די גמל מעלן ד 4 ומפקן ד 4

67 מ[ן א]ר[גונא] מלטא לכל משך למעלנא ד 4 ולמפקנא ד 4

68 אף ינבא [מכס]א מן גנסיא כלהון היך די כתיב מן לעל

69 [מל]ח טב [יתג]בא אסרא חד למדיא די קסטון

70 עשר ו[ש]ת [ו]מא די יתבעא יתן [לה]ן לתשמישא

71 ו[די] לא י.. [י]פרע לכל מדא מן נמ[וס]א דנה ססטרטין[תר]ז

[Gr. 116.] 72 מן די יהוא לה מלח בתד[מר או בתחו]מא ד[י]

73 ת[דמרי]א יכילנה ל[מכס]א [א]פי מדיא באסרא חד

[Gr. 150.] 74 מ..... גיס .....קינ[ס] הינמונא

75 ..חשבן מכ..... בני תדמריא ל....

76 ..ק.ת מכסי[א א]קי[מ]ת די ... [מ]כסא

77 חיב למהוא .....סא [די] אגר בה
78 אלקמס וח..... נמוסא מרעם להן
79 משתתף ומ....א די ... יהוא
80 פרע למכסא מן די מעל רגלין לתדמר
81 [א]ו לתח[ום]יה ומפק לכל רגלי ד 22
82 ו[מ]ן די .....[מ]פק יפרע למכ[סא ד] 12
83 ו[מן] די י[זבן על]ם וטרן יפרע ד ..
84 ...ל כל.....מיא דנה .....
85 ו[ד]י מעל..... הו ד 10 ומפק [ד] 12
86 ..... מן די מפק עלם וטרן
87 .. חשב. ....[היך די] כתיב בנמוסא
88 [מן] די יז[בן] .....יפרע ד 9
89 ו[די מ]פק.....לא כתיב בדיל [די]
90 מדעם לא ...א וכ.....
91 לא דמיא .....י.....
92 [Gr. 167.] ומעלן מכ.....ב.....י מ...
93 ודי עמרא .....סא די אף מ....
94 תדמ[ר] ל[א מ]כס..... פרעא תהוא עמרא
95 די איט[ליא] ..... מכסא למפקנא בתר
96 כות חוו ספו[ן] ....לא עמרא איטליק[א]
97 [ת]הוא פרעא [מכ]ס[א] למפק(נ)א
98 [Gr. 177.] משחא ב[שימא די] בזקין די עז יהוא מכסא
99 מת[נבא היך נמוס]א בדיל די בטעון די

Columna tertia.

100 כתב די טעא מכס[א] ...בל.....
101 .כ..ש ובנמוסא רציף ד 13
102 [Gr. 181.] מכסא די קצבא אפי דנר חיב
103 למתחשבו היך די אף נרמנקוס קיסר
104 באנרתא די כתב לסטטילס פשק די
105 הא כשר די [יה]ן מכסיא אפי אסר איטלק[א]ו
106 נבן ומדי גו מן דנר חיב מכסא היך
107 ערתא ע[ר]פן יהא נבא

(Impressum mense januario anni 1924.)

פגרין די משתדן מכס לא חיבין
[Gr. 187.] לטעמתא הי(ך) בנמ[ו]סא לטעונא אקימת
די יהוא מתנ[ב]א דנר
מדי יהוא מת[אע]ל בר מן תחומא או מאפק
מן די מפק ל[קרי]א [או מ]אעל מן קריא
מכס לא חיב היך די אף הוו ספון
[Gr. 191.] אסטרביליא ומדי דמא להון אתחזי די
לכל די עלל לחשבן תנרא יהוא מכסא
היך ליביש היך די הוא אף במדינתא
אחרניתא
[Gr. 194.] נמליא הן טעינין והן סריקין יהן
מתאעלין בר מן תחומא חיב כל
נמל דנר היך בנמוסא והיך די אשר
קרבלון כשירא באנרתא די כתב לברברס
על נלדיא די גמלי[א] אף אלן כפרו די מכס
לא גבן ⸗ עשב[י]א ו[נת]ירתא אתחזי די יהון
יהבין מכ[סא] בדיל די אית בהון תנרתא
[Gr. 203.] מכסא די עלימתא היך די נמוסא מוחא פשקת
הו מכסא יג[בא מכ]סא מן עלימתא די שקלן דנר
או יתיר לאת[תא דנ]ר והן חסיר תהוה שקלא
מדי הי שקלא [ינבא ⸗ על] צלמי נחשא אדרטיא
אתחזי די יתגב[ון] היך [נח]שא ויהוא פרע צלם
בפלנות [טעו]ן וצלמין תרן טעון ⸗ על מלחא
קשט[א א]תחזי לי די באתר די דמס תהוא
מתזבנא באתר די מתכנשין ומן מן תדמריא
יזבן לחש[חת]ה יהוא יהב למדיא אסר איטלק[א
היך בנמוסא ואף מכסא [מ]לחא די הויא
בתדמר היך בה[ו נמוס]א אפי אסר יהוא
מתקבל ול[תדמרי]א יהוא מזבן היך עידא
.....[מכ]סא די ארנונא בדיל די
..... ארבעא ופלג...ב..
..... מ[ה]לכין ב[מד]ית וחיטא
.....ד די יהוא

יהוא מתגבא .....א.. 141
מכסא היך די כ[תיב מן ל]על ש למעלן שלחא 142
אסרין 2 אשל..... מתגבא ולממפקנא 143
לטעונ[א ...]א [היך די א]ף הוו ספון 144
ענא ת[ה]וו[א מ]תאעלא מ[ן בר] מן תחומא אף הן 145
..... [מת]אעלא מכסא חיבא והן לנו מן 146
..... מתאעלא למדיתא למנז מכס לא חיב[א] 147
מ.....נותא ומן די היך (ד)י הון הון 148 [*Gr. 230.*]

Toro inferiore, per totam latitudinem hujus paginæ et paululum ultra :

[ס]פון מכסא .....א היך בנמוסא דנר יהוא מתגבא [אף] מן....מ[די] פרע מכסא 149
לא יהוא מתגבא אלא לעז די תהוא מאעלא ל.....[תחו]ם תדמר אן יצבא מכסא
יהוא‖....א לה

Textum palmyrenum ex nostris et aliorum conjecturis, subdito commentario probandis, restitutum sic vertimus :

1 *Senatus decretum. Mense Nisan, die* XVIII, *anno* CCCCXXXVIII, *sub proedria Bonnis, filii*
2 *Bonnis, Ḥæranis nepotis; scriba Alexandro Alexandri (filio), Philopatoris nepote, scriba senatus et populi; archontibus*
3 *Malicho Olæis filio, Mocimi nepote, et Zebida, Nesæ filio; senatus legitime congregatus sanxit*
4 *quod infra scriptum est : Cum superioribus temporibus in lege portus res plures vectigales*
5 *non enumeratæ sint, sed taxarentur ex consuetudine, prout erat scriptum in stipulatione cum*
6 *publicano, et is tum lege tum consuetudine (pecunias) exigeret; ideoque sæpius de rebus istis*
7 *controversiæ inter mercatores et publicanos ortæ sint, placuit senatui ut archontes supradicti et decaproti*
8 *definirent quæ in lege non enumerata sunt, et ea in nova stipulatione scriberentur, et adnotaretur cuique*
9 *(mercium) generi ejus vectigal consuetum, et, postquam fuerit a publicano comprobata (stipulatio), inscriberetur cum lege priore in lapide*
10 *qui est contra templum Rabasiræ; et curandum erit archontibus pro tempore exstantibus et decaprotis*
11 *et syndicis ne publicanus ab ullo nimium exigat.*

12 *Pro onere carri cujuscumque generis tantum quantum pro quattuor camelorum oneribus*
13 *vectigal exigetur.*

1 *Lex vectigalis portus Hadrianæ Palmyræ et fontium aquarum* [*Æ*]*lii Cæsaris.*

2 *Ab invectoribus puerorum qui Palmyram invehuntur*
3 *aut in fines ejus* [*exiget publica*]*nus pro singulis hominibus d. XXII*

4 *pro puero qui venumdatur in civitate* [*et non?*] *evehi*[*tur d.*] XII
5 *pro mancipio veterano quod venumdatur* [*d.*] X .....
6 *et si emptor evehit pueros dabit pro singulis hominibus d.* XII
7 *Ipse publicanus exiget pro onere camelino siccatarum* (*mercium*)
8 *pro invecto* ..... *oneris camelini d.* [III]
9 *pro* [*onere camelino*] *ev*[*ecto*] *d.* III
10 *pro onere asinino invecto et* [*evecto d.* II]
11 *Pro lana purpurea pro unoquoque vel*[*lere invecto*]
12 *et evecto asses* VIII
13 *Pro one*[*re ca*]*meli*[*no*] *olei aromatici* [*quod*]
14 *invehitur in* [*ala*]*ba*[*str*]*is d.* XXV
15 *et quod* .....[*ole*]*i hujus*
16 *pro evectione* ..... *camelini, pro unoquoque onere d.* XIII
17 *pro onere camelino olei aromatici,* [*quod invectum est*]
18 *in caprinis utribus, pro invecto d.* XIII; *et pro eve*[*cto d.* VII]
19 *pro onere asinino olei* [*aromatici quod*] *invectum est*
20 *in ala*[*bas*]*tris,* [*d.*] XIII; *et pro evecto d.* VII
21 *pro onere asinino olei aromatici quod*
22 *invectum est in utribus caprinis,* [*d.* VII; *et pro e*]*vecto d.* IIII
23 *Pro onere olei quod in utribus quattuor*
24 *caprinis, pro invecto onere camelino d.* XIII;
25 *et pro evecto d.* X[III]
26 *Pro onere olei quod in utribus caprinis duobus :*
27 *pro invecto onere camelino d.* [VII]; *et pro evecto d.* [VII]
28 *Pro onere asinino olei : pro in*[*vecto*] *d.* VII, *et pro evecto* [*d.* VII].
29 *Pro onere adipis quod in utribus quattuor caprinis : id est*
30 *pro onere camelino invecto d.* XIII; *et pro* [*ev*]*ecto d.* XIII
31 *Pro onere adipis quod in utribus caprinis duobus :*
32 *pro onere camelino invecto d.* VII; *et pro e*[*vecto d.*] VII
33 *Pro onere adipis asinino : pro invecto* [*d.* VII; *et pro evecto*] *d.* VII
34 *Pro onere* [*pisc*]*ium salsorum : pro onere* [*camelino*]
35 [*invecto d.*] X; *et qui evehit ex illis* [*dabit*]
36 .... *pro onere camelino : pro* .....
37 ..... *oneris asinini : pro invecto* [*d.* . .]
38 ..... *exiget publicanus d.* III
39 *Ab* [*invehentibus equ*]*um* (?) *d.* X, *et mulum* [*d.* X]
40 .....*vehit ex*..... ...
41 ..... *asses* II
42 *Ab* ..... *oves, pro invecta et evecta unaquaque assem unum*
43 *Ab* ..... *camel*..... *a*[*sses*] III
44 *Ab* .....*magn*..... *asses* II
45 *Ab* ..... [*vectigal? as*]*sem unum.*

Item exiget publicanus, singulis mensibus, ab eo qui vendit oleum
aromaticum asses II. — *Item exiget publicanus a meretrice : ab*
ea quæ capit denarium [*aut*] *plus, denarium unum in mulierem;*
et ab ea quæ capit asses octo,
exiget asses octo;
et ab ea quæ capit asses sex,
exiget asses sex.
Item exiget [*publicanus ex*]. . . . . *. . et omnimodas merces vendentium*
et . . . . . , *ut fert consuetudo,*
singulis mensibus in tabernam d. I
Pro pellibus quæ invectæ erunt aut venumdabuntur : in singulas pelles asses II
[*Mercatorum*] *vestiariorum qui per urbem circumeunt incertum manet vectigal.*
Pro usu fontium aquarum duorum qui sunt in civitate d. DCCC
Exiget publicanus pro onere frumenti, vini, paleæ
et omnium id genus : pro uno onere camelino et una vectura d. I
Pro camelo cum vacuus reducitur exiget d. I
sicut exegit Cilix, Cæsaris libertus.
[*Lex vectiga*]*lis Palmyræ et fontium aquarum*
et salis qui est in civitate et finibus ejus, secundum
sti[*pulationem*] *quæ stipulata est coram Marino præside.*
[*Pro . . . . . :*] *pro onere camelino invecto d.* IIII, *et evecto d.* IIII
Pro lana [*purpurea*] *: pro uno vellere invecto d.* IIII *et evecto d.* IIII
Item, exiget publicanus omne genus ut supra scriptum est.
Sal recte [*exigetur ad*] *assem unum pro modio sextariorum*
sedecim, et quod (*quando?*) *requiretur dabit eis utendum*
et qui non [*metietur*] *solvet pro singulis modiis ex hac lege sestertios* [*du*]*os.*
Qui habebit sal Palmy[*ræ aut intra fines*]
Palmyrenorum, illud metietur pro publicano ad modium pro asse uno.
. . . . . *Gai*[*us*] . . . . . *. . . .cinus præses*
[*de*] *æstimatione vectigalium . . . . . inter Palmyrenos et . . . . .*
. . . . . *vectigalia, statui quod . . . . . vectigal*
debet esse . . . . . quam conduxit
Alcimus, et . . . . . legem quidquid cum eis
participaturus . . . . . debebit
solvere publicano, qui invehit mancipia Palmyram
aut in fines ejus, vel evehit, pro singulis mancipiis d. XXII
et qui . . . . . evehit solvet publicano d. XII
et qui venumdabit mancipium veteranum solvet d. [*X*]
. . . . . *quicumque . . . . . hunc . . .* [*d. . .*]
et qui invehit . . . . . d. X, *et qui evehit d.* XII
. . . . . *qui evehit mancipium veteranum*
. . . . . *æstimatio . . . . .* [*sicut*] *scriptum est in lege*

88 *qui venumdabit . . . . . solvet d. VIIII*
89 *et pro evectione . . . . . non scriptum est eo quod*
90 *quidquid non . . . . . .*
91 *non simile est . . . . . .*
92 *et invecto . . . . . .*
93 *et qui lanam . . . . . qui etiam . . . . . .*
94 *Palmyr[am] non vectigal . . . . . debet solvere lana*
95 *Ita[liæ?] . . . . . vectigal evectionis ulterius*
96 *sicut fuerunt concordes . . . . . : Ne lana italica*
97 *solvat vectigal pro evectione.*
98 *Olei aromatici in utribus caprinis sit vectigal*
99 *exactum secundum legem, eo quod per errorem*
100 *scripturæ quem commisit publicanus . . . . . .*
101 *. . . . in lege stabilitum est (?) d. XIII.*
102 *Vectigal laniorum ad denarium debet*
103 *supputari, sicut etiam Germanicus Cæsar,*
104 *in epistula quam scripsit ad Statilium, exposuit :*
105 *Quoniam rectum est ut sint vectigalia ad assem italicum*
106 *exacta, et quod infra denarium debetur, publicanus secundum*
107 *consuetudinem ad minutum exiget.*
108 *Cadavera quæ projiciuntur vectigal non debent.*
109 *Quoad alimenta, [sicut] in lege, pro uno onere statui*
110 *exigendum esse denarium,*
111 *quando erit invectum ex finibus aut evectum;*
112 *qui evehit in vicos aut invehit e vicis*
113 *vectigal non debet, ut etiam consentiunt.*
114 *Quoad nuces pineas et alia id genus, decretum est*
115 *ut, pro omnibus quæ venalia introducuntur, sit vectigal idem*
116 *ac pro siccis (mercibus), sicut accidit etiam in civitatibus*
117 *ceteris.*
118 *Cameli sive onusti sive vacui*
119 *inducantur ex finibus, debetur in singulos*
120 *camelos denarius, sicut in lege (scriptum est) et sicut confirmavit*
121 *egregius Corbulo, in epistula quam scripsit ad Barbarum.*
122 *Quod ad pelles camelinas attinet etiam eas deleverunt quia vectigal*
123 *non exigitur. — Herbas et (plantarum) decidua decretum est esse*
124 *vectigalia, eo quod ex eis quæstum faciunt.*
125 *Vectigal puellarum, ut lex ostendit, statui :*
126 *Publicanus ex[iget vec]tigal a puellis quæ capiunt denarium*
127 *aut plus, in mulierem denarium, et si quæ minus capit*
128 *quantum capit exiget. — Quod attinet ad æreas imagines, statuas,*
129 *decretum est ut exigantur tanquam æs, et solvat imago*

130 *(ut) dimidium oneris, et duæ imagines (ut) onus. — Ad sal quod attinet,*
131 *æquum mihi visum est ut in loco publico sit*
132 *venale, in loco ubi congregantur, et qui ex Palmyrenis*
133 *emet in usum suum dabit in singulos modios assem italicum,*
134 *sicut in lege (scriptum est); et etiam vectigal salis quod est*
135 *Palmyræ, sicut in [ipsa lege?] ad assem exi-*
136 *gatur, et Palmyrenis veneat, secundum consuetudinem.*
137 ..... *vectigal purpuræ, eo quod*
138 ..... *quattuor semis* .....
139 ..... *ambulantes in [urbe], et sartores*
140 ..... *qui sit*
141 ..... *exigatur*
142 *vectigal sicut supra [scriptum est]. — Pro invecta pelle*
143 *asses duo* ..... *exigatur, et pro evecta* .....
144 *Pro onere* ..... *[ut] etiam concordes fuerunt.*
145 *Grex qui introduceretur ex finibus, etiam si*
146 ..... *introducitur vectigal debet; sed si intra*
147 ..... *introducitur in civitatem ut tonderetur vectigal non debet.*
148 ..... *et qui ?? sicut fuerant*
149 *[con]cordes. — Vectigal* ..... *sicut in lege (scriptum est) ad denarium exigendum est. Etiam ab*..... *ut solvat vectigal non exigetur; sed gregis qui introduceretur in* .... . *[fines?] Palmyræ, si voluerit publicanus, (animalia) [inurere] sit ei [licitum.]*

Græcæ dedicationis grandioribus litteris in fronte monumenti exaratæ, e paucis quæ supersunt, restitutionem proposuit Dessau, in qua tamen voces *ἀρχιερέως μεγίστου* inseruimus (cf. *Ins. Gr. ad res Rom.*, I, 1142; III, 111, titulos eo anno dedicatos). Sed errat doctus vir dum putat hæc scripta fuisse supra quattuor paginas; nonnisi supra paginas medias exaratos esse hos versus duos suadent et dispositio paginarum et extensio linearum. Quod eis responderet in palmyreno exemplo nihil unquam fuit.

Pagina I.

Ambo textus fere integri sunt; vix una littera in palmyreno, aliquot signa haud dubie supplenda in græco perierunt.

Adverte in græco, versu 2, editores omnes post Dessau scripsisse Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀλεξάνδρου; lapis autem fert Ἀλεξάνδρου Ἀλεξάνδρου, ut edidit Vogüé. Non quidem per lapsum, sed quia mos fuit Palmyrenorum, multis titulis comprobatus, articulum omittendi ante nomen patris in græcis genealogiis.

Palmyrena :

Versus 1. דנכא, vox græca *δόγμα*. — בולא, *βουλή* «senatus»; et בילוטא, *βουλευτής* «senator» (sub n° 3937). Ubi de romano senatore agitur voce סנקלטיקא, *συνκλητικός*, utebantur Palmyreni; vide sub n° 3944.

Sequitur temporis nota, quæ in græco præmissa est. Dies XVIII mensis Nisan anni Seleucidarum 448, respondet diei XVIII aprilis anni p. Chr. 137.

פלחדרותא, nomen abstractum : munus *τοῦ προέδρου*. Mutatio litteræ R in L, præsertim post labialem P, frequens est apud Semitas in vocibus peregrinis. Exempla recitat Reckendorf פלהדרין, *προέδριον*; פלטרין, *πραιτώριον*; פלטנטר, *frumentarius*;  , *protector*; etc. Cf. etiam hebr. אלמנה, syr. ; syr. , mand. תרמידא; etc. Proedrum Palmyrenorum alibi nusquam commemorari observavit Dessau. — בונא, *Βωννέους* (in genit. casu); nomen usu frequens apud Palmyrenos; constat e nomine dei בול et alio vocabulo incerto; בול־נאא «Bol decorus est» parum placet; alii nomen coarctatum existimant e בולנא (vide sub n° 3976). Recentius Lidzbarski opinatus est ambo nomina בולנא et בונא e בולנורעתה (sub n° 4199) derivata esse.

V. 2. חירן; gr. Αἰράνης; idem nomen ac arabicum خَيْرَان; cf. nom. palmyr. חירא (n° 3939) et nabat. חירו, ab eodem themate חיר «pulchrum esse». — גרמטיא, vox græca γραμματεία : munus scribæ publici, qui hic «senatus populique scriba», sed alibi «scriba» sine addito, גרמטוס, γραμματεύς, dicitur. — אלכסדרס, Ἀλέξανδρος; plenius אלכסנדרוס (sub n° 3932); etiam אלכסנדר in nummis Hierapolitanis. — פלפטר, Φιλοπάτωρ. — ארכונֵיא; vox græca ἄρχων, ad aramaicam flexionem revocata. Magistratus summi Palmyrenorum, qui alibi, monente Dessau, σϝρατηγοί dicuntur (Wadd., nis 2597, 2601, 2606, 2607). Adverte horum nomina palmyrena esse, scribæ autem nomen et etiam ejus patris et avi nomina græca fuisse.

V. 3. מלכו, græce Μάλχος et Μάλιχος; lat. *Malchus*. — עלי, Ὀλαιοῦς (in gen. casu); græcæ vocales deminutivum innuunt; cf. nomina nabat. עלי (n° 158) et עליו in titulis sinaïticis frequens; arab. عَلِيّ. — זבידא, gr. Ζεβεΐδου (gen. casu; accus. : Ζεβεΐδαν, sub n° 3933); latine, item genit. casu, *Zebidæ* (*C.I.L.*, III, 14384); videtur esse partic. pass. verbi זבד «donavit»; cf. nom. lat. *Donatus*. Ne confundas cum nabatæo זבידו (arab. زُبَيْد), gr. Ζοβαίδος, quod deminutivum est e זבדו. Adverte præterea in titulis duplici lingua conceptis nomen palmyrenum זבידא non semel græco Ζηνόβιος exprimi; ita sub nis 4031, 4168, etc. — נשא, alibi נסא; græce gen. hic Νεσᾶ, sed Νεσῆ sub n° 3916. Nomen decurtatum e longiore forma, hucusque non reperta; sed cf. nomina græca Ναασηλου, Ναασεάθη (Wadd., nis 2070*c*, 2230). — מן נמוסא «ex lege», *νομίμου ἀγομένης*; sessiones a lege non præfixæ *σύγκλητοι* dicebantur. Legitimum senatum quotannis saltem mense aprili haberi moris erat; nam illo plerumque mense honores viris de civitate bene meritis ab eo decernebantur (vide sub nis 3930, 3931, 3933, etc.). — אַשרַת «firmum fecit, confirmavit»; verbum שרר in conjug. *aphel*, 3ª pers. fem. sing. perfecti temporis.

V. 4. מדי, pro מא די; cf. infra II, 15. — בדיל די, «eo quod», conjunctio usu frequens in dialecto aramaica palæstinensi; originem ducit, ut videtur, ab hebræo בשל (ex באשר ל). — זְבָנַיָא, χρόνοι; nomen masc. plur.; sed vox זבנא cum «vicem» significat feminini est generis, cf. v. 6 : זְבָנִין שַׁגְיָן, gr. πλεισθάκις. Ita etiam apud Syros. — נמוסא, vox græca *νόμος*, cum aramaica flexione. — מַכְסָא «vectigal», *τέλος*; hebr. מֶכֶס. Vocalibus nomen distinguitur a מָכְסָא, syr. ܡܟܣܐ, «vectigalium collector», qui hoc nostro documento græce vocatur indiscretim *τελώνης* vel *δημοσιώνης* «publicanus». — עבידן; plur. femin. in statu indeterminato; sing. עבידתא, supra invenimus, sub n° 196; «res, opus». — חַיָבָן, plur. femin.; mascul. חיבין occurrit infra (II, 108); syr. ܚܰܝܳܒ, «reus, debitor».

V. 5. אסקו, 3ª pers. plur. mascul. conjugationis *aphel* verbi סלק «adscendit». Subjectum hujus verbi est vox feminina plur. עבידן, ut suadet locutio מסק מדעם די לא (v. 8); sensus est «quia in lege res vectigales plurimæ non descriptæ fuerunt»; græcus : *οὐκ ἀνελήμφθη*. Ad vitandum solœcismum quis fortasse conjiciet legendum «quia in lege res vectigales plurimas non descripserunt»; quæ interpretatio minus placet. — Ita etiam הוו מתנבין, ad litter. «fuerunt exigendi»; voces enim sunt masculinæ, etsi cum femin. עבידן connexæ; minus arcte tamen; ita ut non male mente subaudiri possit subjectum plurale masculinum מכסיא «vectigalia». — גבא «elegit, collegit», de exactione tributorum proprie adhibetur. — עֵידָא, syr. ܥܺܝܕܳܐ «mos, consuetudo»; infra (II, 5) מן עידא. עדתא «e consuetudine»; paullo post : היך עידא «secundum consuetudinem». — במדען די, ad litt. «in eo quod»; מדען eandem vocem esse ac מדעם plerique existimant et rem definire videtur locutio בכל מדען, *ἐν πᾶσιν* (sub n° 3959). Aliter tamen R. Duval et post ipsum Reckendorf; censent מדען esse substantivum e verbo ידע deductum, eadem ratione ac מעלן ex עלל. — אַגוֹרָיָא, *μίσθωσις*, «conductio, locatio», e verbo אגר «mercede conduxit». Inde etiam אָגוֹרָא «conductor» (infra, v. 11), græce *μισθούμενος*, *μισθωτής*. Stipulatione inter se tenebantur senatus et publicanus qui vectigalia conduxerat.

V. 6. מָכְסָא «publicanus»; plur. מָכְסָיָא (infra, v. 7). — הוא גָבֵא «exacturus erat», in gr. *τὴν πρᾶξιν ποιεῖσθαι*, i. e. *πράσσειν*. Vi stipulationis exigebat vectigalia publicanus tum secundum legem, tum secundum consuetudinem pro rebus in lege non descriptis. Cum autem consuetudinem sequebatur, sæpe inter eum et mercatores, quia se asperiorem præbebat, controversiæ oriebantur; quæ ut desinerent hanc novam legem tulit senatus. — מטלכות «propterea», *διὰ ταῦτα* in titulo bilingui (n° 3932); כות seorsum occurrit in titulis nabatæis (nis 199, 200, etc.); aliis enim particulis non conjungitur nisi in dialecto palmyrena. — זְבָנִין שַׁגְיָן «vicibus multis», *πλειστάκις*; plur. fem.; cf. supra, v. 4. — עַל עֲבִידָא אִלֵּין, *περὶ τούτου*; ad litt. «super res istas». Vox צבו «desiderium, propositum» proprie significat, et per extensionem «negotium, commodum, res quælibet»; cf. sub n° 3915. Ita etiam in lingua biblica צֶבִי (*Dan.*, VI, 18) et syr. ܨܒܝ, ܨܒܝܢ.

V. 7. סַרְבָנִין, *ζητήσεις*, «quæstiones, querelæ», e

radice סרב, «blateravit, contendit»; cf. targum. סַרְבָן «rebellis» et סַרְבָנוּתָא «rebellio», syr. ܣܪܒܢܘܬܐ. — תַּגָּרָא, *ἐμπόροι*, «mercatores», plur. emph. coarctatum e תַּגָּרֵיָא; syr. ܬܓܪܐ, e verbo תגר «mercaturam exercuit». Inde etiam תגרתא «commercium» (II, 124), syr. ܬܓܪܬܐ.

לביני .... ביני, in græco *μεταξὺ .... πρὸς*, «inter»; cf. בין, supra sub n° 141, et בני, infra (II, v. 75); cum suffixo ביניהון (infra, sub n° 3915). — אִתְחֲזִי, ad litt. «visum est, placuit», *ἔδοξε*. — ארכוניא אלן; vim pronominis aliter exprimit græcus : *τοὺς ἐνεστῶτας ἄρχοντας*, «archontes qui nunc munus gerunt». — עשרתא, nomen collectivum, fem. sing., gallice «dizaine»; græcus nomen concretum adhibet : *δεκάπρωτοι* «decemprimi». Simili modo apud Syros collegium Apostolorum dicitur ܥܣܪܝܐ, gallice «la Douzaine».

Hujus periodi syntaxis a recta norma recedit. Sensum obvium proponit textus græcus : Jubet senatus archontes et decaprotos investigare res vectigales in lege prætermissas, eas in proxima stipulatione describi et unicuique vectigal ex consuetudine adscribi. Jam vero palmyrenus ad litteram versus sic sonat : «Placuit senatui ..... et decemprimis ut .....». Sane ל præfixum, in voce לעשרתא, delendum est. Verbum אתחזי postulat particulam די «ut», quæ si ante ארכוניא recte ponitur, redundat initio versus 8ⁱ.

V. 8. יבנון; penultima littera fere deleta dubia est; legebat Vogüé יבנין, sed lectio יבנון, quam postulat grammatica, probabilior videtur; verbum scl. בין «discrevit, intellexit», græce *διακρίνειν*, in conjugatione *aphel*, pro יְבִינון. — מדעם, et plenius מדעמא; in aramaica et nabatæa dialecto מנדעם (supra, nⁱˢ 141, 350). Nöldeke interpretatus est : מדע־מא «scibile quid» et inde : «aliquid, quidquid». Mirum est quam diversæ sint in variis linguis hujus vocis formæ : mand. מינדאם; talmud. מִידִי; syr. ܡܕܡ, et neosyr. ܡܕܡ. Cf. H. Zimmern, *Zeitsch. für Assyr.*, t. IX [1894], p. 104. — מַסַק, partic. passivum conjugat. *aphel* verbi סלק, cf. supra v. 5; ad litt. : «res non inducta»; *τὰ μὴ ἀνειλημμένα*. — שְׁטָרָא, «chirographum, instrumentum»; cf. supra, sub nⁱˢ 204, 350, etc. — שטר אנריא «instrumentum conductionis». — למדעמא מדעמא, «singulis rebus»; repetitio distributionem notat; gr. *ἑκάστῳ εἴδει*.

יכתב. Hujus vocis occasione multum disputaverunt eruditi : num in aramaico sermone conjugatio passiva verborum, quæ nunc per reflexivam exprimitur, exstiterit olim per simplicem vocalium mutationem, ut fit in hebraicis conjugationibus *pual* et *hophal*. Affirmativam opinionem tenent Sachau, Müller, Schröder, in operibus supra laudatis, et Wright (*Comparat. Grammar*, p. 225) Legunt itaque hic יְכְתַב; v. 9 : אֲשֶׁר; infra, II, 38 : יְזַבֵּן. Rubens Duval (*Rev. des Études juives*, t. VIII, p. 57) demonstrare conatus est nullum certum vestigium passivi, ut aiunt, interni inventum esse in dialectis aramaicis, exempla biblica e libro Danielis allata hebraico influxu efformata esse, et quæ in nostro documento occurrunt ad conjugationem *itpeal* revocanda : יְזַבֵּן pro יִתְזַבֵּן; יְכְתַב pro יִתְכְתַב; fatetur tamen doctus vir אשר hac ratione explicari non posse. Argumenta utriusque opinionis hic referre non vacat. Quid sentiendum, non de ipsa quæstione sed de interpretatione nostri documenti, paucis dicemus. — יזבן esse verbum passivum certum est; esse autem pro יתזבן dicamus cum Duval nihil obstat. Verum litteræ ת assimilatio, quæ cum proxima sibilante fere naturalis est, minus bene intellegitur cum consonante palatina. Fatentur omnes non semel in normas grammaticæ peccavisse scribam, qui textum græcum legis primigenium in palmyrenam linguam transtulit. Non igitur improbandus qui contenderet יכתב esse formam activam, nempe 3ᵃᵐ pers. sing. imperfecti in prima conjugatione, adhibitam eo sensu quem exprimunt Latini tertia persona plurali : «ut scribant», nos autem singulari cum gallice dicimus «qu'on écrive».

V. 9. מדי, «quando, cum»; eodem sensu apud Syros ܡܕܝ; hic gr. *ἐπειδὰν*. — אשר לאגורא; in græco : *κυρωθῇ τῷ μισθουμένῳ*, cum dativo auctoris, pro *ὑπὸ τοῦ μισθουμένου*; id est, postquam publicanus condiciones a senatu propositas noverit et pactum conductionis ratum habuerit. לאגורא optime respondet græco *τῷ μισθουμένῳ*; sed si præfixum ל sit auctoris, אשר verbum passivum esse dicas necesse est; quod quidem admiserunt Sachau, Schröder, Lidzbarski aliique, ad conjugationem (*h*)*ophal* vocem revocantes et legentes אָשַׁר, ut supra diximus. Alii autem, inter quos Reckendorf et Cooke, censent esse 3ᵃᵐ pers. sive singularem sive pluralem conjugationis *aphel*, ac proinde activæ significationis : «confirmavit» vel «confirmaverunt» publicano.

וכתב, plerique sentiunt, non sine probabilitate, emendandum יכתב, vel ויכתב, ut supra. Quod proposuit Duval וְכְתַב pro וְאִתְכְתַב, nemo probavit. Si quis lectionem וכתב servandam existimat, verbum eadem ratione ac אשר explanandum erit, id est aut passive : כְּתַב, aut active : כָּתַב (3ᵃ pers. sing. vel plur.). Edixerat Nero «ut leges cujusque publici, occultæ ad id tempus, proscriberentur» (Tac., *Ann.*, XIII, 51).

עם נמוסא קדמיא, *μετὰ τοῦ πρώτου νόμου*; antiquam legem eidem lapidi incidi jussit senatus, sed id non factum fuisse propter spatii angustias censet Dessau. Interpretes ceteri fere omnes, quibus et nos assentimur,

tenent utramque legem, novam et antiquam, in nostro titulo contineri; aliter enim ægre intellegitur cur bis enumerentur vectigalia mancipiorum, meretricum, alimentorum, etc. Ob lacunas utriusque textus ubinam altera alteram excipiat non liquet; sed omnino verisimile est in textu palmyreno media columna secunda (v. 63) novum argumentum proponi. Müller, Reckendorf aliique novam legem inde ab initio textus usque ad dictum locum, antiquam vero ab hoc argumento usque ad finem inscriptionis recitari conjecerunt. Sed lex recens expletior fuit, et res vectigales in antiqua lege non enumeratas amplectebatur; firmis rationibus demonstravit Chabot priorem partem inscriptionis esse legem antiquam, cui lex nova subdita est in parte posteriore. In confirmationem hujus sententiæ, collega noster Ed. Cuq exemplum nobis proposuit cujusdam decreti Neronis quo leges a Claudio statutæ immutantur (*Aegypt. Urkunden aus dem kön. Mus. zu Berlin.* Griechische Urk., t. II, n° 611; cf. *Nouv. Revue hist. de droit*, t. XXII, p. 689; t. XXIII, p. 111).

נְלָלָא, *σήλη*; vi etymi esset lapis «rotundus», sed de quocunque lapide exciso vocem usurpari jam testatur usus biblicus (*Esdr.*, v, 8, vi, 4) et talmudicus (*Sanh.*, 109 *b*; *Gittin*, 47 *a*).

V. 10. לקבל, *ἀντικρύς*; in Bibliis לֶקֶבֶל; syr. ܠܩܒܠ. — היכלא, *ἱερόν* «templum»; ab assyrio *ékallu* «palatium» etymon repetendum; syr. ܗܝܟܠ. — די רבאסירא, id est «*τοῦ* Rabasîrê»; paullo aliter græcus : *λεγομένου Ῥαβασείρη*. E græcis vocalibus vix alia interpretatio nominis excogitari potest ac רַב־אַסִירָא, ad litteram «præfectus vinctorum», ut suadebat G. Hoffmann (apud Lidzbarski, *Handbuch*, s. v.); mirum est Schröder et Halévy de Osiride cogitavisse. Qualis autem fuerit deus seu potius, deficiente epitheto אלהא, genius hoc nomine vocatus, rem definivisse videtur H. Pognon (*Inscriptions sémitiques*, p. 84, n. 2) dum recitat verba libri Mandæorum *Ginza* inscripti, quæ gallice sic vertit : «Lorsque vous sortirez de vos corps pour aller vers la Grande Vie, quel certificat donnerez-vous? Que direz-vous au messager qui vous aura délivrés du monde? Que direz-vous aux génies infernaux et à Rab-Essirê (ܪܒ ܐܣܝܪ ܫܡܗ) qui réside là-bas? Que direz-vous au génie Anouche?» Numen clare innuitur quod Mandæi, et fortasse ipsi Palmyreni, tanquam custodem infernorum venerabantur.

יהוא מכמל «sit curandum», *ἐπιμελεῖσθαι*; מְכַמָּל, particip. pass. conjugationis *pael*. — די הָוֵן : participium pro futuro adhibetur, ut mos est etiam Syrorum; græce : *τοὺς τυγχάνοντας*. — זבן בובן : ut supra, repetitio distributionem notat; græcus : *κατὰ καιρόν*.

V. 11. סדקיא; vox græca *σύνδικοι* ad flexionem aramaicam redacta; sed pro more littera *ν* assimilatur; cf. supra (n° 3908) קטריא «centuria», etc. *Σύνδικοι*, actores civitatum qui negotia publica cum præside et imperatore tractabant, in Oriente sæpe memorantur (Liebenam, *Städteverw.*, p. 303). Sed Palmyræ etiam *σύνδικοι* dicebantur qui alibi *ἔκδικοι*.

נָבָא, partic. activ. conjug. *pael;* ad litt. «ne sit exigens» quid nimium. Græce : *παραπράσσειν*; hoc verbum usu receptum erat ut immoderatæ exactiones significarentur. Johannes Baptista publicanos hortatur : *μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε* (*Luc.*, iii, 13); *πλέον* idem est ac מדעם יתיר.

V. 12. Infra textum decreti, capitulum græce et palmyrene incisum est, quod pertinet ad ea quæ paginis II-IV relata sunt. Utrum hæc hoc loco reposita fuerint quod defuit spatium pagina II, an potius quia sunt quasi norma universalis ad omne vectigal pondere æstimandum spectans? Id magis arridet. Cum enim in lege vectigal quodque in unum onus camelinum exigatur (cf. Plin., *Hist. nat.*, XII, 65; Fronto, *Princip. hist.*, ed. Naber, p. 209), semel ab initio jubetur unum onus camelinum tanti æstimari quanti quadrans oneris carrici. Carros autem in viis Palmyrenorum vulgo adhibitos fuisse testatur lex nostra, et eos quidem mensuræ fere constantis, quoniam de ea tacetur.

טעון, *γόμος* «onus», in statu emphatico טעונא (II, 16, 34); targum. טוֹעֲנָא, syr. ܛܥܢܐ; e verbo טען «onustus fuit, portavit». — קרם, vox latina *carrus*.

Natura seu quantitas oneris tripliciter definita est in hac inscriptione, nempe : טעון חמר, *γόμος ὀνικός*; טעון גמל, *γόμος καμηλικός*, quod valet duo onera asinina; et טעון קרם, *γόμος καῤῥικός*, quod valet quattuor onera camelina. Sed etiam quandoque absolute adhibetur טעון, sine ullo addito, immo, semel (II, v. 130) sermo est de «dimidio onere»; unde conjicere licet hac voce טעון «onus», apud Palmyrenos, quoddam pondus fixum notumque designatum fuisse, et quidem satis magnum, ut infra videbimus. Camelo imponunt Arabes onus circiter DC librarum romanarum. — כלמא, secundum etymon «omne quod, quidquid», sed hic pro adjectivo «qualecunque» adhibetur; pleonastice addiderunt כלה «universum», ut redderent græcum *παντός*. — גְּמָלַיִן, plur., alibi (II, 118) גמלַיָא; prior forma statum indeterminatum, posterior determinatum seu emphaticum notat, ut docent grammatici; sed non raro alterutra forma indiscrete posita est.

V. 13. נָבֵי, particip. passivum; plural. מַכְסָיָא נְבֵן (II, 106); pro futuro adhibetur, «exactum» pro «exigendum».

Pagina II.

Præmissum est argumentum generale, infra torum supernum per totam paginæ latitudinem supra tres columnas, litteris majoribus, $0^{m},04$ altis, exaratum.

לְמַנָא, vox græca *λιμήν* «portus», cum aramaica flexione, non autem accusativum *λιμένα*, ut ait Reckendorf; syr. ܠܡܢܐ. — הדרינא, *Hadriana* vocabatur Palmyra ab anno 129 quo eam adierat Hadrianus; cf. infra sub n° 3959. Quandoque etiam Hadrianopolis dicta est (Steph. Byzant., p. 498). Inde cives appellantur Ἀδριανοὶ Παλμυρηνοί; vide sub n° 3902. De statu politico civitatis hoc tempore cf. Reckendorf, *op. laud.*, p. 391. — תדמר, plenius תדמור (sub n° 3944); apud Josephum Θαδάμορα (*Ant.*, VIII, VI, 1); sed apud Eusebium (*Onom. sacr.*, s. v.) Θερμώθ; talmud. תרמוד. Apud scriptores græcos et byzantinos plerumque (ἡ) Παλμύρα, sed hoc nostro titulo (τὰ) Παλμυρα (V. 116 : ἐν Παλμύροις); latinis *Palmyra*, Arabibus تَدْمُرُ dicitur. Nomine semitico significari locum palmarum feracem censuit Schultens (Indic. ad vitam Saladini) et probavit Lagarde (*Uebersicht über die ... Bildung der Nomina*, p. 125). Cf. S. Frænkel, *Zeitschr. für Assyr.*, t. XV [1900], p. 393; et præsertim Fr. Müller, *Studien über Zenobia*, p. 21. Adde, monente Dhorme, nomen *Tādmar* in documentis assyriis sæc. XI ante Chr. occurrere (*Rev. biblique*, 1924, p. 107). — עינתא «fontes», vox fem. plur.; sed infra (v. 58) scripta est עינן, ubi tamen maxime determinata est; sing. emphat. עינא (sub n° 3976). — מיא «aquæ»; infra (v. 58) מי.

Post hanc vocem occurrit lacuna circiter sex litterarum. In imagine photographica litteras ל, certam, et ס, probabilem, dispicere licet; nomen ergo proprium hic restituendum est. אילס, *Ælius*, optime lacunam explet, præposita particula די, quam sensus requirit. Nomen sit ipsius Hadriani, sive L. Ælii ab eo in imperium adoptati et eo anno consulatum gerentis; cf. inscriptionem græcam. Ne dicas scribendum fuisse אילים; nam infra (II, 104) nomen *Statilius* scriptum est סטטילס. Cur fontes in urbe siti «aquæ Cæsaris» dicerentur ignoramus, sed appellatio diserte notata est in græco textu πηγῶν ὑδάτων Καίσαρος (v. 139). Adnotavit Dittenberger hujusmodi locutione non dominium sed originem significari et recitat exemplum : Τραϊανὸν ὕδωρ, aquæductum apud Smyrnæos, Trajano proconsule, institutum. — קיסר, vox latina *Cæsar;* defective קסר (sub n° 3932).

Verba legis per singulos articulos distributa nunc aggrediamur. Quo facilius inter græcum et palmyrenum textum comparatio institueretur, utriusque versiculos in unam seriem continuam numeravimus. Singula capitula in palmyreno aut initio lineæ aut post folium ❦ incipiunt. In græco, duobus locis exceptis (v. 189, 191), in margine prominet prima littera cujusque capituli; notæ numerales lineis a superiore parte traductis distinguuntur et etiam hic illic punctis a reliqua scriptura distinentur.

Articulus I. De mancipiis (v. 2-6; Græcus, 1-8).

In textu græco hic et deinceps restituta sunt voces et numeri, quantum licuit, ad fidem exempli palmyreni.

V. 1, plerique post παῖδας addunt εἰσαγόντων; sed unum vectigal v. 1-3 statutum est. — V. 2. τὰ δ[ρια]; legit Dessau. — V. 4. Sic cum Vogüé legimus in nitido ectypo; Dessau male : παρ' οὗ ἄ[ν]. — V. 5. Conjiciendo supplevimus. — V. 6. Dittenberger : Παρ' οὗ ἂν ἀνδράποδα; sed est spatio longior restitutio. Vocem οὐετρανός agnovit Dessau; casus tamen incertus manet.

Palmyrena :

V. 2. מַעְלֵי; partic. activ. plur. masc. conjugationis *aphel*, in statu constructo, e verbo עלל. In hoc documento opponuntur עלל «intrare» et נפק «exire»; in conjug. causativa אעל «inducere», gr. εἰσκομίζειν, אפק «educere», ἐκκομίζειν. — עֲלֵימַיָא «pueri», παῖδες; vox pluralis masc. gen.; sing. עלים (sub n° 4115 *bis*) et defective עלם, hic v. 4, 5. De servis præsertim junioribus adhibetur. Cf. hebr. עֶלֶם (I *Sam.*, XX, 22); in targumis עוּלֵימָא, fem. עוּלַמְתָּא; apud Syros ܥܠܝܡܐ, fem. ܥܠܡܬܐ. Occurrit etiam in titulis nabatæis, supra, nis 152, 1309, etc. Plur. femin. עלימתא; infra, v. 125, alio sensu. — מתאעלין, partic. conjug. *ettaphal;* littera א in hac conjugatione non eliditur; cf. infra, v. 14, 119, 149; stricto sensu «introducti», sed, ut apud Syros, participium pro tempore præsenti adhibetur : די מתאעלין «qui introducuntur».

V. 3. תְּחוּמַיה; plur. cum pronomine suffixo 3ª pers. femin.; in statu emphatico plur. : תְּחוּמַא, v. 111, 119, 145; gr. τὰ ὅρια, «fines». — יגבא מכסא : voces quæ exciderunt; restitutio cum spatio et sensu congruit; cf. infra v. 47. — רגל : primaria significatio est «pes», inde «pedes, homo»; plur. רגלין (v. 80); arab. رَجُلٌ. — לכל רגל, sensu distributivo, «pro singulis hominibus»; gr., ἑκάστου σώματος. Fortasse scriptum est לכל רגלי; cf. v. 6. — ד, initium vocis דנר.

V. 4. Scripturam partim deletam supplevimus. Sub finem, litteræ פק certæ; ergo vox ad evectionem significandam restituere cogimur; Vogüé : [א]פק[מת]; Reckendorf : [נא]פק[למ]; sed post ק deest spatium, et ante פ desunt saltem tres litteræ : suadente contextu conjicimus [לא מ]פק. — Numerus duodecimus certus.

V. 5. וטרן : vox latina *veteranus;* in græco *οὐετρανός*, non autem, ut omnes ediderunt, *οὐετερανός*. «Sunt autem [mancipia] veterana quæ anno continuo in urbe servierint; novicia autem mancipia intelliguntur, quæ annum nondum servierint» (*Dig.*, XXXIX, 4, 16, 3). — Inter יוכן et signum numerale, litteræ quattuor deletæ sunt. Signum numerale decenarium certum est; utrum hoc tantum an pluribus signis constiterit numerus, non liquet. Postea lapis erosus est et fortasse periit scriptura.

V. 6. הן, particula condicionis; altera forma אן semel occurrit (v. 149). — זבונא «emptor». — רגלי : sic in lapide; ita etiam infra, v. 81, et fortasse jam supra v. 3. Hebr. רַגְלַי, chald. רַגְלַי «pedes» (arab. رَاجِل), nonnisi sensu militari usurpatur. — Sub finem, numerum duodecimum certum habemus.

Si quid videmus vectigal mancipiorum sic definitum est : primo loco vectigal solvendum ab eis qui pueros invehunt Palmyram aut in ejus fines (v. 2-3); deinde vectigal solvendum pro pueris Palmyræ emptis, qui extra fines non educuntur sive sint novitii (v. 4), sive veterani (v. 5); tertio, vectigal solvendum ab emptore si istos postea extra fines evehit (v. 6). Fere eadem iterum recitantur infra, v. 80-86, sed ibi quoque textus mutilus est et lectio incerta.

Art. II. De siccatis rebus (v. 7-10; Gr. 9-15).

In græco, versum 9 restituit Cagnat. — V. 14-15, plerique ediderunt *εἰσκομισθέντος ἢ ἐκκομισθέντος*; sed vox *ἐκκομισθέντος* in margine prominet, ut fit quando numerum sequitur. Numerum *α'* perperam restituit Dittenberger.

Palmyrena :

Versus 7. הו, pronom. demonst.; syr. ܗܘ. Sæpius pro articulo græco adhibetur; hic autem ponitur pro *ὁ αὐτὸς*. Putat Dessau *ὁ αὐτὸς*, «unus et idem» (publicanus), significare; hanc vim verbis tribuendam esse non liquet. Sensum optime exprimeres scribendo latine «item, publicanus». — Sub finem bene restituit Reckendorf [יבי]שין «siccatæ» merces, collata voce יבוש (v. 116), græce *ξηρόφορτον*, id est fructus siccati, nuces, palea, etc.; vide ibidem.

V. 8. מַעְלָנָא, stricto sensu «ingressus»; opponitur voci מַפְקָנָא «egressus»; respective invectionem et evectionem significant; status constr. מעלן, מפקן, infra, v. 24, 142; 66. — Sub finem numerus III restituendus est; nitide enim legitur versu 9; jam vero e versu 10 apparet vectigal pro invectis et evectis mercibus siccatis idem fuisse.

V. 10. ולמפקנא; sic legendum græcus docet. — Evanuit numerus : restitue «duos»; tres enim denarii solvebantur pro onere camelino : duo pro mercibus et unus pro bestia; onus autem asininum ad dimidium oneris camelini exigebatur, ut infra videbimus.

Art. III. De lana purpurea (v. 11-12, Gr. 16-18).

In græco, v. 16 restituit Vogüé. Dessau : *πορφύρας, μηλωτῆς ἑκάστης* legere amaret; sed merito hanc opinionem refellit Dittenberger.

Palmyrena :

Versus 11. אַרְגְּוָנָא, *πορφύρα* «purpura» (*Dan.*, V, 7); syr. ܐܰܪܓܘܳܢܳܐ, arab. أُرْجُوَان. — מַלְטָא, ipsa vox græca *μηλωτή*. ארגונא מלטא «lana purpurea». — משך «vellus», *δέρμα*; bene restituit Vogüé; syr. ܡܫܟܐ, arab. مَشْك. — Ut vox אסרין et numerus sub finem restituantur spatii angustia vix sinit.

V. 12. אסרין, plur.; sing. אסר (v. 105) et emphatice אסרא (v. 42, 69, 73), gr. *ἀσσάριον*, *as*.

Art. IV. De unguentis (v. 13-22; Gr., 19-31).

In græco, v. 19, *ἀλαβάστροις* restituit Vogüé. — V. 21, *Καὶ το.....*, ita ex apographo et ectypo; Dessau : *Κἀπο....* Addit Dittenberger *εἰσκομισθέντος πράξει δηνάρια ..'*; sed perperam : agitur enim de sola evectione, et versus 22 ad hanc sententiam pertinet. — V. 26, manifesto lapsu Dittenberger : *τοῦ ἐν ἀσκοῖς αἰγείοις*. Numeros etiam per totam hanc pericopen restituit quasi vectigal idem sit pro unguento evecto ac pro invecto; est autem dimidium.

Palmyrena :

Versus 13. משחא בשימא, gr. *μύρον*; proprie «oleum unguentarium».

V. 14. בשטיפתא restituit Reckendorf, et ת hic probabile est; sed in v. 20 vox non in תא desinit, bene vero in יא : littera י ab ectypo Gualteriano indubia est, sive sit lapsus, sive apud Palmyrenos in usu fuerit forma masculina שטיפא pro feminina שטיפתא. Vox respondet græco *ἐν ἀλαβάστροις*. «Unguenta optima servantur in alabastris» (Plin., *H. N.*, XIII, 11, 3). — Voces *ἀλάβαστρον μύρου*, in syriaca versione Evangeliorum redduntur ܩܘܣܡܐ ܕܡܘܪܐ (*Marc.*, XIV, 3; *Luc.*, VII, 37), ܡܘܪܐ ܕܩܘܣܡܐ (*Matth.*, XXVI, 7). Etiam distinctio inter oleum simplex, *ἔλαιον*, ܫܡܫܡ, et unguentum, *μύρον*, ܩܘܣܡܐ ܕܫܡܫܡ, bene notatur apud Lucam, VII, 46.

V. 15. Scriptura deleta; sub finem, vox דנה nobis certa; antea fortasse legendum משחא.

V. 17. יתאעל, supplendum ad analogiam v. 19, scilicet 3ª pers. masc. imperfecti conjugationis *ettaphal;* verum tamen spatium arctum ægre vocem admittit.

V. 18. בְּזִקִּין דִּי עֵז, *ἐν ἀσκοῖς αἰγείοις*. — זקא «uter»

in targumis זִיקָא, syr. ܙܶܩܳܐ; vox apud Palmyrenos feminini generis est, ut apparet ex adjectivo תרתן (v. 26). — עֵז «capra»; Syri et Arabes formam antiquiorem ܥܢܳܙ, عَنْز, servaverunt. — Pro unguento in utribus asservato dimidio minus exigitur quam pro eo quod in alabastris, quia deterius erat.

V. 20. שטיפיא : vide notam ad v. 14. — Post nomen vasculi posuit Reckendorf למעלנא, sed nihil hic scriptum fuit præter litteram ד, parvo spatio interposito.

V. 22. Sub finem, numerum IV bene legit Vogüé; haud recte Schröder et Reckendorf habent VII.

E supra statutis duo elicere possumus, ut jam vidit Dessau, nempe onus asininum dimidium esse oneris camelini, et vectigal unguenti evecti dimidium invecti. Si enim e summa denariorum unum bestiæ nomine exactum subduxeris, ita se habebunt vectigalia :

onus camelinum	in alabastris invectum 24 d., evectum 12 d.	
	in utribus invectum 12 d., evectum 6 d.	
onus asininum	in alabastris invectum 12 d., evectum 6 d.	
	in utribus invectum 6 d., evectum 3 d.	

Art. V. De oleo (v. 23-28; Gr., 32-42).

In græco, v. 32 : *ἐλεηροῦ*; sic etiam v. 40, sed v. 36 *ἐλαιηροῦ*. — V. 34 et 35, numerum *ι'* perperam posuit Dittenberger.

Palmyrena :

Versus 23. משחא «oleum», *ἔλαιον*. — טעון די משחא; gr. *γόμος ἐλεηρός* (v. 32), *γόμος ἐλαιηρός* (v. 36). — ארבע; non autem ארבעא, cum זקין sit vox feminini generis.

V. 27. Numeri exciderunt, sed tuto restituuntur.

V. 28. ולפקנא lapsu scriptum est pro ולמפקנא.

Vectigal idem statutum est pro oleo invecto et pro evecto; nempe, dempto denario pro bestia solvendo :

onus camelinum	4 utribus	12 d.
	2 utribus	6 d.
onus asininum.....		6 d.

Art. VI. De adipe (v. 29-33; Gr., 43-51).

In græco, v. 44, quin addamus *ἐπὶ καμήλου* omnino prohibet spatii angustia. — V. 48, restituit Vogüé. — V. 49-50, conjicimus e palmyreno; ita etiam Vogüé, sed unico versu, qui longior videtur. Dessau ait in his versiculis ne unam quidem litteram ipsi certam esse.

Palmyrena :

V. 29. דהנא, «adeps»; syr. ܕܗܢܳܐ; in Targumis דוּהֲנָא et דִּיהֲנָא; arab. دُهْن. — Periit nomen græcum, excepta prima littera *κ* (v. 46).

V. 30. גמל מעלנא lapsu scripserunt, pro גמל למעלנא, ut recte habemus v. 32.

Vectigal idem est ac vectigal olei; et idcirco numerum evanidum (v. 33) tuto restituere valemus.

Art. VII. De salsamentis (v. 34-38; Gr., 52 et seq.).

Textus græcus periit. V. 52-53, pauca conjiciendo legimus.

Palmyrena :

Versus 34. Ante מליחיא exstat א : ultima littera vocis נוּנָא vel נוּנַיָּא «pisces», ut magna cum probabilitate Schröder conjecit. — מְלִיחַיָּא «saliti, sale conditi»; partic. pass. plur., de piscibus hic intellegendum. Sed vocem etiam substantive, pro rebus sale conditis quibuscumque, adhiberi potuisse suadet usus vocis יבישין (supra, v. 7).

Versus 35-38 valde mutili sunt; quæ apparent transcripsimus, et nonnullas litteras postulante sensu restituimus. Numeri tamen difficultatem faciunt, cum solita proportio inter vectigalia oneri camelino et oneri asinino assignata hic non servata videatur; nisi concedere velis, denarium jumenti nomine solvendum in enuntiato vectigali non esse computatum; et si recta est hæc opinio, vectigalia erunt X denarii pro onere camelino invecto et VI pro evecto, V denarii pro onere asinino invecto et III pro evecto.

Art. VIII. De jumentis (v. 39-41; Græcus periit).

Versus 39. Post numerum X, litteræ ולכו certæ sunt; dein occurrit signum confusum quod Schröder legebat א, sed videtur esse ܠܐ. Inde restituit Chabot כודנא «mulus»; in targumis כּוּדְנָא, syr. ܟܘܕܢܳܐ. — Quæ lectio, si recta est, suadet prima parte versiculi etiam bestiæ nomen scriptum fuisse. Suspicamur restituendam esse vocem [סוס]יא «equus»; syriace ܣܘܣܝܳܐ, hebr. סוס. Et cum hac interpretatione congruit grave vectigal decem denariorum.

E v. 40-41 nihil eruendum; de re alia sermonem fuisse ostendit infima taxatio. Fortasse quis conjiciet litteras אמ (v. 40) et יא (v. 41) e repetita voce אמריא «oves» superstites esse, ac proinde ambos versiculos sequentibus jungendos.

Art. IX. De ovibus (v. 42-45; Gr., 69-71).

In græco, v. 68, [*κα*]*μήλου* conjecit Dittenberger; quæ lectio, si recta est, docet hunc versum ad superiorem articulum pertinere. — V. 70, pro *δ* habet apographum λλ. — V. 71. Damus quæ descripsit Ricci;

ceteri nonnisi aliquot litteras dispexerunt; litteræ *εθυμενη* ab ectypo certæ sunt, reliquæ dubiæ.

Palmyrena :

Versus 42. אִמַּרַיָּא «agni», in sermone biblico אִמְּרִים (*Esdr.*, VI, 9, etc.); syr. ܐܸܡܪܹܐ, arab. إِمَّر. Lectionem invenit Schröder, qui etiam inde restituit in græco nomen *Θρέμματα*. Antea, litteram ש ponit Reckendorf, quæ non apparet in nostris documentis; nec eam vidit Schröder. — מעלן restituimus, quia spatium non est tam amplum ut possimus מעלנא et מפקנא rescribere.

V. 43. Initio restituerunt Schröder et Reckendorf מן [טעונ]א; sed cum hac lectione lex syntaxis די postulat ante גמלא. Ceteroquin, vox מעונא «onus» contextui parum consonans est: sermo videtur esse de animalibus aut de rebus numerandis, non autem cumulatim vehendis. — Numerum II Schröder et Reckendorf, IV Vogüé legerunt; legendus est III. — Restitutio אסרין satis bene congruit cum vestigiis.

Reliqua fere deleta sunt.

Art. X. De officinis olearii (v. 46-47; Gr., 72-74).

In græco, v. 72, complevimus *ἑκάστου μηνός*, ad analogiam v. 82. — V. 73, conjectavit Dessau *κατα-*[*κομιζόντων*]; sed ab ectypo videtur nonnisi duo aut ad summum tria signa post ΚΑΤΑ scripta fuisse. Multo minus ergo accipienda sunt quæ proposuit Dittenberger : *κατα*[*κομιζόντων τὸ ἔντο-*]; nec congruit *κατὰ* [*τὸν νόμον*] (Vogüé). — V. 74. Damus quæ descripsit Ricci; sed dubia sunt. Vocem [*ϖωλού*]*ντων* restituit Vogüé.

Palmyrena :

Versus 46. ח[יר כל] «singulis mensibus» restituimus, græco textu suadente; littera ח in ectypo nitida est. Cf. v. 55.

V. 47. משחא בשימא, id est «unguentum, myron», ut supra vidimus; græcus autem hic habet *ἔλαιον* «oleum». Vectigal hoc est quod *ἀγορᾶς τέλος* dicitur; non ad rem spectat, sed imponitur viris qui commercia exercent, potissimum ad bajulos qui oleum per urbem vendunt. Cur autem ad oleum in agro natum, secluso oleo e finibus importato, vectigal restringere voluerit Dittenberger, rationem non percipimus. Omne myrum importatum fuisse probabile est.

Art. XI. De meretricibus (v. 47-51; Gr., 75-79).

In græco, v. 76, quæ exscripsit Ricci damus; in ectypo nonnisi OCA dispicere valemus; hæ litteræ certæ restitutionem [*ὁ δημ*]*οσι*[*ώνης*] a Dittenbergero propositam excludunt. — V. 77, *ϖ*[*ράξει*] fortasse complendum. — V. 78 : ultima signa dubia; ea legit Lazarew, sed ceteri nihil viderunt; littera H fortasse sit numerus octavus? — V. 79, post *ἕξ*, prima littera Є vel O, secunda N, M, Π, Λ esse potest. Conjecit Dittenberger *ἕλ*[*αϐον*]. Ricci exscripsit *εκασ*[*ο*; sensus postulat *ἑκάσ*[*ης*; legere *ἑκάσ*[*του μηνός* spatium non sinit.

Palmyrena :

Versus 47. Ediderunt omnes אִיתָא «mulier». Re quidem vera, scriptum est וְנִיתָא «meretrices»; syr. ܙܢܝܬܐ. Versu autem 48 et v. 127, ubi eamdem formam insolitam איתא legendam sibi finxerunt, sine dubio, collatis ectypis, formam consuetam אתתא reposuimus. — Mulieres hic recensitæ in græco dicuntur *ἑταῖραι*, sicut et illæ quæ infra (v. 125) עלימתא vocantur.

V. 48. דינר «denarius»; hanc scriptionem, pro solita דנר, emph. דנרא, alibi non invenies in inscriptione.

V. 51. שתא «sex», numerus e græco restitutus; item in v. 52.

Meretricium vectigal (*τέλος ϖορνικὸν*) hic plane eadem ratione definiri atque a C. Cæsare Caligula factum esset, monuerunt editores. «Ex capturis prostitutarum (exigebatur) quantum quæque uno concubitu mereret» (Suet., *Calig.*, 40). Plura vide apud Cagnat, *op. laud.*, p. 137. Quotiens persolvendum fuerit vectigal nec græcus textus indicat, sed quin menstruum fuerit dubitandum non est.

Art. XII. De nonnullis officinis (v. 53-57; Gr., 80-87).

In græco, v. 80, Ricci descripsit *ἐργασ*[*ήριον*; sed hoc in loco spatia minus accurate servavit, signum quod *ο* legit est littera *ω* quam minima, qualis exstat in voce *σκυτικῶν*, versu seq. — V. 81. Initio restituit Vogüé *ϖαρὰ τῶν*, quæ nec spatium decem litterarum implent, nec cum contextu congruunt; sane excidit nomen quoddam. — Voces *ἐργασ*[*ηρίου ἑκάσ*[*του* (v. 83) monstrant versiculos 80-83 ad unum vectigal spectare. — V. 84. ו : sic Vogüé et Dessau, ad fidem aramaici textus. — V. 85. Numerus in palmyreno exstat. — V. 87. Ultima vox incerta quinque vel sex litteris constitit; *τ*[*έλο*]*ς* (Reckendorf) et *γ*[*ιν*]*έσ*[*θω*] (Dittenberger) vestigiis excluduntur. Legebat Dessau ΠЄC.. vel ΓЄC..; descripsit Ricci ΠΟΙЄΙ▨. In ectypo ΠЄΙC▨, vel ΠЄΙΘ▨ dispicere nobis visi sumus.

Palmyrena :

Versus 53. Ultima vox פטפלי, cum י in fine scripta est; vertit græcum *ϖαντοπωλεῖον*. Antea restituit Reckendorf ח[נו]תא, sed in ectypis litteræ יו nitidæ apparent ubi ח legisse sibi visus est.

V. 54. חיך עדתא, *ἐκ συνηθείας*; rursum (v. 107) occurrit lectio עדתא, et ideo lapsus pro עידא minime existi-

manda (cf. supra, I, 5). In aramaicis dialectis vox non reperta est; sit quædam forma feminina obsoleta pro עירתא.

V. 55. חנותא «taberna, officina», gr. *ἐργαστήριον*; hebr. חָנוּת, syr. ܚܰܢܘܬܳܐ, eodem sensu.

V. 56. משך, et emphatice משכא, *δέρμα*; cf. supra v. 11. — יזבן, pro יתזבן, ut apparet e connexa voce יתאעל. Recole superius dicta, I, v. 8.

V. 57. Ante י, spatium quattuor litterarum conjectura supplevimus. — נחתיא «vestes», ita recte legit Vogüé : vox in ectypo lucide apparet; cf. syr. ܢܚܬܐ, plur. ܢܚܬ̈ܐ, e rad. ܢܚ «descendit»; primus sensus fuit «vestis talaris». Mirum est Reckendorf, Lidzbarski et Cooke assensum dedisse opinioni Schröderi qui, græco *ἱματιοπῶλαι* deceptus, ut videtur, legebat ימנתיא : lectio omni probabilitate destituta, si quidem ubique in hac inscriptione *τ* per ט redditur. — די הֶפְכִין, ad litt. «qui se convertunt», in græco *μεταβόλοι*; hæc vox græca occurrit in testis ægyptiacis sive substantive usurpata (*Greek ostr.*, II, 1331[4]), sive adjective : *τέλος μεταβόλων ἁλιέων* (*ibid.*, 647[2]); hic autem eam de iis qui venumdant vestes non ab ipsis confectas sed emptitias intellegendam esse conjecit Wilcken. — יהן, ita etiam v. 118; plenius יהון (v. 148); pro יְהֵוֹן «sint». — מוט מַכְּמָא; cf. syr. ܡܥܘܬܐ «vacillatio»; appositionem nominum loco adjectivi adhiberi in aramaica et hebraica lingua neminem latet; sensus ergo est «vectigal instabile, quod fixum non est». In græco : *τὸ ἱκανόν* «quod congruum, quod satis est» : justum vectigal. Vectigal non definiri in hoc negotii genere mirum non est, cum variis tempestatibus plus minusve lucri capere poterant, prout major minorve erat peregrinorum et civium concursus.

Art. XIII. De usu aquarum (v. 58; Gr., 88).

Versus 58. תשמיש; in targumis תַּשְׁמִישָׁא, syr. ܫܡܫܬܐ «ministerium», et inde «usus»; in græco *χρήσεος*. — עינן, fem. plur.; supra, v. 1, עינתא. — מי : sic legendum; ut restitueremus מיא, spatium nimis est angustum. מי esse singularem numerum e plur. מין, conjectavit Reckendorf, collata voce mandæa מאי, de qua vide Nöldeke, *Mandäische Gramm.*, p. 184. — Vectigal maximum, DCCC denariorum, sed per singulos annos, ut diserte notat græcus. Sane, non respicit usus domesticos, sed imponitur eis qui magna aquarum copia, verbi gratia ad camelos aut greges adaquandos, vel ad balneas, vel ad quasdam artes, ut fullonis, exercendas indigebant. Vide R. Cagnat, *op. supra laud.*, p. 138. — Fontes duo qui sunt «in civitate» במדיתא, non diversi videntur ab «aquis Cæsaris» de quo sermo est aliis locis; cf. supra, v. 1. Unus ex illis, Ephca dictus, religioso cultu honorabatur et peculiarem curatorem habebat (vide sub n° 3976). In opes florentissimas creverat Palmyra eo potissimum quod aquam optimam viatoribus iter per solitudines facturis præbebat (Plin., *Hist. nat.*, XII, 65). Etiam nostris diebus qui Damasco Euphraten petunt aquandi causa Palmyram devertuntur.

Art. XIV. De frumento, vino et palea (v. 59-60; Gr., 89-91).

V. 59. חטא «triticum», gr. *πυρός*. Syr. ܚܛܐ, targum. חִטִּין. Videtur plurali numero legendum : חִטַּא. — תבנא «palea», gr. *ἄχυρον*; syr. ܬܒܢܐ, arab. تِبْنٌ.

V. 60. מדי pro מא די; cf. I, 4; ad litt. «id quod» simile est eis. — ארח «via», id est «iter»; in græco *καθ' ὁδόν*. Ex hac voce auctores nonnulli, præeunte Dessauo, conjecerunt vectigal modicum assignari cibariis et pabulo quibus in itinere utebantur viatores, ut se ipsi et suas bestias alerent : quod quidem romano juri adversatur, ut bene noverunt (*Dig.*, XXXIX, 4, 4, 1; L, 16, 203). Sed quomodo possit hæc opinio cum verbis *ἑκάστην* (*ὁδόν*), *ἑκάστου* (*καμήλου*) conciliari, non videmus. Nihil aliud dicitur nisi pro onere harum mercium singulis itineribus vectigal exigendum esse. Agitur fortasse de messibus recentius collectis quæ taxantur ad dimidium rerum siccatarum (art. II, XXIV).

Art. XV. De camelis vacuis (v. 61-62; Gr., 92-93)

V. 61. יתאיעל : mirum est י hic insertum; supra (v. 56) recte invenimus יִתְאַעַל. Agitur tantum de camelis qui «vacui» invehuntur. Onustorum vectigal in rei invectæ vectigali quandoque inclusum erat, ut supra advertimus (v. 26), non semper tamen (cf. v. 11-12); sed de solvendo tributo cameli onusti ratione controversiæ non movebantur. Adverte ex his quæ statuimus art. IV, etiam pro asino onusto denarium exactum fuisse. De asinis autem vacuis neque hic neque inferius (art. XXV) sermo est. Silentio premuntur quia consuetudo viguit, quam nemo negabat, ut tanti asinus exigeretur quanti camelus.

V. 62. קלקים, græce Κλιξ. Libens conjicies palmyrenam scripturam esse, fortuita metathesi, pro קליקס; cf. פלקס, *Felix* (n° 3903). Cilix ille cujus praxis ad consuetudinem Palmyrenorum confirmandam invocatur, Aug. libertus ignotus, fuit profecto vel conductor vectigalium Palmyræ, quod probabilius censemus, vel sub procuratore Syriæ, præfectus alicujus stationis portus, quam esse Zeugma ad Euphraten conjectavit Dessau.

Art. XVI. Vectigalia nova (v. 63-68; Gr., 94 et seqq.).

E græco textu, ut videre est in apographo Ricciano, aliquot tantum litteræ, initio versuum, supersunt: e quibus nihil eruere licet, quod possit auxilio esse interpreti aramaicæ versionis.

Sine dubio hic incipit nova series vectigalium, et, ni fallimur, abhinc habemus quæ, disquisitione facta, archontes et decaproti addiderunt legi priori hucusque recitatæ. Et id satis clare innuit sententia versibus 63-65 expressa, quos ita restituimus :

נמ[וסא די מכ]סא די תדמר ועינתא די מיא
ומל[חא ד]י ב[מ]דיתא ותחומיה היך
א[גוריא ד]י א[ת]אגר קדם מרינס היגמונא

Versu 63, quas addidimus litteræ optime lacunam explent; cf. similem locutionem initio hujus paginæ præmissam.

V. 64, lacuna prior quattuor fortasse melius quam tribus litteris expleretur; attamen מלחתא, «salinæ», legere non audemus; cf. infra, v. 72.

V. 65. Deficiente particula די post היך, prima vox nomen substantivum esse debet quod a littera א, in ectypo nitida, incipit. Quin ponamus hoc loco pronomen demonstrativum vetat usus firmus : ubique in titulo nomini postponitur. Schröder restituit [מכס]יא «vectigalia», littera א initiali neglecta. Ante יא littera proxima certe non est ב, sed probabiliter ל. Conjecimus היך א[גוריא ד]י א[ת]אגר «secundum stipulationem quæ stipulata est». Restitutio congruit tum cum sensu, tum cum vestigiis, et lacunam adæquate explet. — מרינס, Μαρῖνος, Μαρεῖνος, nomen latinum *Marinus*. — היגמונא, ipsa vox græca *ἡγεμών*.

Sententiam interpretatus est Schröder : «vectigalia quæ conduxit olim (קדם) Marinus præfectus». Sed vix credibile est vectigalium redemptorem fuisse virum qui *ἡγεμών* erat aut postea factus est. Marinus fuerit legatus aut procurator Syriæ nobis ignotus. Jure merito plerique verterunt «coram Marino præfecto». Si quis de stipulatione novissima, qua peracta, lex lapidi incidenda erat, hæc intellegat, et Marinum Hadriano imperante præfecturam obtinuisse contendat, quid ei objici possit non videmus.

Hisce ergo tribus versiculis proponitur novi documenti argumentum, quo tria enuntiantur vectigalia : mercium, aquarum et salis.

Duæ tantum res vectigales diserte recensentur; de ceteris statutum est (v. 68) eas esse exigendas «sicut supra scriptum est». Inde elicere possumus, vectigalia expressis verbis hic recensita, aut omissa aut alio modo expressa fuisse in parte priore; hinc quoque confirmantur in sua opinione qui nobiscum tenent illam priorem partem esse legem antiquam; additionis enim aut emendationis in nova lege ratio non percipitur.

Rei cui vectigal impositum est, initio versus 66 scriptum nomen periit; fuisse merces siccatas (*ξηρόφορτον*, יבישין) suspicamur, uno et debili argumento freti, quod sint primæ in serie rerum vectigalium supra enuntiatarum: ibi (v. 7-8) vectigal statutum est III denariorum, hic autem IV denariorum; et quidem duplum esse videtur, nam ibi denarius pro bestia computabatur, qui in lege nova seorsum a vectigali assignato solvendus erat, si vera est interpretatio nostra; cf. art. XV. Sub finem נמל מעלן, recte legerunt Vogüé et Schröder; lapsu omisit Reckendorf vocem מעלן, et post ipsum Lidzbarski et Cooke.

V. 67. Vocem מלטא, magna cum probabilitate restituit Reckendorf; ט fere certum est ab ectypo, et litterarum מל vestigia dispicere licet. Antea reposuimus ארגונא, sicut habemus supra, v. 11; nam ל opportuno loco apparet, et in græco textu novum capitulum a litteris Πορφ (φ in ectypo) exordiebatur initio versus 101, quem lubens complebis Πορφ[*ύρας μηλωτῆς ἑκάστου δέρματος*] *κ. τ. λ.* (cf. supra, v. gr. 16). Difficultas tamen in eo est quod minimum vectigal (octo asses) ibi statutum, hic immutatur in grande, denarios scilicet quattuor pro unoquoque vellere. De numeris, utroque loco nitide incisis, dubium moveri nequit. Adhuc «purpuræ» mentionem habemus infra (palm. v. 137); locus mutilus est et sententia perobscura, nec omnino certum est numerum «quattuor et dimidium» ad purpuram pertinere. Difficultatem non expediet, qui dicat minimum vectigal velleribus nondum medicamento tinctis impositum fuisse; cur enim jam vocantur *πορφύραι μηλωταί*?

V. 68. גנסיא : lectionem invenit Schröder; vox *γένος* ad aramaicam flexionem deducta, in masc. plur.

Art. XVII. De sale (v. 69-71; græcus periit).

V. 69. Initio restituimus [מל]ח «sal», emph. מלחא (v. 130, 134); vox feminini generis apud Palmyrenos, quoque apud Syros, ܡܠܚܐ, ܡܠܚܐ; sed hebr. מֶלַח masculinum est. — Dein perierunt tres litteræ, quas conjiciendo supplevimus. — Voces די קסטון et sequentes, naturam modii definiunt. קסטון, *sextarius*, forma e græco vocabulo *ξέστης* deducta; apud Syros ܩܣܛܐ, in talmudicis libris קִסְטָא, קוסטא; hic autem קסטון scripsit lapicida quia præ oculis habuit vertendam formam græcam *ξεστῶν*. Vox ergo illa cum græca voce *κόστος* sive *κοστόν*, quæ est nomen plantæ aromaticæ, latine «costus», nihil commune habet, ut monstravit Chabot, qui

primus sensum assequutus est et vertit «pro modio sextariorum sedecim».

V. 70. ת[ש] : ex hac lectione discimus קסטא esse vocem feminini generis, ut etiam apud Syros. — מא[ו] די «et id quod» vel «quando, ubi»; cf. מדי, v. 60. — יתבעא «requiretur, rogabitur», 3ª pers. sing. imperf.; sensus obscurus et ambiguus. — תשמישא, *χρῆσις* : vocem jam adhibuit (v. 58) de aquarum usu.

V. 71. Initio, תשע לכל .... לא. legit Reckendorf. Quid sibi velit hoc loco תשע «novem», cum numerus sub finem diserte legatur? Ubi nomen femininum numeratæ rei? Ante לא, restituendum [די]ו. Inter לא et פרע, quæ voces nitidæ sunt in ectypo, spatium quattuor aut ægre quinque litteras admittit. Legisse יתן יפרע לא amares : «qui non dederit, solvet.....»; sed lectioni יתן non favet ectypum. Conjectavimus יכל, vel יכיל (cf. v. 73). — מרא pro מדיא «modius»; cf. talmud. מָדָּה «mensura». — ססטרטין, forma pluralis, monente Reckendorf, non mera transcriptio græci *σεσλέρτιον*.

Post hanc vocem, in margine sunt quædam signa obscura; legit Reckendorf III, sed sestertii quattuor denarium constituunt, et aptius «denarium» scripsisset scriba; ergo, si exstat numerus, infra quattuor est. Re quidem vera, ultimum signum est ן, unde conjectavit Chabot, vocem תרן «duo», litteris minusculis incisam, deficiente spatio. Vectigal gravius quam in v. 69 mulctæ rationem habet.

Quid autem statutum fuerit v. 69-71, non lucide declaratum est. Agitur, quantum judicare licet, de sale Palmyram importato et in usum civium tradendo; cum enim salinæ in agro palmyreno exstarent, quæ etiam nunc exercentur, salis importati usus modicus erat in civitate. At ne sal intra fines repertum a vectigali immune censeretur, de eo disertis verbis sermo protrahitur versu 72 et seq.

Art. XVIII. De sale Palmyræ reperto (v. 72-73; Gr., 116-120).

Absque jure dubium movet Dittenberger, num revera versus palmyreni græco textui respondeant; id enim certum est.

V. 116. Ὅσδ' *ἄν* recte edidit Vogüé; ceteri *ὃς ἄν*. Dein *ἅλας* legit Dessau : vocem ab ectypo fere certam. [*ἐχ*]*ῃ* complevimus; Dittenberger, male et non servato spatio, [....*πω*]*λῇ*. Sub finem *ἐν ὅροις* supplevimus, quia non semel *ὅρος* respondet palmyreno תחומא, cf. v. gr. 2. Dittenberger proposuit : [*ἢ ἐν τῇ χώρᾳ τῇ*], minus apte. — V. 117. *παραμετρησάτω*, verbum putat Dessau insolite hic dici de vectigali pendendo; sed alio sensu sententia interpretanda est. — V. 117-118. Dittenberger : [*ὁ δημο*]*σιώνης*, lectio quam legisse amares, sed non congruit cum ectypo; id enim post NH exhibet signum obscurum quod C non est; illud magna cum probabilitate Ricci Ω legit, sed in ЄIC emendandum suadet contextus. Sub finem, *ἀσσά*[*ριον*] ad fidem palmyreni complendum est.

V. 119. In prima lacuna fortasse [*πᾶσα*]*ν* complendum; *παραμετρήσ*[*ῃ*] complevit Dittenberger. — V. 120, initio CH vel ΘH. — Hisce duobus versiculis, quibus respondet in palmyreno exemplo versus 71, statuebatur pœna in eos qui legem in metiendo defraudaverint, ut bene vidit Dessau.

Palmyrena :

V. 72. מן די, lectio certa; די omisit Reckendorf; Schröder bene vidit quattuor signa ante יהוא exstitisse. — Sub finem dubitans legit Schröder מאד; ex iis litteris voces [ת]מא[ן] restituimus, quæ lacunam congruenter explent.

V. 73. יכילנה, gr. *παραμετρησάτω*; syr. ; cf. hebr. כול et arab. . Conjugationis *aphel* 3ª pers. sing. temporis imperfecti cum ג energico ante suffixum : metietur «illud»; e suffixo apposito, videtur interpres palmyrenus verbi objectum non vectigal sed sal intellexisse; et idcirco voces *τῷ δημοσιώνῃ*, unde in textu palmyreno ל[מכס]א restituimus, fere eadem ratione ac locutio אשר לאגורא, in gr. *κυρωθῇ τῷ μισθουμένῳ*, (supra, I, 9) intellegendæ sunt, id est «pro publicano» metietur, quantitatem nempe ei notam faciat et vectigal pendat. — Ante מדיא, restituimus פי[א] vocem quæ cum reliquiis congruit nec sensui repugnat; respondet græco *εἰς* (v. 118).

Art. XVIII *bis*. De juribus publicani (Gr., 121-138).

Quæ in græco sequuntur, usque ad v. 150 (decimum paginæ quartæ), non leguntur in palmyreno textu : neque hic neque alio loco; falso enim arbitratus est Dessau ea ad finem rejecta fuisse; ut infra videbimus, finis textus palmyreni cum fine græci plane congruit. — Ad lectionem quod attinet, hæc observanda veniunt :

V. 121. *τὸ τέλος πράξας* suppleri posse existimavit Dareste; sed spatium tot litteras non admittit. — V. 122. [*ἐνέ*]*χυρα λα*[*ϐῃ*] supplevit Dessau. — V. 123. Supplevit Dittenberger. — V. 124. Optime restituit Cagnat. Dittenberger male : *δημο*[*σιών*]*ῃ οὗ*[*τος τ*]*ὸ ἱκανόν*, et inde sententiam perperam interpretatus est (n. 73). Mirum est doctum virum in hac inscriptione iota adscriptum non semel legisse : quod revera nullibi exstat. — V. 125. *περὶ τ*[*ο*]*ύτου* : sic omnes; melius cum spatio congruit *τ*[*οιο*]*ύτου*. In voce *δημοσιώνην*, alterum *ν*, de quo dubium

(Impressum mense januario anni 1904.)

movit Dessau, in ectypo nostro indubium est. — V. 126. Complevit Dessau.

V. 128. Pro [ἀ]πὸ, Dittenberger mavult [ὑ]πό. — V. 129. Restituit Dessau. — V. 130. Vacat reliqua linea.

V. 132. Initio legit Dessau : γρα[φομένων] : quæ restitutio sensum aptum præbet : μὴ ἀπογραφομένων «qui non profitentur res suas vectigales». Sed spatium non plus quam septem litteras admittit ante ἐνέχυρα; prima autem videtur esse λ, unde conjectavimus restituendum ἀπολ[υόντων]. — V. 133. Restituit Dessau. Aliter Dittenberger : [δι' ἄλλου τινός· ἐὰν δὲ τ]αῦτα. Vox ἡμέραις in ectypo nitida. — V. 134. τρισίν conjecit Dareste, μὴ λυθῇ Dittenberger, reliqua Dessau. — V. 135. Initio, conjecit Dareste τοιαῦτα ἐνέχυρα; reliqua supplevit Dessau. — V. 136. Lacunam complevit Dittenberger : πο[νηροῦ· εἰ δέ τι ἐνέχυρον μείονος]. Legerat Vogüé πε, unde Dareste proposuit πέ[ντε καὶ δέκα ἡμέραις ἀφ' οὗ]. Neutra sententia placet. — V. 138. Dittenberger: [ἔξε]στιν [ἐκ] τοῦ; quæ restitutio lacunas non explet.

Definiuntur officia et jura publicanorum. Si quis vectigalia non solverit, ab eo pignora (ἐνέχυρα) capere publicano licebit, aut si certæ causæ inciderint dupli eum postulare (v. 121-126). — Si cui de vectigali controversia fuerit cum publicano, judex erit magistratus Palmyræ constitutus (v. 127-130). E verbo quo utitur scriba (δικαιοδοτεῖσθαι), non palmyrenum sed romanum esse magistratum adnotavit Dessau, qui eum etiam militari potestate præditum fuisse suspicatur. Voguei autem sententia, unum jurisdictionis officium habuit et *juridicus*, δικαιοδότης, appellatus fuit. — Statuitur dein casus quo licebit publicano pignora capere per se aut per ministros suos. Si, certo dierum numero elapso, pignora non liberata fuerunt, licebit publicano ea vendere in loco publico (v. 131-136). — Quæ sequuntur (v. 137-138) omnino obscura sunt.

Art. XVIII *ter*. De usu aquarum vectigalium (Gr. 139-149).

Obscuriora adhuc quæ v. 139-140 leguntur. Nemo interpretationem assequutus est; nec quid novi proponere valemus. Hæc ad rectam lectionem spectantia adnotabimus :

A voce Λιμένος novam sententiam incipere ostendit tum vacuum spatium sub finem versus superioris, tum litteræ Λ locus in margine. — Litteram quæ statim sequitur legerunt Π; in ectypo nonnisi dimidiata apparet, in speciem litteræ Υ. Inter hanc litteram et [πη]γῶν, plus quam octo signa spatium non admittit. — V. 140, τῷ etiam in margine invenimus, sed id factum est fortasse ob angustiam spatii; sub finem enim versiculi, ut videre est in apographo, etsi litteris minusculis usus est lapicida, tamen vocem ultimam integram scribere non potuit. Ab ectypo nostro, non quidem ΠΑΡΑCΧΕC (unde restituerunt παρασχέσ[θαι]), sed ΠΑΡΑCΧΕΘ legendum videtur. Quidquid est de lectione, tria signa ultima extra paginam toro incisa sunt.

Advertendum præterea primam litteram paginæ quartæ, ἄ(λλῳ), non in margine scriptam esse, ac proinde probabile opinamur totam periodum, saltem usque ad v. 147, conjungendam esse cum v. 139-140 in unum articulum, de usu aquarum tractantem. Et sic, ni fallimur, expeditior fit structura, cum possimus intellegere : «nemini alteri vectigalem facere, dare, sumere (aquam) licito». Vox διδόναι, quam legerat Vogüé, ab ectypo indubia est.

Id autem prohibitum esse duobus etiam certis casibus (μήτε ..... μήτε.....), et pœnam dupli in delinquentes constitutam fuisse, quæ e versibus 142-145 supersunt suadent. Textus adeo mutilus est ut nihil amplius eruere liceat.

V. 142, inter ωφ et ανθ, duæ vel forte tres litteræ fuerunt, sed non quattuor. — V. 143. Ricci descripsit ΤΟCΤ; sed C dubium, fortasse Ε; item, pro Τ altero fortasse Υ vel Π. Conjecit Dittenberger : ὃς δ' ἂν ‖ τοῦτο ποιήσῃ; hæc restitutio de spatiis non curat. — V. 144. Initio, τούτων ab ectypo fere certum. — V. 145. πραχθήτω, conjectavit Dittenberger. — V. 148. Prima littera, quæ unica superest, in margine scripta videtur. Hinc nova sententia (v. 148-149) fortasse incipit.

Vocem Λιμένος offensioni habuit Dessau et ei assentit Dittenberger; nam, aiunt, si revera «portus appellatus est conclusus locus, quo importantur merces et inde exportantur» (*Dig.*, L, 16, 59), tamen hanc vim voci cum aquarum mentione connexæ tribuere nefas est. Sed cum vox, sermone palmyreno, in ipso tituli proœmio adhibeatur, omnia vectigalia his regionibus «portoria» dici cur miremur non est.

Art. XIX. Incerta quædam. De mancipiis (v. 74-91; Gr., 150-166).

Quæ sequuntur tantam injuriam passa sunt in utroque textu, ut vix unam aut alteram sententiam legere liceat; multas tamen voces assequi potuimus, et aliquot conjecturas proponere haud ingratum erit.

Primum quidem advertendum est ambos textus rursum consentaneos esse inde a versibus græco 150 et palmyreno 74. Concordia evidens est ubi de myro agitur (palm. v. 98 = gr. v. 177); eam exstitisse jam versibus superio-

ribus demonstrant nonnullæ voces utrique textui communes, nempe :

V. 152, Μεταξὺ Παλμυρηνῶν = בני תדמריא (v. 75).

V. 158, Αὐτοῖς = להן (v. 78)?

V. 167, Ἐρίων = עמרא (v. 93, si non etiam antea).

V. 174, Ἰταλικῶν = איטליקא (v. 96).

Varios articulos pro more distinxit græcus, prima littera in margine prominente (v. 150, 152, 158, 164, 165, 167, 170); palmyreni initia perierunt. De reliquiis græcis hæc notanda sunt :

V. 150. Γαιο : complevit Vogüé Γαί*ο*[υ], Dittenberger Γαΐ*ο*[ς]. — V. 150-151. Conjecit Dittenberger *πρεσ-βευτὴς καὶ ‖ ἀντι*[*στράτηγος λέγει*]; quæ parum apta videntur. — V. 152. Dittenberger : Μετὰ *ὑπα*[*τείαν*]; sed lectio nostra ab ectypo certa est, et consonat cum palmyreno textu. — V. 155. Initio, ϵΥ dispicere in ectypo nobis visi sumus; ceteri legerunt ϵC. — V. 157. Vacare lineam post *ως*, notavit Ricci. — V. 158. Αὐτο[ῖ]*ς* vel Αὐτο[ῦ]*ς*. — V. 159. Dittenberger : *τῷ α*[*ὐτῷ δημο-σι*]*ώνῃ*; quod apographo et ectypo repugnat. — V. 160. Restituit Dittenberger; congruit cum vestigiis. Reliquam lineam vacare notavit Ricci, et probabile videtur; attamen versus sequens non incipit in margine. — V. 161. Dittenberger : *οἱ δ' ἄνε*[*υ — ἐ*]*ξάγ*[*οντες*]. — V. 163. Dessau : *σ* pro *ε*[*ο*], et *ασ* pro *δο*. Ab ectypo *δο* posuimus; fortasse ...*δοσθω*, vacante reliqua linea. — V. 164. Dittenberger : *ἣν ἂν λογ*....; sed litteræ *αναλο* ab ectypo certæ sunt. — V. 165, *ἐξαγω*.... sic Dessau et Ricci; conjecit Dittenberger *ἐξαγω*[*γὴν ἔχοντος*] vel *ἐξα-γω*[*γίμου*]. In ectypo legendum videtur : ϵΞΑΓΟΥ▨. — V. 166. Dittenberger : *α δώσε*[*ι .....*].

Non multo melius se habet textus palmyrenus. De eo hæc notare juvat :

Versus 74. Media linea litteras non adeo perspicuas גים «Gaius» legimus, suadente græco textu (v. 150); est prænomen præfecti, cujus nomen periit et cognomen mutilum in קינס..... desinit. — Neque nomen proprium, neque vox *ἡγεμών* inveniuntur in capitulo græco, satis bene præservato, de sale; initium ergo habuisse videtur ab hoc versu 74 novus articulus.

V. 75. חֻשְׁבָּנָא, in talmudicis libris חושבנא, syr. ܚܘܫܒܢܐ «supputatio, computatio». Antea perierunt una aut duæ litteræ. Conjicere licet חשבן [על] «quoad computationem», vel forte חשבן[מת], id est participium verbi חשב, in plur. numero : «supputandi sunt». — בני «inter»; præpositio quæ supra (I, 7) scripta est ביני. In græco (v. 152) *μεταξὺ* Παλμυρηνῶν. Hinc confirmatur nomen Γαΐ*ος*, quod græce legitur v. 150, et ad antecedentem sententiam pertinet, scriptum fuisse in palmyreno v. 74. — Sub finem, post ל evanuerunt aliquot signa; probabiliter complendum למכסא vel למכסיא (cf. I, 7).

Quis fuerit ille Gaius hic memoratus, plane ignoramus. Existimat Dittenberger hunc esse qui postea prima persona loquitur (P. 109, 125, 131; Gr. 188), et ejus rescriptum ab hoc loco usque ad finem fere documenti proferri. Is est, ejus opinione, qui Corbulonis et Germanici epistulas recitat (P. 103, 121; Gr. 182, 196). Persuasum habuit doctus vir consuetudines litteris consignatas, priusquam lapidi inciderentur, ad romanum præsidem provinciæ missas esse, ut ejus decreto confirmarentur aut, si opus est, hic illic emendarentur : Gaii autem præsidis responsum hic recitari asserit. Argumenta in hanc sententiam profert non contemnenda, non tamen adeo firma ut omne dubium removeant.

V. 76. Proposuit Schröder [קי[סר] מכס[מס]...קס; quæ minime quadrant cum eis quæ transcripsimus et certa nobis visa sunt in ectypo.

V. 77. חיב למהוא : ita Vogüé, et quidem recte; alii legere voluerunt חיב לא הוא. — Sub finem, בה potius quam לה legendum videtur.

V. 78. אלקמס, nomen græcum Ἀλκιμος. Fuerit Alcimus iste aut libertus Augusti aliquis portorio præpositus aut conductor vectigalium Palmyræ.

V. 79. מְשֻׁתָּף, participium masc. sing. verbi שתף in conjug. *etpeel;* cf. syr. ܐܶܬܦܰܥܶܠ, in sensu reflexo, «se socium dare, participem esse»; etymon ab assyrio *sutapu* «socius» repetendum. Quæ ex hac voce conjectavit Vogüé de vectigali imposito mercatorum societatibus, jam fundamento carent, ut liquet e contextu. — Voces יהוא פרע למכסא, cum antecedentibus jungendas esse, ita ut nova sententia a מן די מעל exordiatur, censuit Reckendorf. Antea perierunt tres litteræ : prima ר vel potius ד; fortasse vox דמא vel דמס.

V. 80. רגלין «homines»; cf. supra, v. 3. De mancipiis intellegendum sive masculis sive feminis.

V. 81. רגלי : ita in lapide; cf. supra, v. 6.

V. 83. עלם וטרן «servus veteranus»; cf. supra, v. 5. Sub finem numerus evanuit; legit Reckendorf «octo», sed litteras vocis יפרע pro numeris sumpsisse videtur. Signum x nobis satis probabile est.

V. 84. מיא... vox imperfecta, numeri singularis et masc. generis, ut liquet e pron. demonstr. דנה.

V. 85. Numerus alter XII videtur esse; Schröder et Reckendorf legerunt VII.

V. 87. חשב : vox imperfecta. Restitue substantivum חשבן, vel aliquam formam verbi, ut מתחשב; cf. v. 75.

V. 88. Numerus IX omnino certus est; perperam VIII habet Reckendorf. — Cum hoc numero non absolvi pe-

riodum satis innuit oppositio inter id «quod scriptum est» in lege (v. 87) et «quod non est scriptum» (v. 89).

Versus 90 ad eamdem sententiam pertinet; num etiam versus 91, non liquet. — דמיא : vox femin. generis.

Art. XX. De lana (v. 92-97; Gr., 167-176).

Textus græcus in duos articulos divisus videtur, quorum prior (v. 167-172) de lana, posterior, quantum judicare licet, de quadam evectionis conditione tractat. Mutilus est valde; de paucis quæ supersunt hæc notanda sunt :

V. 171. Dittenberger : ....*μα τοῦ μεν* .... — V. 172, idem : *ἀγωγ(ῆ)s*. In ectypo, ni fallimur, exstat H. — V. 173. Sub finem, probabiliter restituendum *ἑρίων*. — V. 174. *ἐξαγ[ομένω]ν* : restituit Dittenberger. Dein omittit *ωs*. — V. 175. Cognat : *μὴ* [*ἀπὸ*] *τῶν*, brevius nimis. Dittenberger : *μ*[.....*τού*]*των*; sed inter *μ* et *τούτων* quattuor tantum litteræ perierunt. Restituit dein *ἐξαγο*[*μένων*]. Addidimus *τὸ τέλος*.

Palmyrena :

Versus 93. עמרא «lana, vellus», vox feminini generis; syr. ܥܡܪܐ, hebr. צֶמֶר; græce (v. 167) *ἔριον*. De lana neta vel texta hic fortasse sermo est. — Sub finem Reckendorf legit III, sed nullum signum numerale dispicere valemus.

V. 94. Initio, litteræ תדמ certæ sunt; plerique recte compleverunt תדמר. Postea, vocem מכסא legere sibi visus est Reckendorf.

V. 95. Initio litteræ איט ab ectypo Gualteriano fere certæ sunt; unde restituimus [די איט[ליא, id est «lana Italiæ», parum concinne pro «lana italica»; ita v. 1, מיא די קיסר pro «aquis Cæsareis». — בתר «postea», in græco (v. 174) *ὕσ*[*τερον*. Legendum בתר כות «postquam», ad analogiam præpositionis מטלכות, conjecit Lidzbarski; sed hic כות respondet græco *ὡs* «sicut».

V. 96. כות הוו ספון, *ὡs συνεφωνήθη*; ad litteram «sicut fuerunt concordes», archontes nempe et decaproti, inter se de hac lege deliberantes (cf. I, v. 7), vel magistratus et conductor vectigalium in stipulatione. — ספון est vox græca *σύμφωνοι*. — Dein, post quattuor litteras deletas, occurrunt לא et signum in speciem litteræ ע, quod si conjunxeris cum subsequentibus facile leges עמרא. Initio versus seq. lectio תהוא probabilior quam יהוא : hinc vox feminina et singularis tanquam subjectum expetitur. Vertendum ergo «lana italica». Alii cum Schröder legunt א]מרא[ב «modio»; sed in textu græco nomen esse plurale, adjectivum *ἰταλικῶν* ostendit; verum, si de mensura agitur eandem in utroque textu inventuri sumus; at si de mercibus, optime græcum plurale aramaico singulari, collectivo sensu, exprimi potuit.

V. 97. מפקא : sic in lapide; vox potest esse participium act. masc. plur. conjugationis *aphel* : מַפְקָא «educentes»; inde in græco *ἐξαγόντων* plerique restituerunt; sed cum lectio *ἐξαγομένων* æque probabilis sit et cum sensu melius congruat, suspicamur למפקא esse lapsum pro למפקנא.

Privilegium conceditur lanæ italicæ et ei datur immunitas a vectigali evectionis.

Art. XXI. De myro (v. 98-101; Gr., 177-180).

In textum græcum hæc adnotanda sunt : V. 178. Dittenberger : ....*ου τε*. — V. 179, pro ЄIK Vogüé posuit ЄΘIK; Ricci descripsit ΛЄIK vel ΔЄIK. In ectypo nihil dispicere valemus. Dittenberger edidit : *πρωτέ*[*ρωι ἔτ*]*ει κ*[*αθὼs ἐν τῷ συν*]*εσφραγισμένῳ νόμῳ* : quæ restitutio cum spatio non congruit. Opinatur etiam vocem *συνεσφραγισμένῳ*, quam restituit Wilhelmus (*Archäolog.-epigraph. Mittheilungen aus Oesterreich*, t. XX, p. 55), non nisi de documento «scripto» adhiberi posse, quod una cum alio sub eodem sigillo mittitur; ac proinde sibi finxit legem palmyrenam «consignatam» dici eo quod una cum epistula præsidis romani ad senatum palmyrenum remissa est. Revera vim etymi adeo strictam in vocabuli significatione agnoscere necesse non est; ad auctoritatem legis parum interest utrum simul cum alio scripto an sola seorsim remissa fuerit. Nihil aliud scriba significare voluit quam legem «authenticam».

Palmyrena :

Versus 98. בשימא; vox e græco *μύρου* restituenda. — מכסא : plerique מֶכְסָא «publicanus» legerunt, et in græco restituerunt *ὁ τελώνης*; Vogüé autem מַכְסָא «vectigal», cujus interpretationi favere videtur eadem locutio יהוא מכסא, infra, v. 115; ibidem respondet græco *ἀνάγειν*, hic vero adhibetur verbum *πράσσειν*.

V. 99. Initium conjectura supplevimus, collato græco *κατὰ τὸν νόμον*; cf. etiam infra, v. 141-142. — טעון «error», e verbo טעא «erravit»; syr. ܛܥܐ, talmud. טָעוּ; inde non male conjectavit Schröder in græco complendum [*ἁμάρ*]*τημα* «mendum». — Post די nihil deest.

V. 100. כתב «scriptum», et præsertim «instrumentum manu scriptum» in titulis nabatæis (cf. sub nos 198, 199, etc.). — די טעא מכסא «quem commisit publicanus»; vel, si intellegeris de scripto, «quod erroneum est quoad vectigal». — Dein tres voces evanuerunt.

V. 101. Litteræ שו certæ sunt; ante eas tria vel quattuor signa exstiterunt. Utrum ו pertineat ad primam vocem an sit copula, non liquet : id tamen multo probabilius. — Quæ נמוסא sequuntur alii aliter legerunt; Vogüé : וחיב, Schröder : רציפא, Reckendorf : חיפא vel

ציבא; sed א omnino deest. Lectio autem רציף ab ectypo Gualteriano nobis certa videtur. Congruum sensum e cognatis dialectis eruere non licet; cf. tamen arəb. رصيف «solidus», et verte, si lubet, «stabilitum est». — Numerus XIII ab ectypo vere probabilis.

Quanquam igitur, ob lacunas utriusque textus, integrum sermonem restituere non valemus, intellegimus aliquem errorem circa vectigalia unguenti in exemplari manuscripto legis exactori tradito irrepsisse, qui jurgiis ansam præbere possit; idcirco annotant vectigal esse XIII denariorum (cf. supra, v. 18), non autem illud quod mendose inscriptum est in stipulatione.

Art. XXII. Vectigal lanienæ (v. 102-108; Gr., 181-186).

Textus græcus fere integer. V. 183, sub finem, pro ITA[λικόν], legit Dittenberger ΠΑ[ντα]; sed palmyrenus hoc ipso loco habet nitide «assem italicum». — V. 184, post *τέλος*, addit Dittenberger [τῆ].

Palmyrena :

Versus 102. קצבא «lanius», syr. ܩܨܒܐ; vox in numero plurali adhibita videtur, קַצָּבַא, quo melius respondeat græco *σφάκτρον*. Hujus vectigalis unus Pollux mentionem habet (X, 97). Exigebatur in sacris et publicis ædibus. Palmyræ autem etiam ad privatas spectavisse opinatur R. Cagnat, eo quod statuitur non teneri cadavera bestiarum quæ senio aut morbo confectæ fuerint. — אַפֵּי, præpos.; gr. *εἰς* (infra, v. 183, *πρὸς*); cf. syr. ܠܘܬ. — אפי דנר, אפי אסר, *εἰς δηνάριον, πρὸς δηνάριον, πρὸς ἀσσάριον ἰταλικὸν λογεύεσθαι τὰ τέλη*, nihil aliud significat quam vectigalia computanda esse ad pecuniam romanam : quæ totius imperii lex et norma erat (Dio Cass., LII, 30).

V. 103. מתחשבו; infinitivum ad normam syriacæ grammaticæ et dialecti christianæ palæstinensis. — גרמנקוס, *Germanicus*, natura Drusi adoptione Tiberii filius, Antiochiæ mortuus a. d. VI idus octobres anni 19. In Oriente versatus annis 18-19 cum extraordinaria potestate (*Prosop. imp. rom.*, II, p. 178, n. 146), consentaneum est eum attendisse ad vectigalia populi romani his in regionibus constituenda. Ad ea quæ decreverat provocat textus, id est, Dittenbergeri opinione, præses romanus in suo rescripto ad senatum (cf. supra, v. 75), vel, si tibi placet alia sententia, archontes novam legem elaborantes.

V. 104. סטטילס, *Στατείλιος*; exspectes סטטיליס, ad analogiam nominum יוליס, אורליס, *Iulius, Aurelius*, etc.; cf. tamen (supra, v. 1) אילס, *Ælius*. Fuit Statilius procurator Augusti, ut videtur, in Syria (*Prosop. imp. rom.*, III, p. 258, n. 588). — פַּשֵׁך, in conjug. *pael*, «exposuit, interpretatus est». — די, gr. *ὅτι* : indicat ipsamet verba epistulæ recitari.

V. 105. הא, pronomen ad emphasim adhibitum; ita etiam scriptum est in quibusdam titulis aramaicis, sed sæpius הו, femin. הי (cf. infra, v. 128). — כָּשֵׁר «congruum, conveniens»; est partic. præsens. — יָהֵן pro יהון; spatium non nisi tres litteras admittit. — מַכְסָיָא, vox pluralis, *τὰ τέλη*. — איטלקא : ultima littera, toro incisa, dubia in ectypis; legit Schröder איטלקן.

V. 106. גְּבֵן, part. pass. conjug. *peal*, in numero plurali, ut requirit connexio cum מכסיא. — גו מן; gr. *ἐντός* «intra», id est, infra denarium; cf. בר מן «extra» (v. 111, 119); syr. ܒܪ ܡܢ.

V. 107. ערתא; cf. supra, v. 54. — ערפן, gr. *κέρμα*; syriace in Evangel. (*Joh.*, II, 15) : ܩܘܪܝܒ̈ܐ, *τὰ κέρματα*; æs minutum usu loci probatum quod alias *λεπτὸν* seu *λεπτὸς χαλκός* dicitur. Cf. Dittenberger, *Or. Gr. inscript. sel.*, n° 484, n. 20. Judæi *perûtâ*, hoc tempore, nummulum octavæ parti assis æqualem vocabant; cf. Buxtorfii *Lexicon*, s. v. פרוטה. — יְהֵא pro יֶהֱוֵא, ut supra יהן pro יהון. — נְבָא, part. præs. — Hucusque Germanici verba recitari dubium non est.

V. 108. משתדן : part. plur. masc., e verbo שדא «projicere»; exspectes משתדין, si quidem חיבין habemus eodem versiculo. — פגרין «corpora», cadavera nempe, ut exponit græcus : *διὰ τὸ νεκριμαῖα εἶναι*.

Art. XXIII. De alimentis (v. 109-113; Gr., 187-191).

In græco, v. 187, lapis fert ΚΑΤΟΝ, lege : *κα(τὰ) τὸν*.

Versus 109. טעמתא, vox sive singularis, collectivo sensu, sive pluralis : טְעָמְתָא; syr. ܛܥܡܬܐ, gr. *τὰ βρωτά*. — חי, sic lapis; cf. infra, v. 128. Sed hic, usus pronominis vix aut ne vix quidem probandus est. Censemus esse lapsum pro חיך, tum ob optimum sensum inde educendum : præfectus præcepit «secundum legem», non «in lege», tum ob græcam lectionem *κα(τὰ) τὸν νόμον*. Et mirum est eamdem vocem eodem loco in utroque textu ansam lapsui præbuisse. Adde, spatium solito grandius litteras חי a voce sequenti distinere, quod quamdam lapicidæ dubitationem innuere videtur; cf. v. 120. — אַקִימַת, 1ª pers. perfecti conjug. *aphel*, *εἴσλημι*. Hinc Vogüé et Schröder suspicati sunt verba Germanici adhuc recitari : et id per se non repugnat. Dessau præsidem collegii archontum loquentem intellegit, quod omni probabilitate caret; Dittenberger vero Gaium supra memoratum, cf. v. 75.

V. 111. מדי, *ὅταν* (supra, I, 9, *ἐπειδὰν*) «quando», pro מא די; syr. ܡܐ ܕ — מתאעל; littera ת in ectypo dis-

picere licet. — מְאַפֵּק «eductum», part. pass. conjugationis *aphel;* littera ק toro scripta.

V. 112. מַפֵּק, pro מְאַפֵּק, «educens»; part. activ. ejusdem conjugationis. — קריא, ipsa vox græca *χωρία*; syr. ܟܘܪܝܐ «suburbia». — מאעל : littera א mutila exstat in ectypo; supra, v. 80, מעל.

V. 113. הוו ספון, vide supra, v. 96. In græco : *συνεφώνησεν αὐτοῖς*. Subjectum, cogitatione supplendum, esse *ὁ νόμος* ait Dessau, *ὁ τελώνης* censet Dittenberger; sed si fideliter sensum expressit palmyrenus «sicut fuerunt concordes», verbum græcum significare debet «eis accidit esse concordes», i. e. publicano et archontibus vel publicano et mercatoribus.

Hujus capituli ratio præcipua fuisse videtur immunitas pro vehentibus intra fines asserenda.

Art. XXIV. De fructibus siccatis (v. 114-117; Gr., 191-193).

Versus 114. אסטרביליא, ipsa vox *στρόβιλοι*, «nuces pineæ»; sed hic in græco habemus *κῶνος*. Locum apte illustravit Dessau, collatis Galeni auctoris coævi testimoniis : *κῶνος καλούμενος· ὀνομάζουσι δ' οἱ παλαιοὶ καὶ στρόβιλους αὐτόν* (*De aliment. sucis*, 4). *Εὔχυμος καὶ παχύχυμος καὶ τρόφιμος ἐστὶν ὁ τοῦ κώνου καρπός· οὐ μὴν εὔπεπτος· καλοῦσι δὲ οἱ νῦν Ἕλληνες οὐ κώνους ἀλλὰ στροβίλους αὐτούς* (*De alim. facult.*, II, 17). Ut veteres sic recentiores populos, non modo in Oriente, sed etiam in Italia et Narbonensi, etiam nunc delectat nux pinea (Fournier, apud Saglio, *Dict. des antiq.*, s. v. *Cibaria*). De usu vocis in scriptis Orientalium, vide Imm. Löw, *Aramæische Pflanzennamen*, p. 56-60. — מדי דמא להון «quod eis simile est», id est, amygdalæ, pistacia, aliaque id genus.

V. 115. עָלַל; partic. act., «intrans», pro indicativo, «id quod intrat». — לְחִשְׁבָּן תַּגָּרָא, ad verbum «in supputationem mercatorum», gr. *εἰς ἐμπορείαν*; cf. syriacam locutionem ܚܕ ܡܛܥܡ «propter». Quæcumque a magnariis in mercaturam deferuntur vectigalia sunt, sed immunia quæ domum quisque in proprium usum ex agris ferebat.

V. 116. יבוש, «siccatum», collectivo sensu, res siccatæ; græce *ξηρόφορτον* «quod siccum vehitur» (*ξηρὸς φόρτος*); cf. v. 7. — היך, priore vice (in græco *εἰς*), ita interpretati sunt Schröder, Dessau, Dittenberger, ut significaret pensionem exigendam esse pro eo pondere quod sicci habituri sint fructus recentiores. Melius, opinamur, censet Cagnat idem vectigal statui pro recentibus et siccis fructibus, quanquam multo majoris sunt ponderis recentes, ad vitandas controversias; qui sensus etiam verbis palmyrenis exprimitur.

Art. XXV. Camelorum vectigal (v. 118-123; Gr., 194-197).

Versus 119. בר מן, gr. *ἔξωθεν*.

V. 120. אַשַּׁר, «confirmavit», conjug. *aphel* verbi שרר; gr. *ἐσημιώσατο* «significavit»; cf. supra, I, 9.

V. 121. קַרְבְּלוֹן, *Κουρβούλων*; græca transcriptio, pro more hujus temporis, *o* latinorum, quam mox sequitur *u*, per *ου* exprimit; cf. *Φουρτουνᾶτος*, *Πουσλούμιος*, *κουρνουκλάριος*, etc. Cn. Domitius *Corbulo*, dux copiarum romanarum, qui, imperante Nerone, multa præclare gessit in Oriente; legatus Syriæ fuit anno 62 (cf. *Prosop. imp. Romani*, II, p. 20, n. 123). — כשירא, gr. *κράτιστος*, titulus honoris : vox græca sæpius latino vocabulo «egregius» respondet. — ברברס, *Βάρβαρος*, procurator aliquis vel stationis præpositus.

Recole superius dicta, articulo XV. Ibi de camelo vacuo tantum, hic de vacuo et onusto sermo est. Sed ibi cameli onusti vectigal statuere jam supervacaneum erat, cum in pecunia pro mercium onere exigenda inclusum esset (vide sub art. V) in nonnullis capitulis; hic autem proponitur norma universalis, ad novam legem, ni fallimur, spectans; et præterea antiquæ legis vis accuratius definitur, additis verbis «extra fines». Rem aliter intellexit Dittenberger, cui mirum non est eadem bis dari : semel in proposita lege et iterum in rescripto præsidis romani, qui ipse recitaret Corbulonis epistulam. — In græco vox *κάμηλος* hic feminino genere usurpatur, supra (v. 92) masculino; utrobique totum genus designatur. Discriminis rationem ponit Dittenberger in diversitate documentorum.

V. 122. Lectio nobis certa. Interpretatio vero ambigua. Græcus textus initio alterius columnæ omnino deletus est. על, præpositio, «de, circa»; supra (I, 6) græce *περὶ*. — גְּלְדַיָּא «pelles»; syr. ܓܠܕܐ, arab. جِلْدٌ. Quid discriminis sit inter גלד et משך (v. 56) non apparet. In Bibliis hebr. גֶּלֶד semel (*Job.*, XVI, 15) de cute humana legitur. Fortasse משך sit proprie «corium», in varios usus elaborandum, גלד autem pellis rudis, qua tanquam tegumento ad sarcinas involvendas utebantur. — אלן, pronomen demonstr. utriusque generis (cf. I, 6, 7). — כפרו, lectio omnino certa est. Verbum כפר «abstergere, delere, negare» significat in cognatis dialectis. — Reckendorf, cui assensit Cooke, putat hic excidisse vocem אתחזי, ob sequentem particulam די; sed ubique post sententiam אתחזי די (vide v. 114, 123) adhibetur verbum in tempore imperfecto, hic autem participium habemus. Idcirco די non «ut», sed «quia, quod» valet.

V. 123. נבן, partic. activ. masc. plur.; vectigal non

«exigunt». Fatendum tamen structuram impeditam esse; si quid corrigendum est, magis arridebit lectio חיבן pro גבן; cf. v. 108, מכס לא חיבין «vectigal non debent».

Art. XXVI. De pabulo (v. 123-124; Græcus deletus).

Versus 123. Cum jam videret lapicida spatium mox defecturum, hinc cœpit singula capitula continuo descripta folio [illegible] discriminare. — עֲשָׂבַיָּא «herbæ», vox pluralis; syr. ܥܣܒܐ, hebr. עֵשֶׂב. Sequuntur signa partim deleta. Conjecturas protulerunt Reckendorf et Chabot, sed jam caducas, cum certæ sint in ectypo Gualteriano litteræ [illegible]. Inter ו et י vestigia sunt, quæ si ad unam litteram pertinent hæc fuit [illegible]; si ad duas, altera fuit [illegible], prior autem [illegible], [illegible] vel potius [illegible]. Legimus נתירתא (in num. plur.) «decidua». Cf. syr. ܢܬܪ «decidit», quod de foliis, fructibus, etc. dicitur. Intellege quidquid in usum pabuli converti potest.

V. 124. תגרתא, syr. ܬܓܪܬܐ «mercatura, negotiatio», et inde «lucrum».

Art. XXVII. Rursum de meretricibus (v. 125-128; Gr., 203 et seq.).

E textu græco perpaucas litteras dispicere sibi visus est Vogüé, quas retulimus; Dessau nihil vidit præter ΤΑΙΡΩ (v. 203), in vocabulo [ἑ]ταιρῶ[ν] restituendo.

Versus 125. עלימתא «puellæ», mascul. עלים «servus»; puellæ vocantur quæ supra (v. 47) «meretrices» (זניתא) dictæ sunt, sed utroque loco eadem voce ἑταίρα utitur græcus. Et ideo sine jure Dessau et Reckendorf priore loco de «mulieribus» liberis, quæ pro se quæque corpore merebant, posteriore de «puellis» servis, quæ sub lenone, sermonem esse conjecerunt. — מוחא : vox sine sensu, quam lapsum esse pro מַחְוָא merito conjecit Nöldeke. — פשקת : ת toro insculptum est; 1ª persona sing. verbi פשק; cf. supra, v. 104.

V. 126. הו מכסא : verba sunt eius qui versu superiore locutus est.

V. 127. לאתתא, non autem לאיתא; cf. supra, v. 47. — דנר : lectionem דנרא invenimus v. 48, et plerique eam hic recurrere opinati sunt; sed obstat spatii angustia; signum mutilum quod א legerunt, ר esse pro certo habemus. — תהוה, sed supra (v. 94) et infra (v. 131) תהוא.

V. 128. מדי הי. Legerat Vogüé הו; hinc Reckendorf conjecit [הו]ת, lectionem quam reprobant syntaxis leges.

Eadem ergo ac supra (art. XI) recitantur, hic tamen paulo brevius.

Art. XXVIII. De statuis æreis (v. 128-130; Græcus periit).

Versus 128. Ante צלמי spatium admittit duas litteras; plerique מן restituerunt, sed על melius cum sensu congruit; vide v. 130 : על מלחא. — אדרטיא, vox græca ἀνδριάντες; suspicamur aliquam metathesim in hac scriptione : expectes enim אדריטא, et sic legitur in quadam inscriptione syriaca Edessena ܐܕܪܝܛܐ (*Z. D. M. G.*, t. XXXVI, p. 154); fieri tamen potuit ut scriba vocem singularem אדרטא (ἀνδρίαντα) in pluralem flectere in animo habuerit. Est interpretatio antecedentium vocum צלמי נחשא.

V. 129. יתגבון; ut bene vidit Vogüé post ב fuerunt duæ litteræ : plerique tamen legerunt יתגבא. Litteræ ן vestigia dispicere licet; et ideo magna cum probabilitate restituit Schröder יתגבון, 3ª pers. masc. plur., ut sensus postulat. — היך [נח]שא; ita Vogüé et Schröder. Reckendorf, quem secuti sunt Lidzbarski et Cooke, restituit היך [מן נח]שא; sed angustia spatii inter היך et נחשא litteras מן excludit.

V. 130. Integram lineam restituit Chabot.

Art. XXIX. De sale (v. 130-136; Græcus periit).

V. 131. קשט[א]; litteræ א nullum apparet vestigium, sed ט certum est. Inter ט et ת nonnisi duas litteras spatium admittit. Sive קשט legas sive קשטא, sensus idem indubiusque manet «æquum, justum»; cf. in syr. versione Evangeliorum ܩܘܫܬܐ (palæstin. ܩܘܫܛܐ) = τὸ δίκαιον (*Luc.*, XII, 57). — אתחזי לי «mihi visum est», id est «decrevi»; verba adhuc recitantur ejusdem viri qui supra (v. 125) prima persona locutus est.

V. 132. Sub finem legimus cum Schrödero תדמריא «Palmyreni»; lectio certa ab ectypis. Reckendorf perperam restituit [ת]גרא.

V. 133. לחש[חת]ה «in suum usum»; ita legendum videtur. Schröder, quem secuti sunt omnes, proposuit לחשבנה «in suam computationem», seu, ut gallice dicimus, «à son compte». Sed vestigia adhuc conspicua quartæ litteræ cum ב non congruunt; nec ambæ litteræ בג lacunam explent, bene vero חת. Sensus fere idem est. — מדיא, *modius;* ut supra (v. 69). — איטלקא, *italicus*, ut supra (v. 105); litteræ לקא toro insculptæ erant; ultima periit.

V. 134. מכסא מלחא; exspectes מכס מלחא, vel מכסא די מלחא. — הויא, particip. fem. gen., ut postulat vox מלחא.

V. 135. Lacunam conjectura supplevimus; verum, ex perpaucis vestigiis, libentius legeremus בה[יגמוני]א, ἡγε-

μονία, si probabile foret hac voce pro ἐπαρχία Palmyrenos usos esse.

V. 136. מתקבל, part. pass. masc.; de vectigali intellegendum videtur. — Legerat Vogüé ולמ[די]א; sed nominis prima littera ת esse videtur, quare legimus תדמריא, collato v. 132. Dubia tamen manet restitutio. — מזבן, part. pass. conjug. *pael* : מְזַבַּן, vel *itpael* : מִזְדַּבַּן (pro מִתְזַבַּן aut מְזוֹדַבַּן). De sale agitur etsi voces masculini generis sunt.

Confer quæ supra, v. 69-73, de eodem argumento statuta sunt. Ibi, primum lex communis exposita est, et dein norma peculiaris pro sale Palmyræ reperto; hic utraque testimonio confirmatur : 1° statui, ait invocatus testis, ut sal (importatum) loco publico venumdaretur, ubi quisque illud emere potest in proprium usum (seu commercium, si de mercatoribus agitur), solvens assem pro modio, secundum legem; 2° etiam sal qui habetur Palmyræ ad assem exigendum est (in prævia mensuratione), et postea civibus, secundum consuetudinem, venum eat.

Art. XXX. De purpura, etc. (v. 137-142; Græcus periit).

Quæ versiculis 137-141 exarata fuerunt, nunc sunt mutila; aliquot tamen voces legere possumus.

Versus 137. ארגונא «purpura»; cf. supra, v. 11.

V. 139. מהלכין «ambulantes»; litteræ ה vestigia exstant. Cf. supra, v. 57, הפכין די, *μεταβόλοι*. — בסמ[די]ת : litteras evanidas complevimus; cf. במדיתא, v. 57, 58. — חימא, vox pluralis; syr. ܚܰܝܛܳܐ «sartor». Respondet forte græcæ voci *σκυτικῶν* (gr. v. 81).

V. 142. Post די, restituit dubitans Schröder נמוסא; at prima littera non est נ, sed probabilius כ. Obvia restitutio כ[תיב מן ל]על satis bene lacunam explet.

Art. XXXI. De pellibus (v. 142-144; Græcus periit).

Versus 142. מעלן; cf. sub v. 8. — שלחא «pellis», syr. ܫܶܚܠܳܐ; vi etymi sensus est «exuviæ», e verbo שלח «nudavit». Supra (v. 56) adhibetur vox משך; nullum discrimen in utriusque significatione erit, si vera est interpretatio nostra. Suspicamur enim hoc capitulo priorem articulum de pellibus (supra, v. 56) compleri; hic enim, ni fallimur, dicitur vectigal invectionis ibi statutum etiam ad evectionem exigendum. Est nova interpretatio prioris legis. — שלחא de «apum examine» intellegendum esse haud probabile censemus.

V. 143. Vox imperfecta ....אשל, bene legit Vogüé; ceteri ...אשב. Post ל adhuc vestigia litteræ א dispicere licet. — למפקנא : sic in lapide.

V. 144. אף הוו ספון; ante אף probabiliter fuerunt voces היך די, cf. supra, v. 113.

Art. XXXII. De gregibus et pascuis (v. 145-149; Gr., 230-237).

Textus lacunosus; pars græca quæ palmyrenis v. 145-148, respondebat penitus interiit. — V. 229, ΤΑΙΡΩ scripsit Ricci; sed nonne hic posuit quæ versu 203 legerat? Inspecto ectypo, præter ω, nihil dispicere valemus. — V. 230-231. Conjecit Dittenberger : *τὰς συνφω-[νηθείσας ϖρὸς τὸν] τελώνην*. Restitutionem paullo longiorem exspectes. — V. 231 : ΕΠΕΙ, post spatium vacans, solus dispexit Ricci. *τὸ ἐκ τοῦ* supplevit Dessau; Dittenberger maluit : [*τὸ κατὰ τὸν*] *νόμο(ν)*; sed lectio *νόμου* ab ectypo multo probabilior est. — V. 232, sub finem conjecerat Dessau *φ[ημὶ λογεύεσθαι]*; Dittenberger : *φ[έρειν]*, quod magis placet; nam primam litteram post *φ* curvam monstrat ectypum, et post aliquot signa obscura, vacare videtur reliqua linea.

V. 233. *ἐκτὸς τῶν*, conjectavit Haussoullier. — V. 234-235 restituit Chabot ectypo et apographo Ricciano usus. Signa in hoc descripta MYPIIIIN, legenda sunt MYPHNHN. Vocem *χαρακτηρίσασθαι* jam conjecerat Dittenberger, quanquam primas litteras ✕ *α'* legit. Dessau *δημοσιώνης* suppleverat.

Palmyrena :

Versus 145. ענא «grex, pecus», status absolutus ען (infra, v. 149); vox eadem ac hebr. צאן, mutato צ in ע; syr. ܥܶܐ. Nomen collectivum; *τὰ ῥέμματα*. — Medio versu perierunt tres litteræ; cum prima satis probabiliter sit ן, conjecimus מן בר[ן מ], quanquam pleonasmum sapit hæc locutio; cf. v. 111.

V. 147. למגז «ad tondendum», infinit. verbi גזז. — חיבא, vox toro scripta : ultima littera periit. — Datur immunitas gregibus qui in civitatem tondendæ lanæ causa inducuntur.

V. 148. נותא.., vox ab initio mutila; plerique restituerunt נותא[ח] «tabernæ»; non male, sed deficiente contextu, a conjecturis tutius est abstinere. — Reliqua omnino certa sunt; connexio verborum obscura. — ומן די היך יהון הון : manifestum est quasdam voces a lapicida omissas esse post די. Pro היך יהון videtur rescribendum היך ר[י הון; post hæc exspectes vocem ספון (cf. supra, v. 113), ut suadent etiam reliquiæ græci (v. 230), et revera occurrit mutila initio v. 149.

V. 149, cui in græco respondent v. 231-237, deficiente spatio, exaratus est toro imam tabulam limitante.

Quæ legere valuimus transcripsimus. — היך בנמוסא דנר יהוא מתנבא : respondent græco τὸ ἐκ τοῦ νόμου τέλος πρὸς δηνάριον φέρειν (v. 232). Et hic explicit articulus de gregibus.

Quæ sequuntur ad pascua spectant (gr. v. 233-237). Prima vox, dubiæ lectionis, e græco νομή derivata videtur. — מדי fortasse significat «postquam» (v. I, 9 = ἐπειδὰν), vel est pro מן די. Sensus erit : Jus pascendi, postquam quis solvit [vel : ab eo qui solvit] vectigal (invectionis), non est exigendum. — Post מאעלא perierunt duæ voces; contextus postulat «ad pascendum in fines» Palmyræ. — Post יהוא aliquot litteras excidisse evidens est. Pergebat scriptura infra paginam primam; ibi enim post spatium quattuor vel quinque signorum, in imagine quam præ oculis habemus, dispicere licet litteras אלה, quæ ultimæ fuisse videntur.

Integrum textum hujus capituli restituere ne conjecturis quidem possumus; pauca tamen desunt, et certum habemus eadem quæ in græco legimus palmyrenis litteris enuntiata fuisse. Tria statuuntur : ἐννόμιον, seu vectigal pecorum in pascuis publicis pascendorum, quod apud Romanos «scriptura» appellabatur, non esse exigendum; bestias tamen in fines Palmyrenorum pascendi causa invectas ab invectionis vectigali non immunes esse; eis notas inurere, si voluerit, publicano licitum, sane ad fraudes præcavendas.

De natura legis portoriæ et de vectigalibus in ea statutis fusius disserere ad rem nostram non pertinet. Plura videas apud Cagnatum, Dessauum et Dittenbergerum in operibus supra laudatis; conspirant omnes in sententiam Cagnati quam his verbis concludit Mommsen : «portoria Palmyræ ex auctoritate quidem præsidis [romani] sed a decurionibus palmyrenis administrata esse» (*Ephem. epigr. lat.*, V, p. 18). Non sine emolumento legentur commentaria eruditorum in leges portorias nobis servatas, alteram latinam, Zarai in oppido Numidiæ inventam, A. D. 202 latam (*C. I. L.*, VIII, 4508), alteram græcam, anno 90 exaratam, Copti in Ægypto repertam, quam post plures alios recensuit et commentatus est Dittenberger, *Orientis Graeci inscriptiones selectae*, n° 674. Cf. *Inscript. græcæ ad res Rom.*, I, 1183.

ARTICULUS II.

HONORES PUBLICI ET PRIVATI.

Primo loco ponimus titulos in templo magno repertos, quod vulgo, præeunte Wood, templum Solis dicitur, sed revera deo Belo dicatum fuisse inscriptiones docent. Hujus templi ichnographiam delinearunt Wood, in opere sæpius laudato (tab. III), et Cassas (*Voyage pittoresque de la Syrie*, pl. 28). Exstructum fuit media area, quadrata et amplissima, quam undique circumdat porticus a parte occidentali uno, a ceteris vero partibus duplici ordine columnarum constituta; super ancones columnis affixos, vel super bases ad muros appositas erigebant Palmyreni statuas concivium quos honore prosequebantur.

3914

(Tab. V.)

Sobernheim (β), 1.

Titulus duplici lingua conceptus; exaratus est lapide parieti australi propylæorum templi inserto, circa medium, quarto ordine supra solum, novis Arabum exstructionibus partim operto. Detexit

(Impressum mense januario anni 1924.)

Puchstein, anno 1902, et ectypum sumpsit; novum et perfectius fecerunt rev. Jaussen et Savignac anno 1914, ad hoc expressam imaginem tabula damus. Latus est lapis $0^m,88$, altus $0^m,62$.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 1, p. 3 (tab. I, II). — De eo egerunt Clermont-Ganneau, *Journ. asiat.*, 1905, I, p. 384, et *Rec. d'arch. orient.*, t. VII, p. 2. — M. Lidzbarski, *Deutsche Literaturzeitung*, ann. 1905, col. 1560, et *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. II, p. 276. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2127.

Inscriptio græca, a parte sinistra paulisper mutila, sic restituenda et legenda videtur :

1 Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος
2 ἀνέσ[ησαν το]ὺς ἀνδριάντας Ἰαριβωλῇ Σεγῆ καὶ Ἀουεί-
3 δῳ Ἀδδουδάν]ου, ὑωνοῖς Ἰαριβωλέους τοῦ Ἀδδουδά-
4 νου τοῦ Ζα]βδιβώλου Ἀδδουδάνου Φίρμωνος, εὐσε-
5 βέσι καὶ φ]ιλοπάτρισι καὶ φιλοτείμοις ἐν πολλοῖς
6 πράγ]μασι, ποιήσασι τὰς θύρας ταύτας τὰς αὐρο-
7 χάλκ]ειους ἐξ ἰδίων, τὰς ἐν τῇ μεγάλῃ βασιλικῇ
8 τοῦ Βήλου· ἔτους ϛπυ΄, Δύσ[τρου.

Textum Palmyrenum sic lege et restitue :



1 בול]א ודמס אקימת צלמיא אלן תרויהון די ירחבולא [בר]
2 ענא ועוידא בר חדודן בני ירחבולא בר חדודן בר זבדבול בר חדו[דן]
3 פרמון דחלא אלהיא ורחימא מדיתהון ונהרין במנדיהון שניא[ין]
4 אחרנא עבדו תרעיא אלן שתתיהן די פלזא די בבסלקא רבתא
5 די בת בל מן כיסהון בירח אדר שנת 486

1 *Senatus cum populo erexit statuas has duas* τοῦ *Iarḥibôlé* [*filii*]
2 *Ogê, et* τοῦ *ʿAuîdâ filii Ḥaddudan, nepotum Iarḥibôlê filii Ḥaddudan, filii Zabdibôl, filii Ḥaddudan*
3 *Firmôn, colentium deos amantiumque suæ patriæ, et illustrium suis largitionibus multis,*
4 *postremo fecerunt portas has sex orichalcas quæ (sunt) in basilica magna*
5 *domus Beli, de sua crumena, mense ʾAdar anni* CCCCLXXXVI.

Prænotanda circa textum græcum : V. 2. CЄΓΗ, sic in lapide; e palmyreno 𐡀𐡋𐡉, conjecit Lidzbarski : ΟЄΓΗ; Clermont-Ganneau autem : ωΓΗ; si tamen correctio hic facienda est; nam infra (sub n° 4574) occurrit nomen שגא, quod bene respondet lectioni Σεγῆ. Adverte etiam nomen עגילו, e quo originem habet עגא (vide sub n° 3920), ubique transcribi Ὄγηλος per O non per Ω. — V. 5. φιλότειμος, i. e. «generosus, liberalis», ubique in his titulis. — V. 6. Pro [πράγ]μασι conjicit Clermont-Ganneau [δωρή]μασι. — V. 8, ante τοῦ Βήλου nihil deest.

Versus 1. אקימת : sic in lapide; 3ª pers. fem. sing., quasi subjectum verbi unum sit בולא; cf. sub n° 3936, ubi tamen pro more verbum subjecto præponitur. — ירחבולא, græce Ἰαριβωλῇ [dativ.], Ἰαριβωλέους [genit.], nomen e nomine dei ירחבול deductum, fere ut latinum Jovius e nomine Jovis.

Versus 2. 𐡀𐡋𐡉, lectio indubia : quæ mutanda est in 𐡀𐡋𐡔, si recta est scriptura græca. — עוידא, item apud Nabatæos (supra, n° 190), gr. Ἀουεῖδος. — חדודן, gr. Ἀδδουδάνης. — בני «filii», in græco «nepotes», scilicet Iarḥibôlê et ʿAuîdâ consobrini; si autem vox aramaica stricto sensu usurpatur designat ʿOgê et Ḥaddudan fratres «filios» Iarḥibôlê senioris; hæc est eorum cognatio :



Versus 3. פרמון, Φίρμων; cognomen τοῦ Ḥaddudân, potius quam nomen. — רחימא מדיתהון, φιλοπάτριδες; רחימא, part. pass. activo sensu, ut non raro accidit in aramaicis dialectis, e. g., syr. ܐܚܝܕ ܟܠ, παντοκράτωρ; sensus est «diligens, amans», proprie «amore affectus». — מדיתא; forma consueta; rarior forma plena מדינתא (n° 3994). Nota hic, et non raro in his titulis, מדיתא eodem sensu latiori ac מדינה apud hebræos et talmud., id est pro «provincia, regione», inde etiam pro «patria», adhiberi.

מגדא «largitio; magnum donum», e verbo מגד; vide sub n° 3927. — שגיאין, complevimus collato n° 3932, v. 5; sed et formam שגיאא conjicere licet.

Versus 4. אחרנא, est aut vox plur. num., et sensus erit : donis multis «aliis»; aut adverbium «postremo», quod, non tamen sine dubio, proposuit Clermont-Ganneau. — תרעיא אלן «portas has», id est valvas sex quæ tres januas templi occludebant. — פלזא, ὀρείχαλκος «aurichalcum»; talmud. פליזא; arab. فِلِزّ; vox peregrinæ et incertæ originis. Legebat Sobernheim זי פלגא «in der Mitte»; correxit Clermont-Ganneau. Notanda græca transcriptio αὐροχάλκειος.

Versus 5. בל, Βῆλος, deus Palmyrenorum; vide Append. II.

Erectus est titulus mense martio anni p. Chr. 175.

3915

(Tab. VI.)

Euting, 102; Sobernheim (β), 3.

In porticu australi; fascia superiore anconis columnæ affixi octavæ ab occidente, teste Puchstein. Adverte auctores in numerandis porticuum columnis non semper congruere, quia alii solas columnas adhuc stantes, alii integrum ordinem supputarunt. Primus invenit Julius Euting, anno 1883, et ectypum sumpsit; Jaussen et Savignac anno 1914 titulum non reppererunt. Imaginem damus ab ectypo Eutingiano.

Edidit J. Euting, *Sitzungsberichte der königlich preuss. Akademie der Wissensch. zu Berlin*, 1887, p. 410; et inde in opusculo seorsum cuso *Epigraphische Miscellen*, II Reihe, n° 102 (Palmyr. 41). — De eo egit Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. orient.*, t. II, p. 83-89; t. III, p. 174. — Repetiit M. Lidzbarski, *Handb. der Nordsem. Epigraphik*, p. 457; tab. XXXVII, 1. — G. A. Cooke, *A Text-Book of North-semitic Inscr.*, n° 132. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 451.



1 צלם חשש בר נשא בר בולחא חשש די
2 עבדו לה בני כמרא ובני מתבול מן [די] קם
3 ברשהון ועבד שלמא ביניהון ופרנס
4 ברמנהון בכל [צ]בו כלה רבא וזערא
5 ליקרה בירח כנון שנת 333

1 *Statua* τοῦ *Ḥašaš, filii Nešâ, filii Bólḥâ (qui et) Ḥašaš, quam*
2 *fecerunt ei Chomareni et Mattabolii, eo quod præfuit*
3 *eis et fecit pacem inter eos, et providit*
4 *negotiis eorum in omni re quacunque, majore vel minore;*
5 *in honorem ejus, mense Kanun anni* CCCXXXIII.

Bilinguem fuisse titulum non liquet. Textum græcum non investigavit Euting, nec vidit Puchstein. Exstat in *C. I. G.*, n° 4478, et apud Waddington, n° 2578, utroque loco ad fidem apographi quod edidit Wood (n° XXII), titulus græcus quem cum nostro palmyreno necessitudinem habere bene vidit Euting. Ita fert editio :

Μάλιχον Νεσᾶ τοῦ Κωμᾶ τοῦ ἐπικαλουμένου Ἀσάσου Φυλῆς Χομαρηνῶν Παλμυρηνῶν ὁ δῆμος εὐνοίας ἕνεκα.

In græco, KΩMA sagaciter emendavit Clermont-Ganneau in BΩΛΛA; postea conjecit Chabot BΩΛAA. Nota Woodium edidisse KΩM.A, quasi deficiente una littera. — Παλμυρηνῶν ὁ δῆμος, similem locutionem vide sub n° 3923 : Παλμυρηνῶν ἡ πόλις. — Sitne titulus græcus pars altera nostræ inscriptionis? Esse primum sensit Euting, ut liquet ex ejus editione; sed postea dubitavit, nam in exemplari ad nos misso, addidit propria manu «ob das dennoch zusammen gehört?». Opinamur Μάλιχον non eumdem esse ac חשש, sed hujus fratrem, et proinde textum græcum supra recitatum a nostro titulo alienum esse.

Versus 1. צלם «simulacrum, imago», sive sculptum, sive depictum, sive fusile sit opus; sive integram personam sive caput tantum exhibeat; cf. hebr. צֶלֶם, eodem sensu, et primitus «umbra». Lectionem et sensum jam assequutus est Barthélemy (*Lettre à... Olivieri*, p. 26). Vox græce redditur in nostris titulis ἀνδρίας (n° 3914) vel εἰκῶν (n° 4187). Duplici genere adhibetur, masculino si virilem, feminino si muliebrem imaginem designat. Exempla : Masc. sing. in statu absol. (n° 3913, II, 129) vel constr. (hic) צלם, in statu emphat. צלמא (n° 3916); plur. absol. צלמין (n° 3913, II, 130), constr. צלמי (*ibid.*, 128), emphat. צלמיא (n° 3914). Femin. sing. emphat. צלמתא (n° 3954), constr. צלמת (n° 3947). Eodem modo, id est mutato genere pro sexu, utuntur Nabatæi, et quandoque Palmyreni, voce נפש «stela», et Syri voce ܨܠܡܬܐ «idolum».

חשש, græce Ἀσάσης; nomen viri factum est etiam nomen gentis: בני חשש (Mordtmann, *Neue Beiträge*, n° 57); cf. nabat. חששו (supra, n° 1186). — נשא, gr. Νεσᾶ [genit.]; etiam נסא, sub n° 3916, gr. Νεσῆ [gen. et acc.]; vide sub n° 3913, I, 3. — בולחא; nom. theophorum cum nomine dei Bôl, בול, et verbo quodam compositum. Conjecit Ledrain (*Diction. des n. pr. Palmyr.*, s. v.) בול + חֲנָא «Bôl misertus est», quod probabilitate caret; Wright (*Proc. of Soc. of bibl. Arch.*, t. VIII, p. 29) melius בול + לְחָא «Bôl delet», culpas nempe; etiam conjicere licet בול + אחא «Bôl vivificat»; exstat latina transcriptio *Bolhas* (*C.I.L.*, III, 907), et græca Βόλχας (*C.I.Gr.*, 5195). Apud Syros antiquos occurrit ܒܠܚܐ (*Thes. syr.*, s. v.). Adverte nomen nostri Bôlḥâ scriptum esse בלחא sub nis 4559, 4560.

Versus 2. עבדו לה «fecerunt ei» scilicet τῷ Ḥašaš; לה: pronomen ad virum, non ad statuam, referendum liquet e n° 3917 : עבדו לה צלמא דנה. — בני כמרא «filii Komara», nomen gentis, φυλὴ Χομαρηνῶν. Vide כמרא, sub n° 3929. — בני מתבול «filii Mattabôl» seu φυλὴ τῶν Μαθθαβωλείων; vide sub n° 3925. Vox בני hoc sensu etiam græce vertitur *οἱ ἐγ γένους* (infra, n° 3950).

Versus 4. ברמנהון, sensus vix dubius : curam habuit «de rebus eorum»; sed vocis etymon incertum; contulit Euting arab. بَرَمَ, quod IV conjug. «firmavit, stabilivit» significat, inde suspicatur vertendum : studuit «stricto fœderi eorum». Margoliouth (apud Cooke) pronus est aliquam necessitudinem agnoscere cum persica voce فَرمان, et vertit «he administered their government»; quod nobis parum placet. Clermont-Ganneau, collato arabico بَدَّ, conjicit בד מנהון «recte distribuit partes eorum»; sed exspectes copulam ובד. — בכל צבו כלה; gr., aliis titulis, *παντὶ τρόπῳ*. — וצרא; exspectes וצירא; cf. sub n° 3949.

Erectus est titulus mense novembri anni p. Chr. 21.

3916

(Tab. VI.)

Euting, 103; Sobernheim (β), 4.

Eadem porticu. Obvia facie anconis columnæ affixi nonæ ab occidente. Invenit J. Euting, anno 1883. Græcum titulum, jam olim a Wood descriptum et ab Euting prætermissum, rursum contulit Puchstein. Demum utriusque textus ectypum sumpserunt rev. Jaussen et Savignac. Latus est lapis $0^{m},54$. Imaginem damus ab ectypo Jausseniano.

Edidit J. Euting, sub n° 103 (Palmyr. 42), in opere supra laudato. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 452.

Textus græcus : Wood, n° v; ab ipso repetierunt *C. I. G.*, n° 4489; Waddington, n° 2589; Dittenberger, n° 632; *Inscr. gr. ad res Rom.*, III, 1052. — Sic legendus ad fidem ectypi :

Νεσῆ Ἀλᾶ τοῦ Νεσῆ τοῦ Ἀλᾶ τοῦ Ῥεφαέλου τοῦ Ἀβισσέου συνοδιάρχην, οἱ συναναβάντες μετ' αὐτοῦ ἔμποροι ἀπὸ Φοράθου κὲ Ὀλαγασιάδος, τειμῆς καὶ εὐχαρισ[τ]είας ἕνεκεν, ἔτους γνυ', μηνὸς Ξανδ[ι]κοῦ.



1 צלמא דנה די נסא בר חלא בר נסא בר חלא בר
2 רפאל בר עבסי די אקים לה בני שירתא די סלק
3 עמה מן פרת ומן אלגשיא בדיל די שפר להון
4 וקם ברשהון ועדרנון בכל (צ)בו כלה [ליקרה]
5 בירח ניסן [שנ]ת 53[4]

1 *Statua hæc (est) τοῦ Nesê filii Ḥalâ, filii Nesê, filii Ḥalâ, filii*
2 *Rephaêl, filii ʿAbissai, quam erexerunt ei socii comitatus qui adscenderunt*
3 *cum eo a Phoratho et a Vologesia, eo quod placuit eis*
4 *et præfuit eis, et adjuvit eos in omni re quacumque; [in eius honorem.]*
5 *Mense Nîsan anni* CCC[C]LIII.

Initium tituli græci edidit Wood :

ΝΕCΗΑΛΑΤΟΥΝΕC
ΝΕCΗΑΛΑΤΟΥΝΕCΗΤΟΥΑΛΑΤΟΥΡΕΦΕΛΟΥ

et revera existere superiorem versum, in ectypo non expressum, testatur Puchstein, qui ultimam vocem descripsit ΝΕCΗ▨. Grandioribus litteris inchoatam inscriptionem imperfectam reliquit lapicida, vel fortasse solum nomen viri describere in animo primum habuit.

Versus 1. נסא; cf. נשא, sub n° 3915. — חלא, gr. Αλᾶ [genit.]; Syris ܚܠܐ et Arab. خال est «matruus», hunc communem sensum agnoscunt Palmyreni (vide sub n° 4052). Cf. חלה (sub n° 4206). Ad classem pertinet nominum propriorum quæ e communi cognationis significatione originem habent, ut אבא «pater» (n° 4174), אחא «soror» (n° 4254), etc.; et apud Syros etiam ܚܠܬܐ «matertera», ܚܠܬܐ «nurus», ܚܡܬܐ «amita»; cf. Th. Nöldeke, *Z.D.M.G.*, t. XL, p. 172.

Versus 2. רפאל, gr. Ῥεφάελος; «sanavit El»; etiam apud Hebræos, רְפָאֵל nomen viri (I *Chr.*, XXVI, 7) et angeli (*Tob.*, IX, 5), LXX : Ῥαφαήλ. — אבסי, Ἀβισσέου [gen.]; contulit Euting nomen Ἀψαῖος (Wadd., 2582), absque jure ut videtur. — אקים et סלק sunt verba 3ª pers. plur.; alias et recentioribus titulis אקימו, סלקו. — בני שירתא, ad litt. «filii comitatus», id est mercatores in itinere consociati; שְׁיַרְתָּא, chald. שְׁיָרָא, arab. سَيَّارَة, syr. ܫܝܪܐ (emphat. ܫܝܪܬܐ), est proprie «comitatus», gallice «caravane»; græce dicitur συνοδία. Vocis etymon incertum : sunt qui ab assyr. *šâru* repetunt. Vir qui hujusmodi collegio præerat vocatur רב שירתא, gr. συνοδίαρχης, vel ἀρχέμπορος (n° 3936), et ejus officium רבנות שירתא (n° 3928), συνοδιαρχία.

Versus 3. פרת, Φόραθος, civitas ad ripas Tigridis; olim magnum emporium. Syris ܦܪܬ ܡܝܫܢ, urbs episcopalis quæ eadem est ac Bassora; talm. פְּרָת דְּמֵישָׁן (*Ioma* 10ª); Arab. مَيْشَان. Oppidum antiquum supra collem prope Bassoram situm erat. Cf. Saint-Martin, *Recherches sur l'hist. et la géogr. de la Mèsène et de la Characène* (Paris, 1838); et Reinaud, *Journ. asiat.*, 1861, II, p. 161-262. — אלגשיא, Ὀλαγασιάς; Ptolem. : Οὐολγαισία (V, XIX); Steph. Byz. : Βολογεσσιάς. In tabula Peutingeriana : Volocesia; ad XVIII m. p. ad austrum Babylonis, πρὸς τῷ Μααρσάρῃ [l. Νααρσάρῃ] ποταμῷ secundum Ptolemæum; Plinius (*H. N.*, VI, XXVI) eam Vologesicertam appellat ac a rege Vologese conditam refert; plures existimant urbem, a Vologesicerta distinguendam, sitam fuisse ubi fuit Kupha Arabum. Vide A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 6-12; et Nöldeke, *Z. D. M. G.*, t. XXVIII, p. 93.

Versus 4. עדרנון; verbum cum suff. pronom. 3ª pers. plur. masc. — צבו : in lapide חבו, evidenti lapsu.

Notatio annorum mutila in palmyreno, e græco restituenda; erectus est titulus mense aprili anni p. Chr. 142.

3917

(Tab. VI.)

Sobernheim (β), 5.

In porticu australi templi magni; ancone columnæ affixo decimæ ab occidente. Titulus duplici lingua conceptus; textus græcus, duobus versibus constans, et tres priores versus scripturæ palmyrenæ superiore fascia, reliqui vero fascia inferiore exarati sunt. Latus est lapis $0^{m},50$. Invenit Puchstein, qui et ectypum sumpsit; aliud fecerunt Jaussen et Savignac, ad quod efficta est imago nostra.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 5, p. 11 (tab. III). — De eo egerunt : Ch. Clermont-Ganneau, *Journ. asiat.*, 1905, I, p. 395, et *Rec. d'arch. orient.*, t. VII, p. 10. — M. Lidzbarski, *Deutsche Literaturzeitung*, 1905, col. 1561, et *Ephem.*, t. II, p. 280. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2128.

Textus græcus, in duos versus distributus, sic se habet :

Ἄκκεον Νοαραίου τοῦ Ἀκκαέου οἱ Γαδδειβώλιοι τειμῆς χάριν.



צלמא דנה די אקיח בר [נע]רי בר אקיח 1
די עבדו לה בני גדיבול בדיל די עבד להן 2
בבא ותרעוהי ואף עבד באלגשיא חמנא 3
כלה הו ואתרה ואף טלל אדרונא 4
כלה ושפר להון בכל צבו כלה בדיל 5
כות עבדו לה צלמא דנה ליקרה 6
בירח כנון שנת 420 7

1 *Statua hæc (est)* τοῦ *Aqqîaḥ, filii [Noʿa]rai, filii Aqqîaḥ,*
2 *quam fecerunt ei Gaddibolii, eo quod fecit ipsis*
3 *januam et valvas eius; et etiam fecit Vologesiade simulacrum*
4 *integrum, ipsum et locum ejus; et etiam texit cellam*
5 *totam, et placuit eis in omni re quacunque; id-*
6 *circo fecerunt ei statuam hanc, in honorem ejus;*
7 *mense Kanun anni ccccxx.*

Versus 1. אקיח, gr. Ἀχχεος; altera vice Ἄχχαιος. — Nomen patris periit; græcum Νοαραῖος palmyreno נערי, vel נהרי, respondere verisimile est.

Versus 2. בני גדיבול «filii Gaddîbôl» seu gens Gaddiboliorum, οἱ Γαδδειβώλιοι. גדיבול «fortuna mea Bôl».

Versus 3. בבא est proprie «janua»; תרעוהי autem sunt «valvæ ejus». — חמנא «simulacrum» deo Soli sacratum, ut apparet ex alio titulo חמנא דנה ועלתא דה לשמש..... עבדו «simulacrum hoc et aram hanc fecerunt ..... τῷ Šamš» (infra, n° 3978). Jure merito contulerunt eruditi locos biblicos ubi sermo est de חַמָּנִים, seu Baalis simulacris in modum columnæ aut obelisci supra aut juxta altaria erectis (II *Chr.*, IV, 34; *Is.*, XXVII, 9; etc.); vide etiam Plin., *Hist. nat.*, XXXVI, LXIV. Sive lapidea sive metallica fuisse hujusmodi signa probabile est. Sed etiam, latiori sensu, vox usurpari potuit pro sacello; non enim apparet cur, si parvam stelam in nostro titulo designet, cum tanta emphasi dicatur vir fecisse hanc «totam et locum ejus». Occurrit vox חמנא in titulis nabatæis (*R.É.S.*, n°ˢ 2053, 2115).

Versus 4. טַלַל «texit, operuit, obumbravit»; eodem sensu hebr. טָלַל, chald. טַלַל, טַלֵיל, syr. ܛܠܠ, arab. ظَلَّلَ. Inde nomen תטלילא, sub nᵘᵐ 3911, 3955. — אדרונא, lectio omnino certa, «conclave, cubiculum»; chald. אִדְרוֹנָא; syr. ܐܶܕܪܘܢܳܐ «area parva, cubiculum»; videtur hic «cella» templi designari.

Versus 5-6. כדיל כות «eo quod sic»; cf. כתר כות (sub n° 3913, II, 95), מטל כות (sub n° 3932).

Exaratus est titulus mense novembri anni p. Chr. 108.

3918

Sobernheim (β), 6.

In eadem porticu; ancone columnæ affixo vicesimæ ab occidente. Titulus palmyrenus adeo mutilus ut appareant tantum vestigia aliquot litterarum. Recordationis causa eum commemoramus.

3919

(Tab. VI.)

Sobernheim (β), 7.

Eadem porticu; obvia facie anconis columnæ affixi vicesimæ primæ ab occidente. Invenit Puchstein et ectypum sumpsit; aliud fecerunt Jaussen et Savignac. Latus est titulus $0^{m},42$. Imaginem damus ab ectypo Jausseniano.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 7, p. 14 (tab. IV). — De eo egerunt Clermont-Ganneau, *Journ. asiat.*, 1905, I, p. 394, et *Rec. d'arch. orient.*, t. VII, p. 11; — M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. epigraphik*, t. II, p. 281. — J.-B. Chabot, *Comptes rendus de l'Acad. des Inscript.*, ann. 1911, p. 670. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2129.



צלמא דנה די זבידא בר שעדו 1 *Statua hæc (est) τοῦ Zebîdâ filii Šoʿadu, (filii)*

תימשמש די עבדת לה בולא 2 *Taimišamš, quam fecit ei senatus*

[לי]קרה וסהד לה ירחבול אלהא 3 *[in hono]rem ejus; et testimonium reddidit ei Iarḥibôl deus*

ברבנות מרזחותה די כמרי בל 4 *in ejus symposiarchia sacerdotum Beli.*

בירח ניסן שנת 428 5 *Mense Nisan anni* CCCCXXVIII.

Versus 2. תימשמש «servus Šamš» dei, id est Solis. Ejusdem formæ sunt תימעמד, *Θαιμοάμεδος*; תימרצו, *Θαιμάρσας*; etc.; et apud Nabat. תימאלהי; תימרושרא, *Θαιμοδουσάρης*; etc. Cf. תימשא, infra, sub nº 4121, et quoad analogiam, gr. Ἀβδάσαμσος (Wadd., 2569).

Versus 3. Testimonium dei accepit, sane per quoddam oraculum.

Versus 4 : scripturam satis obscuram bene legit Clermont-Ganneau. — רבנות מרזחותא «*συμποσιαρχία*», præfectura convivii, seu officium magistri compotationis. Dictio una duplici voce composita, ut phœnic. רבכהן «summus sacerdos», fem. רבכהנת (*R. É. S.*, nº 540); et syr. ܪܒ ܟܗܢ̈ܐ «summum sacerdotium». — מרזח, מרזחא est itaque «convivium» seu «compotatio», et inde etiam «collegium» ipsum convivarum, græce *συμπόσιον*, *θίασος*; רב מרוחא «præfectus convivii», *συμποσίαρχος*; בני מרוחא «filii, id est sodales, convivii» *συμποσιασταί*. — Vox Hebræis nota eodem sensu : מְרֻזַח (*Amos.*, VI, 7), Vulgata : «factio lascivientium»; בית מרזח (*Jerem.*, XVI, 5), LXX : *θίασος*; et etiam Phœnicibus : מרזח אלם (*C. I. S.*, I, 165, l. 16). Cf. רב מזרח in titulo neopunico Mactarensi (*R. É. S.*, nº 2221). De hujusmodi collegiis fuse disseruit Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. or.*, t. III, p. 22; t. IV, p. 343, 374 et seq.

כְּמָרֵי בֵל «sacerdotes Beli» dei; כמר, כמרא, plur. כמריא, jam supra (sub nis 170, l. 4; 113*b*, l. 2; 113, l. 22); est etiam nomen proprium personæ : כמרא (infra, sub nº 3929), et gentis : בני כמרא (sub nº 3915).

Erectus est titulus mense aprili anni p. Chr. 117.

3920

(Tab. VI.)

Sobernheim (β), 8.

Titulus duplici lingua conceptus; ancone inscriptus qui olim columnæ, in porticu australi, ut videtur, affixus fuit. Lapide enim usi sunt Arabes in reficiendo muro quo clauditur ab hac parte area templi; exstat in ordine sexto lapidum, supra solarium domunculæ e regione columnæ quadragesimæ primæ ab oriente. Invenit et ectypum sumpsit Puchstein. Latus est lapis $0^m,53$, altus $0^m,40$. Imaginem damus ab ectypo quod nobis fecerunt Jaussen et Savignac.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, nº 8, p. 15 (tab. V). — De eo egit Lidzbarski, *Deutsche Literaturzeitung*, 1905, col. 1561; et *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. II, p. 282. — *Rép. d'épigr. sémit.*, nº 2130.

(Impressum mense januario anni 1924.)

Titulum græcum, quattuor versibus constantem, recte legit Puchstein :

Θαιμῆν Λισαμσαίου τοῦ Ὀγήλου τοῦ Ἰεδειβήλου Σόαδος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, μετὰ τὴν τελευτὴν, τειμῆς χάριν, ἔτο[υς] Θλυ', μηνὸς Ὑπερβερεταίου.

Textus palmyreni prima verba sub finem quarti versus græci exarata sunt, ut videre est in tabula; versus autem 3 et 4 fascia inferiore anconis scripti sunt.



1 צלמא דנה

2 די תימא בר לשמשי בר ענא ידיעבל די עבד

3 לה שעדו ברה בתר די מית ליקרה בירח

4 תש[רי] שנת 439

1 *Statua hæc (est)*

2 *τοῦ Taimê, filii Lišamšai, filii 'Ogê, (filii) Iedi'bêl, quam fecit*

3 *ei So'adu filius eius, postquam mortuus est, in honorem eius; mense*

4 *Tišrî anni* CCCCXXXVIIII.

Versus 2. לשמשי, gr. Λισαμσαῖος, nomen e nomine לשמש deductum, vide sub n° 3904. — ענא, in græco Ὄγηλος; unde apparet nomen ענא coarctatum esse ab עגילו. — ידיעבל, Ἰεδειβήλος, vide sub n° 3911. Est etiam nomen gentis : בני ידיעבל (n° 3959).

Erectus est titulus mense octobri anni p. Chr. 127.

3921

(Tab. XVI.)

Sobernheim (β), 9.

Eodem loco. Titulus bilinguis ancone exaratus, latus $o^{m},52$. Lapis muro insertus est, eidem ordini ac titulus sub n° 3920 editus, quattuor passus occidentem versus. Invenit Puchstein et ectypum sumpsit; aliud expresserunt Jaussen et Savignac, ad quod efficta est imago nostra.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 9, p. 16 (tab. VI). — Repetiit Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. II, p. 283. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2131.

Pars græca, tribus versibus constans, sic legenda est :

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Μάλιχον Οὐαϐαλλάθου τοῦ Μανναίου, τειμῆς χάριν.

E palmyreno hæc supersunt :



Id est, litteris hebraicis :

1 צלמא דנה די מלכו בר והבלת בר מעני די
2 [א]קי[מת לה בול]א ודמס ליקרה קם צלמא דנה
3 ב[ירח]...שנת 32[4]

1 *Statua hæc est* τοῦ *Maliku, filii Vahballât, filii Ma'nai : quam*
2 *[erexerunt ei sena]tus populusque, in honorem eius; erecta est statua hæc*
3 *me[nse.....] anni [cc]ccxxxii.*

Versus 1. והבלת «donum (deæ) Allât»; gr. Οὐαϐαλλαθος; latine, in titulis et in nummis, *Vaballathus;* in bilingui titulo (infra, sub n° 3971) vertitur nomen palmyrenum græco Ἀθηνόδωρος. — מעני, gr. Μανναῖος (sub n° 3943, Μαεναῖος); coarctatum est e longiore forma; cf. nomina nabatæa מענאלהי et מענו, usu frequentissima. Ejusdem originis sunt מען (sub n^is 4199, 4604, et sæpius in inscript. safaiticis), מענא (n° 4567); syr. ܡܥܢܘ, nomen regum Edessæ, et ܡܥܢܐ, nom. episcopi.

Versus 3. Tempus notabatur, sed partim periit numerus centenarius; legendus est IV, nam Malichus is esse videtur qui anno p. Chr. 103, cum suis fratribus, insigne sepulcrum ædificavit (vide sub n° 4134). Annus autem 432 initium habet a kal. octobr. anni p. Chr. 120.

3922

(Tab. XVI.)

Littmann, 1; Sobernheim (β), 10.

In porticu orientali; latere anconis columnæ affixi quartæ a septentrione. Titulum primus invenit et delineavit E. Littmann, anno 1900; anno 1902, ectypum sumpsit Puchstein, cujus ad fidem rursum inscriptionem edidit M. Sobernheim; novum fecerunt anno 1914, rev. Jaussen et Savignac. Latus est titulus $0^m,51$, altus $0^m,17$. Damus imaginem ab ectypo Jausseniano.

Edidit Littmann, *Semitic Inscriptions*, p. 58, addito apographo. — Repetierunt M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 10, p. 17 (tab. VI); et M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. II, p. 283. — De eo egit Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. orient.*, t. VII, p. 2, 25. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 809.

Pars græca, si exstiterit, nondum reperta est. Inscriptio palmyrena tribus constat versibus; sic legenda et interpretanda est :



צלמא דנה די ענילו בר תימי ב[ר] 1 *Statua hæc (est) τοῦ ʿOgîlu, filii Taimai, [filii]*

זבדבול די מן בני כמרא די אקים 2 *Zabdibôl, qui (est) e Chomarenis, quam erexerunt*

לה בנוהי ליקרה שנת 340 3 *ei filii ejus, in honorem ejus, anno CCCXXXX.*

Versus 1. ענילו, gr. Ὄγηλος (cf. sub n° 3920). Vocales deminutivum innuunt (عُجَيْل), *Vitellus*. Cf. nom. bibl. עֶגְלוֹן rex Moabitarum, עֶגְלָה uxor Davidis; sab. עגלם; gr. Μόσχος, Δάμαλις; lat. *Vitulus*.

Versus 2. בני כמרא, Φυλὴ Χομαρηνῶν; vide sub n° 3915. — אקים, forma antiqua, pro אקימו.

Erectus est titulus anno 340, qui initium habet a kal. octobr. anni p. Christum 28.

3923

(Tab. VII.)

Littmann, 2; Sobernheim (β), 11.

In porticu orientali; ancone columnæ affixo quintæ a septentrione. Titulus bilinguis, græcus fascia superiore, palmyrenus inferiore exaratus. Invenit et delineavit E. Littmann, postea Puchstein qui etiam ectypum sumpsit. Ectypa nova fecerunt Jaussen et Savignac. Latus est lapis $0^{m},48$. Imaginem damus ab ectypo Jausseniano.

Edidit E. Littmann, *Semitic Inscriptions*, p. 59, addito apographo. — Repetiit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, p. 18, n° 11. — De eo egerunt Clermont-Ganneau, *Journ. asiat.*, 1905, I, p. 396, et *Recueil d'arch. orient.*, t. VII, p. 12, 26. — Lidzbarski, *Deutsche Literaturzeitung*, 1905, col. 1562; et *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. II, p. 284. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 810.

Titulum græcum ediderunt Prentice, *Greek Inscriptions* (New-York, 1907), n° 352, et ipse Puchstein, apud Sobernheim (*op. cit.*); sic legendus, collato ectypo, et restituendus videtur :

Παλμυρη]νῶν ἡ [ϖ]ό[λις Μόκειμον Ὀγήλου τοῦ
καὶ] Ὀχχαίσου ἀρέσ[αντ]α αὐ(τ)ῇ τε καὶ τοῖς Θεο[ῖς]
διδόντα ἐξ ἰδίων εἰς [τὸ ἐε]ρὸν σπονδοφό[ρ]ο[ν]
καὶ Θυμιατῆριν χρυσᾶ ἐγ δηναρίων ρν′ καὶ το.....
..αλια τέσσαρα χρυσᾶ ἐγ δη. ρκ′ καὶ τ[ραπεζ]ώ[ματα
κ]αὶ [ϖ]ρ[οσ]κεφαλάδιον εἰς τὴν .....
κ]λείνην ἠγορασμένα ἀργυρίου δηναρ[ίων ...
τειμῆ]ς κ[αὶ εὐνοί]ας ἕνεκεν· ἔτους β[ξ]τ′ μηνὸς [Δύσ]ρου].

Textum palmyrenum, fine mancum, collata ad ectypum delineatione, sic legimus et restituimus :



1 צלמא דנה די מקימו בר עגילו בר פציא[ל]
2 בר תימי די מתקרה חכישו די מן בני זב[דבול]
3 [די אק]ימו לה גבל תדמריא כלהן מן די שפר [להן]
4 [וק]רב לבת אלהיהן מן . . . . . קר . . . . . .
5 [בירח א]דר [שנת] 3[6]2

1 *Statua hæc est* τοῦ *Moqîmu, filii ʿOgîlu, filii Phaṣaiêl,*
2 *filii Taimai, qui vocatur Ḥokkaišu, qui (est) e gente Za[bdiboliorum];*
3 *quam erexit ei cœtus omnium Palmyrenorum, eo quod placuit [eis]*
4 *et obtulit templo deorum eorum, de . . . . . .*
5 *[Mense ʾA]dar [anni]* CCC[LX]II.

Prænotanda circa textum græcum : Versus 1. ἡ *βουλή*, sive ἡ *πόλις*, ut suadet Puchstein, meræ sunt conjecturæ; in ectypo litteræ præter *o* incertæ sunt; fuit vox fortasse quæ palmyreno גבל respondebat; fine addit Prentice : τοῦ *Φασαήλου*, sed male, deficiente spatio. — V. 2. Ὀχχαίσου est hic cognomen τοῦ Ὀγήλου, quod in textu palmyreno ad Taimai pertinet. — V. 4. Ultimam vocem et primam versus seq., conjicit Clermont-Ganneau restituendas : το[ρευτὰ φι]άλια. — V. 5. τραπεζώματα conjecit B. Haussoullier. — V. 6. προσκεφαλάδιον, ita Clermont-Ganneau, qui etiam restitutionem τ[εμενικὴν] quam proposuit Puchstein jure merito in dubium revocat; Puchstein : [ἀ]ρ[γὸν] κεφαλάδιον. — V. 8, signa numeralia dubia; Puchstein legit βξτ′, sed notat lectionem βξυ′ etiam possibilem esse; descripsit Prentice βϖτ′ et notavit litteram τ ut certam; lectionem βξτ′ etiam Savignac dispicere sibi visus est, et hanc ectypo comprobari comperimus. Evanuit nomen mensis; restituimus e palmyreno.

Versus 1. פציאל, «liberavit (deus) El»; cf. nomen nabat. פצאל, sub n° 354.

Versus 2. חכישו, gr. Ὄχχαισος; cf. nom. ar. حَوْكَش, sed nostrum (حُكَيْش) deminutivum esse videtur. Aliter tamen Littmann, *loc. cit.* E contextu cognomen æquo jure ad Moqîmu aut ad Taimai referri potest; sed e græca inscriptione patet fuisse cognomen proavi, quod etiam ejus posteri sibi vindicarunt.

Sub finem litteræ זב satis nitidæ apparent; unde restituit Clermont-Ganneau זבדבול; gens Zabdiboliorum pluribus titulis commemorata est (nis 3950, 3951, etc.).

Versus 3. גבל; vox alibi non occurrit; cœtum quemdam designare suadet verbum in tertia pers. plur. אקימו; quare alii «populum», alii «senatum» interpretati sunt, prout *βουλή* vel *πόλις* initio tituli græci legebant. Etymon incertum; sed conferendæ sunt voces arabicæ جَبْل, جِبِلَّة «hominum turba».

Versus 4. בת אלהיהן, in græco τοῖς θεοῖς; inde videtur

in templo non tantum Belo sed etiam aliis Palmyrenorum diis cultum peractum fuisse. — Fortasse [כיסה] מן, e græco ἐξ ἰδίων, complendum. Cetera perierunt.

Versus 5. Scriptura fere evanida et partim mutila; fastigium tamen litterarum ϟϟ satis conspicuum : unde restituimus nomen mensis אדר. — In epocha notanda, post numerum centenarium III, quem in alio ectypo dispicere nobis visi sumus, fractus est lapis. Recole quæ diximus de titulo græco. Omnibus perpensis, videtur titulus exaratus mense martio anni p. Chr. 51.

3924

(Tab. XV.)

Vogüé (β), 2; Littmann, 3.

Cum anno 1881 rudera Palmyræ visitaret cl. v. Abamalek Lazarew duos titulos, duplici lingua exaratos, repperit eidem lapidi insculptos, basi scilicet quadratæ quæ olim statuas duorum virorum, patris et filii, sustinuit; ectypum chartaceum sumpsit et edendum misit ad nostrum Vogüé. Anno 1883 Julius Euting nova ectypa fecit. Anno 1900, Enno Littmann basim, perforatam et in usum molæ conversam, repperit super tectum domus in remotiore parte porticus orientalis septentrionem versus exstructæ; cum autem probabile non sit lapidem magni ponderis e loco remoto advectum esse, in hac porticu statuas erectas fuisse verisimile est. Eum non viderunt Jaussen et Savignac. Lapis altus est $1^{m},23$, latus $0^{m},86$; partem supremam occupant inscriptiones patris ad sinistram, filii ad dexteram; utraque injuriam temporis multum passa est. Imaginem damus ad ectypum Lazarewianum.

Edidit M. de Vogüé, *Journ. asiat.*, 1883, I, p. 243, n° 2; et, addita tabula, in opusculo seorsum cuso : *Inscriptions palmyréniennes inédites*, Paris, 1883, p. 41, n° 2. — Emendationes proposuerunt : E. Littmann, *Semitic inscriptions*, p. 63, n° 3; — M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. II, p. 309; — Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. orient.*, t. VII, p. 26-29. — *Rép. d'épigr. sém.*, n° 811.

En quæ apparent in ectypo, et quæ restituenda videntur, in titulo ad sinistram exarato :

[illegible]	1	. . . . .
[illegible]ΟΙΠΑ[illegible]	2	. . . . ἔμπ]ο[ρ]οι Πα[λμυρηνοί]
[illegible]ЄCANЄC[illegible]C	3	[καὶ Ἕλλην]ες ἀνέσ[ϛη]σ[αν]
[illegible]ΤΑΙЄΔЄΙΒ[illegible]	4	[τὸν ἀνδριάν]τα Ἰεδειϐ[ήλῳ]
[illegible]ΜΥΡΗΝΩΙΦ[illegible]	5	[Ἀξίζου Παλ]μυρηνῷ Φ[υλῆς]
[illegible]ΛЄΙΩΝЄΠΕΙ	5	[Μανθαϐω]λείων ἐπεὶ
[illegible]ΥΔΑCЄΝЄΙCΤΗΝ	7	[κατεσπο]ύδασεν εἰς τὴν
[illegible]ΟΥΝΑΟΥΒΗΛΟΥ	8	[κτίσιν τ]οῦ ναοῦ Βήλου.



1 בירח אב שנת 330 [צלמא די]

2 ידיעבל בר עזיזו בר ידיע[בל די מן]

3 בני מתבו[ל די] אקימ[ו לה תדמריא]

4 ויוניא די בסלוכיא [בדיל די]

5 קם ושמש במגדא ר[בא לבתא די בל]

Textum Palmyrenum verte :

1 *Mense 'Ab anni* CCCXXX. [*Statua* τοῦ]
2 *Iedi'bêl filii 'Azîzu, filii Iedi'*[*'bêl, qui* (*est*) *e*]
3 *gente Mattabo*[*liorum; quam*] *erexerunt* [*ei Palmyreni*]
4 *et Græci qui erant in consociatione*, [*eo quod*]
5 *præfuit* (*illis*), *et ministravit largitiones ma*[*gnas in templum Beli*].

Circa textum græcum hæc notanda sunt : V. 1. Cum litteræ O.OI ab ectypo fere certæ sint, ἔμπ]ο[ρ]οι legendum est. — V. 3. Ἕλληνες; restituimus e palmyreno יוניא. — V. 7. Initio spatium brevem vocem sex aut septem litterarum requirit : fortasse *κτίσιν* vel *ἱδρύσιν*; vox *κόσμησιν* aptior quidem, sed longior videtur.

Versus 1. Numerus annorum nobis ab ectypo indubius, etsi ultimum signum parum perspicuum sit in imagine. Sub finem supplendum : צלמא די, vel forte צלמא רנה די.

Versus 2. עזיזו, «robustus», gr. Ἄζιζος (Wadd., 2084, 2605, et sæpius), rarius Ἄζειζος; arab. عَزِيز; jam sub n^is^ 136, 311. Cf. nom. bibl. עֲזִיזָא (*Esdr.*, x, 27). עזיזו nomen divinum, vide sub n° 3974.

Versus 3. Initio nihil deest; lege בני; sub finem תדמריא restituendum, ad fidem græci tituli.

Versus 4. Conjectura restituimus בדיל די — סלוכיא; primam litteram, aliquantisper dubiam, esse פ suspicatus est Littmann, sed non recte. Nomen est appellativum et vocabulum græcæ originis : *συλλοχία* apte proposuit Lidzbarski; non quidem nativo sensu, sed pro quadam sodalitate.

Versus 5. קם initio certum ab ectypo : legendum itaque קם ושמש; contulit Clermont-Ganneau similem locutionem קם ובנא (n° 3966), quam interpretatus est «cœpit ædificare», quod bene congruit cum usu aramaicæ dialecti; hic tamen hæc interpretatio parum placet, nec videtur cur Græci commemorarentur cum Palmyrenis si nulla inter illos et res gestas viri honorandi esset necessitudo; idcirco conjicimus intellegendum esse קם ברשהון «præfuit illis»; cf. sub n° 3916, sed hic vox ברשהון mente subaudienda est. — מנרא «largitio», vel potius מנדא «largitiones», vide sub n° 3914. — Finem versus alii aliter compleverunt, Vogüé et Littmann : די היכלא די בל; Clermont-Ganneau : די בתא די בל; Lidzbarski : בנינה די כת בל. Recte notavit Clermont-Ganneau היכל esse τὸ *ἱερόν* (n° 3913, I, 10); sed etiam eo vocabulo græcum ὁ *ναός* vertitur (n° 3959). Prima littera sine dubio est ד vel ר, secunda videtur esse ב, unde conjicimus רבא.

E supra dictis, titulus mensi augusto anni 19 p. Chr. adscribendus est.

3925

(Tab. XV.)

Vogüé (β), 1; Littmann, 4.

Titulus alter de quo supra diximus, eidem lapidi, ad dexteram, incisus.

Edidit M. de Vogüé, *op. cit.*, p. 242, n° 1. — De eo egit S. Reckendorf, *Palmyrenisches* (*W. Z. K. M.*, t. II, p. 327). — Clermont-Ganneau, *Études d'arch. or.*, t. II, p. 106, necnon *Rec. d'arch. or.*, t. IV, p. 378, 379, et t. VII, p. 29. — Repetiit Littmann, *op.cit.*, p. 64, n° 4. — *Rép. d'épigr. sém.*, n° 812.

Hæc in ectypo dispicere licet :



1 [Ἄζειζον Ἰεδειβήλου τοῦ]
2 [Βαρ]χαίου Παλμυρηνὸν
3 φυλῆς Μανθ(α)βωλείω[ν]
4 Ἰεδείβηλος ὁ υἱὸς· ἔτ[ους]
5 ηκ[τ',] μηνὸς Γορπιαί[ου]



1 [בירח] אלול שנת 328 צל[מא]
2 [ד]י עזיזו בר ידיעבל ברכי די מ[ן]
3 [ב]ני מתבול די אקים לה ידי[עבל]
4 [ב]רה

1 [*Mense*] *'Elul anni* CCCXXVIII. *Statua*
2 τοῦ *'Azîzu, filii Iedi'bêl, (filii) Barkai, qui (est) e*
3 *gente Mattaboliorum; quam erexit ei Iedi['bêl]*
4 *filius ejus.*

In græco, lectio Μανθβωλείων ab ectypo certa; vestigium litteræ A, lapsu prætermissæ, supra lineam dispicere sibi visus est Clermont-Ganneau; cf. Μαθθαβωλείων (Wadd., 2579), et Μανθθωλείων (*R.É.S.*, 2161).

Versus 2. ברכי; edidit Vogüé בר כי; veram lectionem proposuit Clermont-Ganneau. Cf. בריכי, Βαρεί̈χεις, sub n° 3931, et Βορκαῖος (Wadd., 2016); utrumque e rad. ברך «benedixit».

Versus 3. ידיעבל, Iedi'bel, is nempe cui erecta fuit altera statua super basim posita; vide titulum superiorem.

Erecta est statua mense septembri, anno p. Chr. 17.

3926

(Tab. XV.)

Vogüé (β), 3.

Fragmentum basis, latum $0^m,21$, altum $0^m,19$, ab Abamelek Lazarew anno 1881 inventum in peribolo templi; lapidem Julius Euting non jam repperit, nec Littmann, nec Jaussen. Inscriptio bilinguis a superiore, inferiore et sinistra parte manca. Imaginem damus ab ectypo quod sumpsit Lazarew.

Edidit M. de Vogüé, *Journ. asiat.*, 1883, I, p. 244, n° 3; et, addita tabula, in opusculo seorsum cuso : *Inscriptions palmyréniennes inédites*, 1883, p. 42, n° 3. — De eo egit Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. or.*, t. VII, p. 29. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 813.

Hæc supersunt :



1 . . . . . .

2 . . . . .[λειτ]ηνταιναιαν

3 . . . . .ίῳ τοῦ ζμυ' ἔτους



1 צלם מלכו בר מ....

2 [די] עבדו לה כ[מרי]...

3 [. . . . .]הון ו[י.....

Palmyrenum verte :

1 *Imago Maliku filii M*. . . . . .

2 [*quam*] *fecerunt ei sa*[*cerdotes* τοῦ . . . . .

3 [*quia* . . . . .] *eis et*. . . . . .

Græci fragmenti versiculum superiorem conjecit Clermont-Ganneau interpretandum esse : . . . καὶ] (πο-λεί)την ταῖν (δυ)αῖ(ν). Lectioni . . .λειτην revera favet ectypum. Nomen mensis incertum; [Δαισ]ίῳ legit Vogüé, mera conjectura.

Versus 1. Nomen patris [לכו]מ complevit Vogüé; sed מ prima est littera multorum nominum.

Versus 2. [מרי]כ complevit Clermont-Ganneau; littera מ, post כ, ab ectypo fere certa est; vide sub n° 3919.

Versus 3. הון[די שפר ל] initio complevit Vogüé, sed nullum vestigium litteræ ל apparet; fortasse melius conjicies : הון[די קם ברש] « præfuit eis »; cf. sub n° 3916.

Erecta est statua decursu anni Græcorum 447, qui initium habet a kal. octobr. anni p. Chr. 135.

Jam habes titulos palmyrenos omnes hucusque in area templi Beli inventos; aliquot autem titulos græcos quorum palmyrena transcriptio aut nunquam exstitit, aut periit, aut adhuc latet collegimus in Appendice prima. Hic vero subjungimus tres alios (n^is 3927-3929) : duos priores prope cœmeterium Arabum repertos e proximo templo advectos fuisse probabile est; tertii primitivum locum ignoramus.

(Impressum meuse januario anni 1884.)

3927

(Tab. V.)

Vogüé, 3.

Titulus bilinguis, basi nunc muro, prope cœmeterium, ad occidentem templi inserta exaratus. Lapis altus est $0^{m},80$, latus $0^{m},46$. Primus invenit Wood, qui græcam inscriptionem exscripsit; utramque vero postea Waddington; nuper autem ectypa expresserunt Jaussen et Savignac, quæ tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 3. — De eo egerunt H. Ewald, *Göttingische gelehrte Anzeigen*, 1869, p. 1488; — Levy, *Zeitschr. der deut. morgenl. Gesell.*, 1869, t. XXIII, p. 287; — Noeldeke, *ibid.*, 1870, t. XXIV, p. 88, 92, 106, 109; et t. XLI, p. 709; — J. Halévy, *Mélanges épigr.*, p. 104; — D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 6. — J. H. Mordtmann, *Mithologische Miscellen* (*Z. D. M. G.*, t. XXXI, p. 99). — J. Wellhausen, *Reste arabischen Heidentumes* (1887), p. 61. — Reckendorf, *Palmyrenisches*, p. 325; — Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. or.*, t. III, p. 244. — Repetiit G. A. Cooke, *A Text-Book of North-sem. Inscr.*, n° 112.

Textus græcus, in octo versus distributus : Wood, n° IV, et inde *C. I. G.*, n° 4480; Waddington, n° 2588. — Sic legendus est ad fidem ectypi :

Ἡ βουλὴ Ἀο[φ]άλειν Αἰράνου τοῦ Σαβᾶ τοῦ [Αἰρ]άνου τοῦ Βωννέους ἐπανγειλάμενον αὐτῇ ἐπίδοσιν αἰωνίαν [κα]ὶ Θυσίαν καὶ ἔτ[ε]ρα ἀναθέματα [Μα]λαχβήλῳ καὶ Τύχῃ Θαιμεῖος καὶ [Ἀτε]ργάτει, πατρῴοις Θεοῖς, τειμῆς καὶ μνήμης χάριν. Ἔτους ανυ', Πανήμου.



צלמא דנה די אחפלי בר חירן שבא בר
חירן בונא ש[ע]ת די עבדת לה בולא די
מנד לה חר[מי]א לעלמא ו[א]קלותא ואקם
[מ]חר[מ]ן למלכב[ל] וגד תימי ולעתרעתה
אלה[יא] טב[יא] בתר די מית ליקרה בירח
[קנין] שנת 451

Id est :

1 *Statua hæc (est) τοῦ Aḥophalî, filii Ḥairan, (filii) Sabâ, filii*
2 *Ḥairan, (filii) Bonnê, (filii) Ša[ʿu]t, quam fecit ei senatus, quia*
3 *largitus est ei (pia) munera in perpetuum et consentanea; et erexit*
4 *sacra τῷ Malakb[êl] et Gad Taimai et τῇ ʿAtarʿateh,*
5 *diis bonis; post quam mortuus est, in ejus honorem. Mense*
6 *[Qenian, an]no CCCCLI.*

Prænotanda circa textum græcum : Vox Ἡ βουλή, medio versu primo scripta, in ectypo non expressa est. — V. 2. Descripsit Waddington ΑϹΤΑΛΕΙΝ; sed Wood : ΑΟ·ΑΛΕΙΝ, quæ lectio optime congruit cum ectypo; litteram mutilam Φ restituendam esse liquet tum e reliquiis, tum e textu palmyreno. — V. 5. Legit Waddington ΚΑΤΕΤϹΩ, Wood ΚΑΙ....; ab ectypo legimus ΚΑΙΕΤ[Ε]ΡΑ. Sub finem lineæ exstat signum expletivum in speciem folii.

Versus 1. אחפלי, gr. Αοφάλειν [acc.]; edidit Vogüé אצתלי, græca lectione Waddingtoni deceptus. Nomen e themate חפל, arab. حفل, deducendum; cf. nomen nabatæum חפלו (*R.É.S.*, n° 1094). Ejusdem formæ, id est præfixo א et suffixo י, sunt nomina palmyrena אעילמי (n° 3930), אתפני (n° 3956), אכלדי (n° 4357), אכנבי (n° 3986). — שבא, gr. Σαβᾶς; cf. סבא, infra sub n° 4019, et apud Nabatæos (n^is 375, 376); apud Syros ܣܒܐ, quod significat «senex»; num etiam in ceteris linguis, dubium.

Versus 2. Cognomen Bonnis descripsit Waddington שבת. Littera media, in ectypo mutila, videtur esse ע vel ל potius quam ב; nomina quidem שעת vel שלת inaudita sunt, sed nec alibi שבת invenimus; cf. tamen syr. ܫܥܘܬ, nomen episcopi Edessæ sæculo quarto.

Versus 3. מנד, manifesto est verbum in 3ª pers. sing. perfecti, sicut אקם; cf. arab. أَمْجَدَ «dona largiri», et targum. מֶגֶד «res pretiosa»; inde substant. מגדא, supra sub n^is 3914, 3924; fortasse etiam nomen viri מגדיו (n^is 1088, 1152, etc.) et nomen muliebre ܡܓܕܝ (Sachau, *Edessen. Inschriften*, n° 7). — Voces quæ græcis vocibus ἐπίδοσιν et θυσίαν respondebant partim evanuerunt. Prior חר[מ]א, vel potius num. plur. חר[מי]א, nam uno מ lacuna non bene expletur, legenda videtur; lectio ergo מתנא, quam, suadente contextu, Vogüé et alii conjecerant, rejicienda est. Ex altera voce supersunt litteræ קלותא., prima deficiente; hanc autem א fuisse fere certum habemus. Est transcriptio græci vocabuli ἀκόλουθα. Restitutio קרב צלותא, a Reckendorf prolata, omnino respuenda.

Versus 4. Initio legendum מחרמן, ἀναθέματα; cf. nabat. מחרמתא «ædicula sacra» (supra, n° 158). — וגד תימי; ita ad fidem græci : καὶ Τύχῃ Θαιμεῖος. וגד; non autem ולגד, ut expectes et restituit J. Mordtmann (*Z. D. M. G.*, t. XXXI, p. 100). Ad vitandam difficultatem conjecerat Clermont-Ganneau למלכבל גד תימי; sed litteram ו, etsi mutilam, dispicere licet in ectypo. — תימי, nom. viri. Deum peculiarem cujusdam viri in titulis quandoque commemorari jam vidimus (cf. sub n° 174), et infra rursum videbimus (sub n° 3991). Sed cum גד תימי hic πατρῴοις θεοῖς adnumeretur, et cum nomina מלכבל et גד תימי simul inveniantur in tesseris figulinis (*R. É. S.*, 514, 1061), jam numinis privatam indolem, si ita loqui fas est, evanuisse suspicari licet; vide Appendicem II. Ex dictis liquet nomen græcum in genitivo casu legendum esse. Opinatus est olim Nöldeke (*Z. D. M. G.*, t. XXIV, p. 88) Θαιμεῖος genitivum esse e Θαιμείς deductum; at cum nunc habeamus nominativum Θαιμαῖος (infra, sub n° 4124) lectio Θαιμεῖος in nostro titulo videtur lapsus pro Θαιμείου. — De numinibus גד «Fortuna» et עתרעתה «Atargatis», vide quoque Append. II.

Versus 5. Totius versiculi lectio certa est; voces בתר די מית respondent græcis vocibus μνήμης χάριν; etiam sub n° 3954.

Versus 6. קנין, nomen mensis quem Πανήμῳ respondere credimus, vide sub n° 3911.

Erectus est titulus mense julio anni p. Chr. 140.

3928

Vogüé, 5.

Titulus bilinguis, basi inscriptus nunc in cœmeterio in modum stelæ erecta, græcus obvia facie, palmyrenus latere intuenti sinistro. Primus invenit et exscripsit Waddington cujus apographum hic transcripsimus; descripsit quoque A. D. Mordtmann, sed nonnisi versus quarti apographum vulgavit. Jaussen et Savignac non reppererunt.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 5. — De eo egerunt : Th. Nöldeke, *Z. D. M. G.*, t. XXIV, p. 91. — O. Blau, *Altarabische Sprachstudien* (*Z. D. M. G.*, t. XXVII, p. 342). — A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 12; — J. Mordtmann, *Z. D. M. G.*, t. XXXI, p. 100. — Reckendorf, *Palmyrenisches*, p. 325; — J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 17. — Repetiit G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 114.

Textus græcus, Waddington, n° 2590; Dittenberger, n° 633; *Inscript. gr. ad res Rom.*, III, 1053. — Initio desunt saltem versus duo; sic legenda et restituenda videntur quæ supersunt :

	[Μᾶρκον Οὔλπιον Ἰαραῖον Αἰ-
	ράνου τοῦ Ἀβγάρου ἡ τῶν ...
.....	..... ἀπὸ Σπασί-
...ΧΑΡΑΚΟCCΥΝΟΔΙΑΒΟ...	νου] Χάρακος συνοδία βο[ηθή-]
CΑΝΤΑΑΥΤΗΠΑΝΤΙΤΡΟΠΩΔΙΑ	σαντα αὐτῇ ϖαντὶ τρόπῳ διὰ
ΖΑΒΔΕΑΘΟΥC·ΖΑΒΔΕΛΑΤΟΥ	Ζαβδεάθους Ζαβδελᾶ τοῦ
ΙΑ.....CΥΝΟΔΙΑΡΧΟΥ	Ἰα[δδαίου] συνοδιάρχου,
ΕΤΟΥC ϛΞΫ ΜΗΝΟCΛΩΟΥ	ἔτους ϛξυ', μηνὸς Λώου.



Et sic emendandum et complendum est apographum :

1 [צל]ם מרקס אל[פ]י[ס] יר[חי בר חירן]
2 [בר א](ב)גר די אקימו לה בני שירתא די
3 [סלק](ת) מן כרך אספסנא בדיל די עדרה
4 [בכל צב]ו [כל]ה ליקרה ברבנות שירת[א]
5 [די זבדע]תא בר זבדלא ידי בירח אב שנת
6 466

Id est :

1 *Statua Marci Ulpii Iar[ḥai, filii Ḥairan,*
2 *filii Ab]gar; quam erexerunt ei socii comitatus qui*
3 *ascendit e Karak-Hispasina, eo quod adjuvit eum*
4 *[in omni re quacumque], in honorem ejus; sub præfectura comitatus*
5 *τοῦ Zabdeʿatê, filii Zabdilâ, (filii) Iaddai; mense ʾAb anni*
6 *CCCCLXVI.*

Signo dubitandi (?) ipse Waddington aliquot litteras notavit.

Versus 1. Initio textus palmyreni versiculum integrum periisse conjecit Waddington, absque jure, ut videtur. — Post מרקס, *Marcus*, sequitur nomen mutilum; אל[כסנדרוס] restituere vix ausus est Vogüé; proposuit Waddington אלכיבידו *Alkibiadou*, quod nemo probare potest; J. Mordtmann, inspecto apographo a suo patre exscripto, in quo litteras אלס dispicere sibi visus est, conjecit initium tituli legendum esse : [צל]ם מרקס אלס תיד[רוס די מתקרא שמ]ענד i. e. *Statua Marci Ælii Theodori, qui vocatur Šemʿagad.* Melius, opinamur, congruit cum apographo restitutio nostra, quam comprobat collatio tituli sub n° 3960 editi, quo alia statua eidem viro erecta commemoratur. — אלפיס, *Οὔλπιος*, nom. lat. *Ulpius.*

Versus 2. Initio descripsit Waddington [illegible], unde, collato nomine biblico שְׁמַעְיָה, restituerat Reckendorf שמענד; sed vix dubium nobis est quin emendandum sit apographum in [illegible], et legendum nomen [א]בגר, *Ἄβγαρος*; vide sub n° 3960.

Versus 3. סלקת «adscendit», comitatus nempe; restitutio certa : qui Euphratem petunt «descendere», qui Palmyram redeunt «adscendere» dicuntur. — כרך אספסנא «arx Hyspasinis», *Σπασίνου ὁ Χάραξ* (Dio Cass., LXVIII, 28). Oppidum Parthorum ad confluentes Tigridis et Eulæi seu Pasitigridis situm (hodie Mohammerah), primo Alexandria dictum ab Alexandro Magno conditore, dein Antiochia ab Antiocho III; demum sæculo secundo ante Chr. regulus quidam *Ὑσπαοσίνης* instauratæ civitati nomen suum imposuit eamque caput regni, quod Characene vocatur, constituit. Fuit magnum emporium, de cujus mercaturis vide Marquardt, *Organis. de l'empire romain*, t. II, p. 360.

Versus 4. Initio בכל צבו כלה, complevit Reckendorf; restitutio vix dubia; est enim formula quæ in ceteris titulis græco *παντὶ τρόπῳ* respondet, et bene congruit cum apographo Mordtmanniano. — רבנות שירתא «præfectura comitatus», *συνοδιαρχία*; cf. רבנות מזרחותא sub n° 3919.

Versus 5. זבדעתא «donum (deæ) ʿAtê», nomen scriptum זבדעתח in titulo sepulcrali ejusdem viri (sub n° 4192); gr. *Ζαβδεάθης*, *Ζαβδαάθης*. — זבדלא, et melius (sub n° 3980) זבדלה, «donum dei», nomen coarctatum e זבד־אלה, sicut והבלת e והב־אלת, etc.; gr. *Ζαβδέλας*, *Ζαβδίλας*.

Notandum est statuam in honorem non ipsius ducis itineris, ut plerumque fit, sed viri qui comitatui profuit cum principatum ageret Zabdeathes, erectam fuisse.

Erectus est titulus mense ʾAb anni Græcorum 466, id est mense augusto anni p. Chr. 155.

3929

(Tab. VII.)

Mordtmann, 13.

Fragmentum basis, altum o^{m}, 17, latum o^{m}, 35. Invenit Palmyræ et descripsit A. D. Mordtmann, anno 1870. Lapis nunc in Museo Constantinopolitano (*Catal.*, n° 161) asservatur. Imaginem ab ectypo damus.

Edidit A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, n° 13. — Retractaverunt J. H. Mordtmann, *Zeitsch. d. d. Morg.*, t. XXXVIII [1884], p. 587; et — J.-B. Chabot, *Notes d'épigraphie*, [1898], sub n° 19 (*Journ. asiat.*, 1898, II, p. 76). — *Rép. d'épigr. sémit.*, n^{is} 452, 2515.



צלמא דנה די [בלש]ורי	1	*Statua hæc (est)* τοῦ *[Bêlš]urî,*
בר חגגו בר בלשורי בעא [די]	2	*filii Ḥaggagu, filii Bêlšurî Baʿâ; [quam]*
אקימו לה ש[מ]רפא וכמרא	3	*erexerunt ei Ša[m]raphâ et Komarâ*
ליקרה מן די שפר להן ול-	4	*in honorem ejus, eo quod placuit ipsis et*
אלהיהון בירח כנון ש[נת]	5	*diis ipsorum; mense Kanun anni*
[3..]	6	*[ccc.....]*

Versus 1. בלשורי «Bel (est) murus meus» i. e. protectio mea; gr. Βήλσουρος, in titulo bilingui. Fortasse *Velsolus* apud Treb. Pollionem (vita Valeriani). — Sub finem, signum ad explendam lineam; hujusmodi signa vide n° 3966, v. 1.

Versus 2. חגגו; cf. arab. حَجَّاجٌ; cognata sunt nomina palmyrena חגוגא (n° 4473), חני (n° 4211). — בעא, cognomen esse videtur. De hoc vocabulo, cf. n^{um} 4114. — Sub finem די restituimus ad analogiam ceterorum titulorum.

Versus 3. שמרפא; littera מ aliquantisper dubia; si recta est lectio, vox videtur esse pro שמשרפא, *Šamširapha* «Šamš (Sol deus) sanavit»; cf. בורפא, pro בולרפא (sub n° 4037). — כמרא, nomen proprium viri, etiam gentis (n^{is} 3915, 3922, etc.). Cf. gr. Χόμρου [genit.] (Wadd., 2389). Sed communem vocis significationem «sacerdos» non ignorabant Palmyreni; vide sub n° 3919.

Versus 6. Notatus fuit annus, sed periit. Erecta est statua mense novembri, ante finem primi sæculi; siquidem anno 345 (33 p. Chr.) patruus viri nostri sibi sepulchrum erexit (n° 4114). Stemma familiæ vide sub n° 4129.

3930

(Tab. VIII.)

Vogüé, 1.

In vicinia magni templi occidentem versus eminebant columnæ duæ altissimæ, mole pares, eodem tempore, opposito loco erectæ; altera ad septentrionem (Wood, tab. II, 28; tab. XLIII, *f*) adhuc stat, altera ad austrum (Wood, tab. II, 30) nunc eversa est; utramque binis statuis decoratam fuisse docent nos tituli scapis earum insculpti. Titulorum græcas partes exscripserunt Halifax, anno 1691, et Wood, anno 1751; rursum Waddington, qui et apographa sua palmyrena edenda Vogüé commisit. Inscriptionem columnæ septentrionalis bilinguem, tabula ansata lata o^{m}, 51, alta o^{m}, 46, accurate descriptam, damus ab ectypo chartaceo quod nobiscum communicavit J. Euting : sub *a* integrum titulum, sub *b* textum palmyrenum ampliore modulo.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 1. — De eo egerunt : H. Ewald, *Göttingische gelehrte Anzeigen*, 1869, p. 1487; — Th. Noeldeke, *Z. D. M. G.*, t. XXIV [1870], p. 100, 102; — J. Halévy, *Mélanges épigraphiques*, p. 103; — A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 5; — J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 15. — M. Lidzbarski, *Handb. der nordsem. Epigraphik*, p. 458; tab. XXXIX, 4. — G. A. Cooke, *A Text-Book of North-sem. Inscr.*, n° 110.

Textus græcus : Wood, n° III, et inde *C. I. G.*, n° 4479; Waddington, n° 2586. — Septem versiculis constat; sic legendus est :

Ἡ *βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Ἀαιλάμειν Αἰράνου τοῦ Μοκίμου τοῦ Αἰράνου τοῦ Μαθθᾶ, καὶ Αἰράνην τὸν πατέρα αὐτοῦ, εὐσεβεῖς καὶ φιλοπάτριδας καὶ πάντι τρόπῳ φιλοτείμως ἀρέσαντας τῇ πατρίδι καὶ τοῖς πατρίοις θεοῖς, τειμῆς χάριν, ἔτους νυ′, μηνὸς Ξανδικοῦ.*



1 בולא ודמס עבדו צלמיא אלן תרויהון

2 לאעילמי בר חירן בר מקימו בר חירן מתא

3 ולחירן אבוהי רחימי מדיתהון ודחלי אלהיא

4 בדיל די שפרו להון ולאלהיהון בכל צבו כלה

5 ליקרהון בירח ניסן שנת 450

Id est :

1 *Senatus populusque fecerunt statuas has duas*
2 *τῷ Aʿailamî, filio Ḥairan, filii Moqîmu, filii Ḥairan (filii) Mattâ;*
3 *et τῷ Ḥairan, patri ejus, amantibus suæ patriæ et colentibus deos;*
4 *eo quod placuerunt ipsis et diis ipsorum, in omni re quacumque;*
5 *in eorum honorem. Mense Nîsan, anni CCCCL.*

Versus 2. אעילמי, Ἀαιλάμεις; nom. propr.; videtur e rad. עלם, ﻉﻠﻢ «scire» deducendum. Sunt alia nomina ejusdem formæ, vide sub n° 3927. — מתא, gr. Μαθθᾶς; nomen coarctatum e longiore forma, v. gr. מתני, vel e quodam nomine theophoro, fortasse e מתבול.

Erectus est titulus mense aprili anni p. Chr. 139; vivente itaque Aʿailami, siquidem vir iste anno 149, una cum fratre Zenobio, sepulcrum sibi exstruxit; vide sub n° 4168.

3931

(Tab. XVI.)

Vogüé, 2.

Titulus alter de quo diximus sub n° 3930, columna australi (Wood, tab. II, 30), nunc ruinosa, inscriptus, intra margines tabulæ quadratæ, latæ 0^m, 55, altæ 0^m 45. Imaginem ad ectypum damus quod anno 1914 expresserunt rev. Jaussen et Savignac.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 2. — De eo egerunt : H. Ewald, *Gött. gel. Anzeigen*, 1869, p. 1487. — A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 5. — J. Halévy, *Mélanges épigraphiques*, p. 103. — G. A. Cooke, *A Text-Book of North-sem. Inscr.*, n° 111.

Textus græcus : Wood, n° XXI, et inde *C. I. G.*, n° 4481; Waddington, n° 2587. — Quattuor versibus constat; sic legendus est :

Ἡ *βουλὴ καὶ ὁ δῆμος* Βαρεί*χειν* Ἀμρισάμσου *τοῦ* Ἰαριβωλέους *καὶ* Μόκιμον *υἱὸν αὐτοῦ, εὐσεβεῖς καὶ φιλοπάτριδας, τειμῆς χάριν.*

Palmyrenum sic transcribe et verte :



בולא ודמס עבדו צלמיא אלן	1	*Senatus populusque fecerunt statuas has*
תרויהן לבריכי בר אמרשא בר	2	*duas* τῷ *Barîkî filio ʾAmrišê, filii*
ירחבולא ולמקימ[ו] ברה רחימי	3	*Iarḥibôlê, et* τῷ *Moqîmu filio ejus, amantibus*
מדיההון ודחלי א[לה]יא ליקרהון	4	*suæ patriæ et colentibus deos; in honorem eorum,*
בירח ניסן שנת 450	5	*mense Nîsan, anni* CCCCL.

Versus 2. בריכי, Βαρείχεις, e rad. ברך «benedixit», nomen coarctatum e nomine theophoro; cf. ברכי, supra, sub n° 3925; et quoad formam חביבי, חליפי, etc. — אמרשא, gr. Ἀμρίσαμσος; itaque pro אמרשמש; ne credas tamen lapsu litteras omissas fuisse; recurrit enim eadem lectio sub n° 3975. Sensum «vir Solis» tueri licet, collatis quibusdam nominibus, ut אמראיעות supra, n° 411), מראלקיש (*R. É. S.*, n° 483) quæ, etsi nabatæis litteris scripta, arabica sunt (cf. Bæthgen, *Beiträge*, p. 89); sed non minus probabile est, immo magis arridet, etymon ab aramaica significatione petitum, nempe «Šamš (Sol deus) locutus est» vel «promisit», ad analogiam nominis biblici אֲמַרְיָה (*Esdr.*, VII, 3; etc.). Cf. תימשא, sub n° 4121.

Erectus est titulus eisdem mense et anno ac titulus superior, id est mense aprili anni p. Chr. 139.

3932

(Tab. V, IX.)

Wood, IV; Vogüé, 15.

Tituli sub n^is^ 3932-3947 interpretandi columnis magnæ porticus quæ, ab oriente ad occidentem protracta, urbem quasi in duas partes dividit, inscripti sunt, sive affixo ancone sive scapo columnæ. Porticus, quadrivio circa medium occurrente, bipartita est. In sectione occidentali, cujus columnæ fere omnes ruinosæ humi jacent, duæ tantum inscriptiones palmyrenæ hucusque repertæ sunt (n^is^ 3948, 3949). In sectione orientali, columnæ ordinis septentrionalis quoque ruerunt, paucis exceptis; ordo autem australis, qui maxima ex parte etiam nunc stat, duobus magnis arcubus abrumpitur, ut videre est in tabulis Woodianis XXXV, XLIII. Inscriptiones inventæ sunt inter quadrivium et proximum arcum, maxime inter ambos arcus; uniuscujusque locum, simulque annum erectionis secundum æram Seleucidarum exhibet subnexum schema :



(Impressum mense januario anni 1924.)

Scapo columnæ in ordine septentrionali tertiæ a quadrivio, orientem versus. Titulus bilinguis, græcus et palmyrenus. Descripsit græcum textum Halifax, utrumque vero Wood, Waddington et A. D. Mordtmann; ectypum sumpsit Lud. Vignes, e quo efficta est imago quam tabula IX damus, imaginem ad ipsam columnam expressam tabula V habes.

Edidit Wood, *Les Ruines de Palmyre*, n° IV. — De eo disseruerunt : Swinton, *Philos. Transac.*, t. XLVIII, p. 715 (tab. 24, n° IV). — Eichhorn, *Marmora Palmyrena*, p. 106. — M. A. Levy, *Die palmyrenischen Inschriften* (*Z. D. M. G.*, t. XVIII [1864], p. 77; cf. A. Geiger, *ibid.*, p. 598). — Ad. Merx, *Bemerkungen über bis jetzt bekannte aramäische Inschriften* (*Z. D. M. G.*, t. XXII [1868], p. 676). — Apographon Waddingtonianum edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 15. — Postea animadversiones protulerunt : J. Derenbourg, *Notes épigraphiques*, p. 94. — H. Ewald, *Erklärung einer palmyrenischen Inschrift* (*Nachrichten von der kön. Ges. der Wiss.... zu Göttingen*, 1869, p. 335-350, 1495). — A. Levy, *Zu den palmyr. Inschr.* (*Z. D. M. G.*, t. XXIII, p. 283). — Th. Nöldeke, *Z. D. M. G.*, t. XXIV, p. 88, 90, 91, 94, 97, 98, 100, 102-105. — D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 18. — J. Halévy, *Mélanges épigraphiques*, p. 105. — Reckendorf, *Palmyrenisches*, p. 326. — M. Lidzbarski, *Handbuch*, p. 459; tab. XXXVII, 3. — G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 121; pl. VIII. — E. Littmann, *Semitic inscriptions*, p. 84. — Ch. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. orient.*, t. VII, p. 37. — *Rép. d'épigraphie sémitique*, n° 841. — Ed. Cuq, *Note sur Julius Priscus* (*Comptes rendus de l'Acad.*, 1922, p. 184). — A. G. Ross, *De C. Julio Prisco* (*Mnemosynes*, vol. LI [1923], p. 286).

Textus græcus : Wood, n° IX, et inde *C. I. G.*, n° 4483; Waddington, n° 2598; Dittenberger, n° 640; *Inscr. Gr. ad res Rom.*, III, 1033. — Ectypum contulimus. Versibus undeviginti exaratus, sic legendus est titulus :

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Ἰούλιον Αὐρήλιον Ζηνόβιον τὸν καὶ Ζαβδίλαν, δὶς Μάλχου τοῦ Νασσούμου, στρατηγήσαντα ἐν ἐπιδημίᾳ Θεοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ ὑπηρετήσαντα πρυσίᾳ διηνεκεῖ Ῥουτιλλίου Κρισπείνου τοῦ ἡγησαμένου καὶ ταῖς ἐπιδημησάσαις οὐηξιλλατίοσιν, ἀγορανομήσαντα τε καὶ οὐκ ὀλίγων ἀφειδήσαντα χρημάτων καὶ καλῶς πολειτευσάμενον, ὡς διὰ ταυτὰ μαρτυρηθῆναι ὑπὸ Θεοῦ Ἰαριβώλου καὶ ὑπὸ Ἰουλίου [illegible] τοῦ ἐξοχωτάτου ἐπάρχου τοῦ ἱεροῦ πραιτωρίου, καὶ τῆς πατρίδος τὸν φιλόπατριν, τειμῆς χάριν, ἔτους δνΦ'.

Titulum palmyrenum, o^{m},67 latum, sic lege et transcribe :



1 צלם יוליס אורליס זבדלא בר מלכו בר מלכו
2 נשום די הוא אסטרטג לקלניא במיתויתא די
3 אלהא אלכסנדרוס קסר ושמש כדי הוא תנן
4 ק[ר]ספינוס היגמונא וכדי אתי לכא ית לגיניא
5 זבנין סגיאן והוא רב שוק וחסך רזאין שגיאין
6 ודבר עמרה שביתית מטלכות סהד לה ירחבול
7 אלהא ואף יוליס [פריסקוס] די ספא ורחים מדיתה
8 די אקים לה בולא ודמוס ליקרה שנת 554

Et verte :

1 *Statua Julii Aurelii Zabdilæ, filii Malku, filii Malku, (filii)*
2 *Naššum, qui fuit strategus Coloniæ in adventu*
3 *divi Alexandri Cæsaris, et ministravit cum esset hic*
4 *Crispinus præses et cum adduceret huc legiones*
5 *vicibus multis, et fuit præfectus foro, et impendit divitias multas,*
6 *et duxit vitam suam placide, quapropter ei testimonium reddidit Iarḥibôl*
7 *deus et etiam Julius [Priscus] « quoniam nutritius (fuit) et amans patriæ suæ »;*
8 *quam erexerunt ei senatus populusque, in honorem ejus. Anno* DLIV.

Sollertiam doctorum multum exercuit titulus iste; ab opinionibus et conjecturis referendis quæ cum vera lectione, egregio ectypo stabilita, non congruunt, abstinebimus.

Versus 1. זבדלא, alias זבדלה (sub n° 3980); « Dedit deus », Theodorus; gr. hic Ζαϐδίλας, sed sub n° 3928, Ζαϐδέλας. Hunc Julium Aurelium Zabdilam patrem fuisse reginæ Zenobiæ eruditi plures, post Waddington, suspicati sunt (cf. *Prosop. imp. Rom.*, III, p. 217, n. 355); sed eos hac in re erravisse demonstrat titulus sub n° 3971 edendus, quo Zenobia Antiochi filia dicitur. — בר מלכו, in græco δὶς Μαλχου. Errat sane Dittenberger dum contendit legendum Ζαϐδίλαν δὶς, Μαλχου, id est « Zabdilam Zabdilæ filium, Malchi nepotem », et obloquitur eos qui, ad fidem textus palmyreni, recte interpretati sunt « Zabdilam Malchi filium, Malchi nepotem ».

Versus 2. נשום, Νασσούμου [genit.]; etymon incertum. — אסטרטג, « strategus »; forma absoluta, ut aiunt, loco solitæ formæ אסטרטגא adhibita, secundum communem interpretationem; illa forma alibi non occurrit in titulis nostris, sed invenitur tantum in targum. et talmud. libris. Sub n° 3939 legimus אסטרטגא די קלניא, non autem לקלניא, ut hic habemus. Quare censemus valde probabile אסטרטג esse participium activum, ita ut locutio הוא אסטרטג ad litteram vertat græcum στρατηγήσας. Quidquid est de forma, intellege Zabdilam fuisse duumvirum; cf. sub n° 3934. — קלניא, *colonia*, et infra (sub n° 3942) *metrocolonia*, dicitur Palmyra. Eam coloniæ nomen et jus italicum a Septimio Severo (193-211) obtinuisse eruditi plures existimant. — מיתויתא « adventus », vox e verbo אֲתָא « venit » deducta.

Versus 3. אלהא, *θεός*, epitheton imperatori jam defuncto recte tribuitur. — אלכסנדרוס, Severus « Alexander », qui anno 229, sive, ut aliis placet, anno 231 vel 232 Palmyram petiit cum ad bellum persicum gerendum proficisceretur.

Versus 4. קרספינוס, « Crispinus »; היגמונא, vox græca ἡγεμών, præses provinciæ. De Rutilio Crispino, cf. *Prosopogr. imp. Rom.*, III, p. 147, n. 166.

אֵתִי לָכָא יִת לָגְיוֹנַיָא « adduxit huc legiones »; in græco (ὑπηρετήσαντα) ταῖς ἐπιδημησάσαις οὐηξιλλατίοσιν. — אתי sit conjugatio causativa verbi אתא « venit »; — ית particulam accusativo præfixam (hebr. את) invenimus, sed tantum cum suffixis, apud Nabatæos; vide sub

nis 198, 211, etc. — לגניא, vox latina *legio*, ad aramaicam flexionem revocata, in plur. numero; hic de vexillationibus intellegendam esse docet græcus titulus. — Hæc est hujus sententiæ communis interpretatio, a difficultatibus non soluta. Pro אתי, exspectes איתי, ut habemus in libris targumicis syriacisque (cf. מיתויתא, v. 2). Hanc igitur scriptionem, cujus aliquot occurrunt exempla, lapsum esse merito existimat Nöldeke (*Z.D.M.G.*, XXII, p. 457); aliter tamen R. Duval (*Gramm. syriaque*, p. 82, n. 1). Præterea accusativi nota ית alibi non occurrit in titulis palmyrenis; unde litteris לכאית unam vocem constitui jam voluit J. Derenbourg; sed hic lapicidam iterum erravisse censemus litteras perperam adjicientem genuino textui : כדי איתי לכא.

Versus 5. סניאן [fem. plur.], cum ס; sub finem versus שניאין [masc. plur.], cum ש. — רב שוק, «fori præfectus», seu annonæ præpositus, gr. *ἀγορανόμος*; cf. hebr. שׁוּק «platea», arab. سوق, gallice «bazar». — חסך, «pepercit, parcus fuit»; vertit in nostris titulis græcum *ἀφειδεῖν* «non parcere, liberalem esse». Repugnantia, quæ videtur, inde ortum habet quod verbum apud Palmyrenos, ut quandoque apud Syros, cum duplici accusativo rei et personæ construitur (cf. : חסכנון זוד sub n° 3948); sed evanescit si textus ita interpretatus fueris ut græcus significet «non pepercit pro eis (suas) impensas», palmyrenus autem «pepercit eis impensas». — רזאין, *χρήματα*, subst. masc. plur.; vox ceteris dialectis aramaicis ignota, quantum scimus. Contulit G. Hoffmann arab. رِزْق. Ex usu verbi רזא in titulis sabæis conjecit Lidzbarski (*Ephem.*, I, 239) nomen fere idem significare ac græcum *δάπαναι*.

Versus 6. עמרא, «vitæ ratio, cursus vitæ»; syr. ܚܡܝܬܐ; arab. عُمُر; e rad. עמר «habitavit». — שכיתית, *καλώς*; e rad. שכת «quievit, siluit», in usu apud syr. et arab.; lectionem שפירית, quæ optime respondet græco *καλώς*, ut adnotavit Reckendorf, lectioni lapidis substituere temerarium censemus. — מטלכות, gr. *διὰ ταῦτα* ; supra (3913, I, 6) *περὶ τούτου*. — סהד «testatus est» deus, sane per oraculum.

Versus 7. Post יולים, nomen consulto abrasum in lapide, ita quidem ut nullum litterarum vestigium appareat. Omnes suspicati sunt nomen Philippi restituendum esse; nam anno quo exaratus est titulus M. Julius Philippus pater, factus præfectus prætorio, in Oriente cum Gordiano versabatur; cf. *Prosop. imp. Rom.*, II, p. 204, n. 307. Multis autem titulis ejus nomen deletum esse, res nota est. At nuper, cum ectypa et imagines sedulius perscrutaretur, loco nominis deleti, in titulo graeco, litterarum Π.Є.CK.. vestigia satis perspicua dispexit Chabot, unde nomen Π*ρείσκου* nihil dubitans restituit : quam lectionem, inspectis documentis, prorsus certam habuerunt sodales nostri Haussoullier et Clermont-Ganneau. Sermonem esse de Julio Prisco Julii Philippi imperatoris fratre putavit Chabot. Hanc autem opinionem rejecit noster Ed. Cuq, eo quod nonnisi postquam imperium adeptus erat Philippus, id est anno post exaratum titulum, munus obtinuit Priscus. Duos igitur Julios Priscos præfectura functos esse, unum imperante Gordiano, alterum imperante Philippo, probare conatus est. Difficultatem aliter solvere voluit Roos; conjecit vir doctus lapicidam in insculpendo anni numero, etsi idem est numerus in græco et in palmyreno textu, errorem commisisse. Quæstionem ventilandam rei historicæ peritis relinquimus. Animadvertere tamen juvat res gestas ob quas bonum testimonium accepit Zabdilas ante annum 233 actas esse, ac proinde præfecturam Prisci, quisquis est, anno exaratæ inscriptionis non necessario assignandam.

Particula די videtur ipsamet testimonii verba introducere; ספא, sit particip. verbi «nutrivit, cibavit». Sensus itaque, e conjectura nostra, erit «quia nutritius (est) et amans patriæ suæ».

רחים מדיתה, *φιλόπατρις*; cf. sub n° 3914. Male descripsit Waddington מרתא, nam littera י levi stilo incisa exstat.

Erectus est titulus anno 554, qui initium habuit a kalendis octobr. anni p. Chr. 242.

3933

(Tab. V, VIII.)

Vogüé, 4.

In magna porticu; columna a quadrivio secunda orientem versus in ordine septentrionali; e regione columnæ cui inscriptus est Zenobiæ titulus (n° 3947), ut recte notavit Waddington in en-

chiridio; sed lapsu notulam edidit sub n° suo 2598 (=3932). Titulus duplici lingua conceptus, græca et palmyrena. Invenit Halifax qui solummodo textum græcum descripsit; similiter Wood; utrumque vero Waddington, et postea etiam A. D. Mordtmann. Latus est titulus palmyrenus $o^m,49$. Imaginem tabula VIII damus ab ectypo quod sumpsit Lud. Vignes; aliam ad ipsum lapidem expressam habes tabula V.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 4. — Vide quæ adnotaverunt H. Ewald, *Götting. gel. Anzeigen*, 1869, p. 1485, et D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 6. — Rursum dedit M. Lidzbarski, *Handbuch*, p. 459; tab. XXXVII, 4. — G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 113.

Textus græcus : Wood, n° x, et inde *C. I. G.*, n° 4490; Waddington, n° 2599; Dittenberger, n° 641. — Septem versibus exaratus, sic legendus est :

Ἰούλιον Αὐρήλιον Ζεβείδαν Μοκίμου τοῦ Ζεβείδου Ἀσθώρου Βαιδᾶ οἱ σὺν αὐτῷ κατελθόντες εἰς Ὀλογεσιάδα ἔμποροι ἀνέσ[η]σαν ἀρέσαντα αὐτοῖς, τειμῆς χάριν, Ξανδικῷ τοῦ ηνῳ' ἔτους.



צלמא דנה די יולים אורליס 1
זבידא בר מקימו בר זבידא עשתור 2
בידא די אקים לה תגרא בני שירתא 3
די נחת עמה לאלנשיא ליקרה בדיל 4
די שפר להון בירח ניסן שנת 558 5

Palmyrenus vertendus est :

1 *Statua hæc (est) Julii Aurelii*
2 *Zebîdâ, filii Moqîmu, filii Zebîdâ, (filii) Aštôr,*
3 *(filii) Baidâ, quam ei erexerunt mercatores socii comitatus*
4 *qui descenderunt cum ipso ad Vologesiam, in honorem ejus, eo*
5 *quod ipsis placuit. Mense Nisan, anni* D
6 *LVIII*

Versus 2. זבידא, hic gr. Ζεβείδαν [acc.], et paullo post Ζεβείδου [genit.]; sæpius vero hoc nomen græce vertitur Ζηνόβιος; vide sub n^is 4031, 4168], etc. — עשתור, græce Ἄσθωρος; recurrit nomen sub n^is 4229, 4343; cf. etiam עבדעסתור (sub n° 4418), unde conjicere licet nomen עשתור, idem ac עסתור (cf. עשתורנא et

עסתורנא in eodem titulo, n° 4199), quocumque modo e nomine deæ Astartæ deductum esse. Vide G. Hoffmann, *Ueber einige phönik. Inschr.* (Göttingen, 1889), p. 21, n. 3. — J. Aur. Zebida patruelis fuisse videtur J. Aur. Zenobii qui commemoratus est sub n° 4209.

Versus 3. בירא, gr. Βαιδᾶς, nomen coarctatum videtur e זבירא. Lidzbarski (*Ephem.*, II, 9) interpretatus est בירא i. e. «in manu» dei, seu viri, cujus nomen in unam litteram א coarctatum sit; sed hæc interpretatio cum vocalibus græcæ transcriptionis parum consonat. — אקים, 3ª pers. plur., pro אקימו. — תגרא, nom. plur., «mercatores».

Versus 4. נחת; 3ª pers. plur., pro נחתו, «descenderunt»; verbi enim subjectum est vox תגרא, ut liquet e titulo græco.

Erectus est titulus mense aprili anni p. Chr. 247.

3934

(Tab. X.)

Wood, VI; Vogüé, 17.

In magna porticu. Titulus bilinguis, græcus et palmyrenus, scapo exaratus columnæ in ordine australi quartæ ab arcu, orientem versus. Descripsit Wood, et recentius Waddington. Ectypum sumpsit Vignes. Latus est titulus palmyrenus 0^{m}, 56. Imaginem damus ab ectypo.

Edidit Wood, *Les Ruines de Palmyre*, n° VI. — Inde disseruerunt Swinton, *Philosoph. transcr.*, t. XLVIII, p. 716 (tab. 24, n° VI). — Eichhorn, *Marmora palmyrena*, p. 111. — Schwarz, *Commentarius*, pt. II, p. 7. — M. A. Levy, *Die palmyrenischen Inschriften*, (*Z. D. M. G.*, t. XVIII, p. 86). — Ad. Merx, *Bemerkungen* (*ibid.*, t. XIX, p. 684.) — Postea accuratiorem editionem dedit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 17. — Tum animadversiones protulerunt M. A. Levy, *Zu den palm. Inschr.* (*Z. D. M. G.*, t. XXIII, p. 287). — Th. Nöldeke, *Z.D.M.G.*, t. XXIV, p. 97, 102. — J. Halévy, *Mélanges d'épigraphie*, p. 102. — J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 20. — Repetiit M. Lidzbarski, *Handbuch*, p. 460; tab. XXXVII, 5. — G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 123.

Textus græcus : Wood, n° XII, et inde *C. I. G.*, n° 4484; Waddington, n° 2601; *Inscr. Gr. ad res Rom.*, III, 1047. — Partim evanidus est sicque restituendus videtur, collato textu palmyreno :

HB.....ΟΥΛΙΟΝ	1	Ἡ β[ουλὴ καὶ ὁ δῆμος Ἰ]ούλιον
ΑΥΡΗ.....ϹΕΛΕΥ	2	Αὐρή[λιον Ὄγηλον τὸν καὶ] Σέλευ-
ΚΟΝ.....ΥΤΟΥϹΕΘΙΛΑ	3	κον [δὶς Ἀξιζο]υ τοῦ Σεείλα
ΔΥΑ.....ΜΩϹ	4	δυα[νδρικὸν φιλοτεί]μως
ΣΤΡΑΤ.....ΑΙΜΑΡΤΥ	5	στρατ[ηγήσαντα κ]αὶ μαρτυ-
ΡΗΘΕΝ.....ΟΤΕΙΜΗ	6	ρηθέν[τα καὶ φιλ]οτειμη-
ϹΑΜΕΝ.....ΚΡΑΤΙϹΤΗ	7	σάμεν[ον τῇ αὐτῇ] κρατίστῃ
ΒΟΥΛΗΑΤ....ϹΜΥΡΙΑϹ	8	βουλῇ Ἀτ[λικὰ]ς μυρίας,
ΤΕΙΜΗϹΕΝΕΚΕΝΕΤΟΥϹ	9	τειμῆς ἕνεκεν, ἔτους
ϛΞΦ ΥΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΩ	10	ϛξϕ', Ὑπερβερεταίῳ.

Textus palmyrenus sic legendus, transcribendus et vertendus est :



בולא ודמוס ליוליס אורליס 1 *Senatus populusque Julio Aurelio*

ענא די מתקרא סלוקוס בר 2 *ʿOgê, qui vocatur Seleucus, filio*

עזיזו עזיזו שאילא די שמש ושפר 3 *ʿAzîzu, (filii) ʿAzîzu, (filii) Šeʾîlâ, quia ministravit et placuit*

להון באסטרטגותה ומגד לבולא 4 *eis in sua præfectura, et largitus est senatui*

זוזין רבו ליקרה בירח תשרי שנת 5 *drachmarum myriadem; in honorem ejus, mense Tišrî anni*

566 6 DLXVI

In græco, v. 2, Αὐρη[λιον Ὄγγαν τὸν καὶ] Σέλευκον restituit Waddington; sed nomen Ὄγγας nullibi inventum est; palmyrenum ענא græce Ὄγηλος redditum est sub n° 3920.

Versus 1. בולא ודמוס ל" : hæc locutio, quæ cum græco magis consonat, rarior est in titulis nostris; vide n°ˢ 3914, 3930. Præfixo ל dativum casum, non accusativum, sæpius notari statuimus sub n° 3915, v. 2; verum, si quis velit hic præpositionem adhiberi ad accusativum græcum exprimendum, non eum obloquemur.

Versus 2. מתקרא, cum א in fine.

Versus 3. שאילא, Σεείλας; Σείλας (Wadd., 2567); cf. Σίλας (*Act. Ap.*, xv, 22), syr. ܫܐܝܠ, quod idem significat ac hebr. שָׁאוּל «expetitus». — שאילא esse nomen proavi, non autem cognomen Azizu avi, patet e titulo sub n° 3976 exponendo, qui a fratre nostri Seleuci dedicatus est.

Versus 4. אסטרטגותא «munus strategi»; quod non proprie de duce exercitus intellegendum est, sed synechdochice de magistratu urbano, prout invaluerat usus; sic, *Act. Apost.*, xvi, 20, dicuntur στρατηγοὶ qui v. 19 ἄρχοντες appellati sunt. Erant autem Palmyræ archontes duo (n° 3913, I, 3), seu romano sermone *duumviri;* quare apte textus græcus Seleucum nostrum δυανδρικόν «duumviralem» appellat.

Versus 5. זוזין, drachmæ; vox e babylon. *zuzu* deducta; quæ autem sit moneta e græco discimus, nempe drachmæ atticæ seu, ut suadet Waddington, moneta regum Parthorum ad normam atticæ drachmæ cusa. In provinciis imperii Romani orientalibus δραχμὴ Ἀττική tanti habebatur quanti romanus *denarius.* — רבו, μυρίας, eadem vox eodem sensu communis est Hebræis, Syris, Arabibus.

Exaratus est titulus mense octobri anni 254 p. Chr. Post annos quattuor novam statuam in honorem eiusdem viri erecta est; vide sub n° 3935.

3935

(Tab. X .)

Vogüé, 18.

Eadem porticu; scapo columnæ in ordine australi, ab arcu tertiæ orientem versus. Titulus bilinguis. Primus descripsit Waddington, dein ectypum chartaceum sumpsit Vignes. Latus est titulus palmyrenus 0^{m}, 40. Imaginem damus ab ectypo.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 18. — De eo egerunt : J. Derenbourg, *Notes épigraphiques*, p. 93 (*Jour. as.*, 1869, I, p. 366) — Th. Nöldeke, *Z. D. M. G.*, t. XXIV, p. 106.

Textus græcus : Waddington, n° 2605 ; *Inscr. Gr. ad res Rom.*, III, 1038. — Maxima ex parte evanidus est; en quæ descripsit Waddington et quæ, collato textu palmyreno, restituenda videntur :

HBOY . . . . . MOC	1	Ἡ βου[λὴ καὶ ὁ δῆ]μος
C.Λ	2	Σ[έ]λ[ευκον Ὄγηλου]
. . . . .	3	[δὶς Ἀξίζου τοῦ Σεείλα]
. . . . . ΩMAIΩN	4	[ἱππέα Ῥ]ωμαίων
ON . . . . . MHC	5	(εὐ)ν[οίας καὶ τει]μῆς
XAPIN . . . . . HNΘI	6	χάριν, [ἔτους οΦ' μ]ηνὶ
. . . . .	7	[Ξανδικῷ]

Textum palmyrenum lege hunc in modum :



Restitue et verte :

צלם ס[לוקוס] ענא בר	1	*Statua S[eleuci] 'Ogê filii*
עזיזו עז[יזו ב]ר שאילא	2	*'Azîzu, (filii) 'Azî[zu, filii] Še'îlâ;*
די אקימ[לה ב]ולא ודמוס	3	*quam erexerunt [ei sena]tus populusque,*
ליקרה מן רחמא בירח ניסן	4	*in honorem ejus, ex amore; mense Nisan*
570 דשנת	5	*anni* DLXX.

Prænotanda circa textum græcum : Versus 2-3. Unum aut alterum nomen fortasse defuit. — Versus 4 : *ἱππέα*, cui nihil respondet in palmyreno, restituit Waddington ad analogiam n[i] 3943; *ἱππεύς Ῥωμαίων*, i. e. «eques Romanus».

Versus 1. סלוקום : vestigia primæ litteræ adhuc conspicua in ectypo.

Versus 3. אקים; deest spatium ut אקימת (cf. sub n° 3936) vel אקימו rescribamus.

Versus 4. מן רחמא, «ex amore» cum Vogüé vertendum; nec audiendus Derenbourg qui, collato arab. رُخام, interpretatus est «ex marmore», id est statua marmorea. Hanc tamen conjecturam probavit Nöldeke. Cf. רחמה, *τὸν φίλον ἑαυτοῦ*, sub n[is] 3939, 3940, 3941.

Versus 5. Nota usum pronom. relationis ד, sequenti nomini juncti ad morem syriacum.

Erectus est titulus mense aprili anni 259 p. Chr.

Cum vestigia utriusque textus congruant in initium nominis Seleuci, certum habemus de eo viro qui commemoratur in titulo superiore hic agi, non autem de ejus fratre aut filio. Conjecit Waddington novam statuam occasione collatæ equestris dignitatis dedicatam fuisse; non intellegitur cur hujusmodi ratio prætermissa fuerit in palmyreno.

In hoc titulo littera ר puncto superno a ד distincta est, ut in titulo superiore; sed species scripturæ multum differt; peculiari modo delineatæ sunt litteræ ד, ו, צ, ר; vide imagines.

3936

(Tab. X.)

Wood, VII; Vogüé, 7.

In magna porticu. Titulus bilinguis columna quinta ab arcu, orientem versus, inscriptus. Primus descripsit Wood, recentius Waddington; postea ectypum chartaceum sumpsit Lud. Vignes, ad quod efficta est imago nostra. Latus est titulus palmyrenus o[m], 57.

Edidit Wood, *Les Ruines de Palmyre*, n° VII. — Inde disseruerunt : Swinton, *Philosoph. trans.*, t. XLVIII, p. 707, tab. 24, n° VII. — J. J. Barthélemy, *Lettre à Olivieri*, p. 26, n. — Ol. G. Tychsen, *Elementale syriacum*, p. 76, n° V. — Kopp, *Bilder und Schriften der Vorzeit*, t. II, p. 265. — Eichhorn, *Marmora palmyrena*, p. 113. — A. Levy, *Epigraphische Beiträge zur Geschichte der Juden* (in ephemeride : *Jahrbuch für die Gesch. der Juden*, t. II, p. 264-266); et rursum : *Die palmyrenischen Inschriften*, (*Z. D. M. G.*, t. XVIII, p. 88). — Postea Ad. Merx, *Bemerkungen* (*Z. D. M. G.*, t. XXII, p. 685). — Repetiit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 7. — Tum animadversiones protulerunt : iterum, M. A. Levy, *Zu den palmyrenischen Inschriften* (*Z. D. M. G.*, t. XXIII, p. 288). — Th. Nöldeke, *ibid.*, t. XXIV, p. 103. — D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 16. — Rursum dederunt M. Lidzbarski, *Handbuch*, p. 460, tab. XXXVII, 6. — G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 116.

Textus græcus : Wood, n° XIII, et inde *C. I. G.*, n° 4486; Waddington, n° 2603. — Sex versibus exaratus, sic legendus est :

Ἡ *βουλ*[*ὴ καὶ ὁ δῆμος Ἰ*]*ούλιον Αὐρήλιο*[*ν Σαλαμάλ*]*λαθον Μαλῆ τοῦ* [*Ἀβδαίου ἀ*]*ρχέμπορον ἀνακομίσαντα τὴν συνοδίαν πρ*ο*ῖκα ἐξ ἰδίων, τειμῆς χάριν, ἔτους ϑξϕ'.*



(Impressum mense januario anni 1924.

Id est :

1 *Statua hæc (est) Julii Aurelii*
2 *Ṣalamallât filii Malê, (filii) ʿAbdai, ducis comitatus;*
3 *quam erexit ei senatus cum populo, in honorem ejus,*
4 *quia adscendere fecit comitatum gratuito, suis impensis.*
5 *Anno* DLXIX.

In greco nomen Ἀβδαίου restituit Waddington e palmyreno עבדי, bene quidem; sed pro [Σαλαμαλ]λαθον, quod melius videtur, posuit [Σαλμαλ]λαθον. — Ante hoc nomen voces τὸν καὶ inseruit, quas nec sensus nec spatium permittunt.

In palmyreno textu voces spatio distinentur.

Versus 2. שלמלת, Σαλαμαλλαθος; e verbo שלם et nom. divino אלת compositum; ut hebr. שלמיה, etc. — עבדי, coarctatum e nom. theophoro; lectio indubia; accurate enim puncto superno instructa est littera ר, in hoc titulo. Olim עברי «hebræus» legerunt, unde falso hebraicam originem viri adstruerunt. רב שירתא, gr. hic ἀρχέμπορος, alias vero συνοδιάρχης.

Versus 3. אקימת, 3ª pers. fem. sing.; regitur voce sequente בולא.

Versus 4. אסק, conjugatio causativa verbi סלק; «adcendere fecit» scilicet e Babylonia Palmyram. — מנן, gr. προῖκα, «gratuito»; item, apud Syros ܡܢܢ, et apud Arabes مَجَّانًا; cf. hebr. מָנַן «dedit».

Annus 569 incepit a kal. octobr. anni p. Chr. 257.

3937

(Tab. X.)

Vogüé, 20.

In magna porticu; columna in ordine australi sexta ab arcu. Titulus duplici lingua conceptus. Invenit et partem græcam exscripsit Halifax, anno 1691, et dein Wood; utramque postea delineavit Waddington. Imaginem damus ab ectypo quod sumpsit Vignes. Latus est titulus palmyrenus 0^m, 40 circiter.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 20. — Repetiit G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 124.

Titulus græcus : Wood, n° XIV, et inde *C. I. G.*, n° 4495; Waddington, n° 2604; Dittenberger, n° 644; *Inscr. Gr. ad res Rom.*, III, 1036. — In sex versus distributus, ita legendus est :

Αὐρήλιον Οὐορώδην ἱππικὸν καὶ βουλευτὴν Παλμυρηνὸν Βηλάκαβος Ἀρσᾶ τὸν φί[λον, τ]ειμῆς χάριν, ἔτους οϕ′.

Palmyrenum sic lege, transcribe et verte :



לאורליס [ו]רוד הפקא	1	
ובילוטא תדמריא עבד	2	
בלעקב בר חרשא ליקרה	3	
שנת 570	4	

1 *Aurelio Vorôd, viro egregio*
2 *et senatori palmyreno, fecit*
3 *Bêl'aqab filius Ḥaršâ, in honorem ejus.*
4 *Anno* DLXX.

Voces spatio distinentur; littera ר ubique puncto superno signata est.

Versus 1. ורוד, Οὐορώδης, nomen parthicum. Cf. Justi, *Iranisches Namenbuch*, s. v. *Hurauda*, p. 133.

הפקא, infra (sub n° 3940) הפקום, gr. *ἱππικός*; vox palmyrena vocis græcæ mera est transcriptio, vertit etiam vocem *ἱππεύς* (infra, sub n° 3943); *ἱππικός* autem sæpius respondet latino «vir egregius», non tamen desunt exempla quibus *ἱππικός* hominem equestris ordinis significet (cf. Dittenberger, *Or. gr. inscr.*, n° 495, n. 6); mirum ergo non est discrimen inter utrumque vocabulum Palmyrenis non innotuisse. — Num Aurelius Vorodes cujusdam necessitudinis vinculo cum Septimio Vorode, qui subsequentibus titulis memoratur, conjunctus fuerit ignoramus.

Versus 2. בילוטא, transcriptio græci vocabuli *βουλευτής*; vide sub n° 3944.

Versus 3. בלעקב, Βηλάκαβος, «Bel prosecutus est»; ejusdem formæ עתעקב (sub n° 4116). — חרשא, gr. Ἄρσας, «mutus, surdus»; item apud syr. ܚܪܫܐ; cf. nom. bibl. חָרְשָׁא (*Esdr.*, II, 52) et nom. arab. اَخْرَس.

Annus 570 initium habuit a kalendis octobr. anni p. Chr. 258.

3938

(Tab. XI.)

Vogüé. 25.

In magna porticu; scapo columnæ septimæ ab arcu in ordine australi. Titulus duplici lingua conceptus : græca et palmyrena. Primus invenit et exscripsit Waddington, postea Mordtmann; dein sumpsit Vignes ectypum chartaceum. Latus est titulus palmyrenus o^{m}, 44. Imaginem damus ab ectypo.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 25 (24 in tab.). — Observationes protulit D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 25. — M. Lidzbarski, *Handbuch*, p. 461; tab. XXXVII, 9. — G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 128. — Dein E. Littmann, *Semitic inscriptions*, p. 84. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 841.

Titulus græcus : Waddington, n° 2606; *Inscr. Gr. ad res Rom.*, III, 1041. — Magna ex parte evanidus est; collatis textu palmyreno et titulo proxime sequenti, sic legendus et restituendus videtur :

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟCCЄΠΤΙΜΙΟΝ	1	Ἡ *βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Σεπτίμιον*
.ΥΟΡΩΔΗΝΤΟΝΚΡΑΤΙCΤΟΝЄΠΙ	2	[Ο]*ὐορώδην τὸν κράτισ[τον ἐπί-*
..ΟΠΟΝ...ΑCΤΟ.....	3	*[τρ]οπον [Σεβ]ασ[τοῦ τοῦ κυρίου]*
ΔΟΥΚΗ.....	4	*δουκη[νάριον ..... τειμῆς]*
.ΛΡΙΝ.....	5	*[χά]ριν, [ἔτους γοΦ', μηνεί]*
.ΑΝ....	6	*[Ξ]αν[δικῷ].*



צלמא דנה די ספטמיוס	1	*Statua hæc (est) Septimii*
ורוד אפטרפא דוקנרא די	2	*Voród, procuratoris ducenarii*
קסר מרן די אקים לה	3	*Cæsaris, domini nostri; quam erexerunt ei*
בולא ודמוס ליקרה	4	*senatus populusque, in honorem ejus,*
בירח ניסן די שנת 573	5	*mense Nisan anni* DLXXIII.

Versus 1. ספטמיוס : primum scripsit lapicida ספטמס, dein ס in י mutato, complevit מיוס. — De Septimio Vorode, cf. *Prosop. imp. Rom.*, III, p. 216, n° 350. Sex titulos in honorem hujus viri habemus (n^is^ 3938-3943) et septimus fortasse exstitit in columna duodecima nunc corrosa; vide schema sub n° 3932 propositum.

Versus 2. אפטרפא דוקנרא : vocabula græca *ἐπίτροπος δουκηνάριος* ad aramaicam flexionem revocata; epitheton *κράτισ7ος* in palmyreno textu hujus tituli non expressum est, bene vero in sequentibus : קרטסטס, קרטסטוס, servata græca terminatione. Procuratorum ordines stipendio distinguebantur : *ducenarii* dicuntur qui ad sestertium cc milia instituti sunt.

Versus 3. קסר, vox latina *Cæsar* (plenius, sub n° 3913, קיסר); in græco Σεβασ7ός, quod congruit cum latina formula *procurator Augusti*. Gallieno imperante (253-268) exaratus est titulus. — מרן « dominus noster » : hanc appellationem nonnisi principi tribuere poterat senatus; cum eo tempore Palmyræ regimen teneret Odænathus II, non autem Vorodes, ad Gallienum spectare videtur; et ideo in græco restituit Waddington *τοῦ κυρίου*. Adverte tamen in aliis titulis Septimii Vorodis voces קסר et מרן non recurrere; nec quidquam voci Σεβασ7οῦ adjungi sub n^is^ 3939, 3940, 3943.

Annum erectionis descripsit Waddington 574, sed 573 legerunt Mordtmann et Littmann : quam lectionem comprobat ectypum. Exaratus est igitur titulus mense aprili anni p. Chr. 262.

3939

(Tab. XI.)

Wood, x; Vogüé, 24.

In magna porticu; columna octava ab arcu orientem versus. Titulus bilinguis, græcus et palmyrenus. Primus invenit et exscripsit Wood; postea etiam Waddington et Mordtmann. Latus est titulus palmyrenus o^m^, 58. Imaginem damus ab ectypo quod sumpsit L. Vignes.

Edidit Wood, *Les Ruines de Palmyre*, n° x. — Inde disseruerunt : Swinton, *Phil. trans.*, t. XLVIII, p. 695 (tab. 25, n° x). — Ulr. Fr. Kopp, *Bilder und Schriften der Vorzeit*, t. II, p. 250. — Eichhorn, *Marmora palmyrena*, p. 114. — Schwarz, *Commentarius*, pt. 1, p. 9. — M. A. Levy, *Die palmyrenischen Inschriften* (*Z. D. M. G.*, t. XVIII, p. 91). — Ad. Merx, *Bemerkungen*

(*ibid.*, t. XXII, p. 686). — Novum apographum dedit et retractavit Vogüé, *Palmyre*, n° 24 (25 in tab.). — Tum animadversiones protulerunt : M. A. Levy, *Zu den palmyrenischen Inschriften* (*Z. D. M. G.*, t. XXIII, p. 288). — A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 25. — J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 20. — M. Lidzbarski, *Handbuch*, p. 461 ; tab. XXXVII, 8. — G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 127. — Littmann, *Semitic inscriptions*, p. 84. — *Rép. d'épigr. sém.*, n° 841.

Textus græcus : Wood, n° xix, et inde *C. I. G.*, n° 4496; Waddington, n° 2607; *Inscr. Gr. ad res Rom.*, III, 1040.— In septem versus distributus, sic ad fidem ectypi legendus et restituendus est :

Σεπτί[μιον Οὐορώδην τὸ]ν κράτισ[τον ἐπίτρο[πον Σεβασ[τοῦ δ]ουκηνάριον Ἰούλιος Αὐρή[λιος Νε-βούζ]αβα(δ)ος Σοάδου τοῦ Αἰρῆ στρατηγὸς τῆς λαμπροτάτης κολωνείας, τὸν ἑαυτοῦ φίλον, τειμῆς ἕνεκεν, ἔτους δοϞ', μηνεὶ Ἀπελλαίῳ.



ספטמיס ורוד קרטיסטס אפטרפא 1 *Septimius Voroûd, potentissimus procurator*

דוקנרא די אקים ליקרה 2 *ducenarius. Quam (statuam) erexit in honorem ejus*

יולים או(ר)ליס נבוזבד בר שעדו חירא 3 *Julius Aurelius Nebuzabad, filius Śo'adu, (filii) Ḥairê,*

אסטר(ט)נא די קלניא רחמה 4 *strategus Coloniæ, amicus ejus.*

שנת 574 בירח כסלול 5 *Anno* DLXXIIII, *mense Kislul.*

In græco titulo Waddington restituit Νεϐ]άϐαλος; fert lapis ▨ABAAOC; veram lectionem esse [Νεϐουζ]άϐαδος palmyrenus textus demonstrat. In ectypo lectio AIPH nitida : male restituit Waddington Αἰ[ρᾶ].

Versu 3, lapsu omissum est ר in אורליס, et ם alterum in אסטרטנא (v. 4). — נבוזבד, «Nebu dedit»; hanc lectionem, ab ectypo certam, lectioni נבוכד (apud Vogüé) substituendam plerique docti jam suspicati erant. — חירא, Αἴρης, «pulcher»; cf. nom. palm. חירן, Αἰράνης (sub n° 3913), et nabat. חירו, arab. حُيَر.

קלניא, κολωνεία; sub n° 3942, μητροκολωνεία appellatur Palmyra.

רחמה «amicus ejus», id est Julius, secundum sensum magis obvium ex usu linguæ aramaicæ; sed videtur auctor voluisse titulum græcum presse sequi, in quo voces ἑαυτοῦ φίλον (Septimium nempe) sub finem relatæ sunt. Cf. sub nis 3940, 3941. Ut jam observavimus, cum textum græcum primigenium in sermone palmyreno ad verbum exprimere conati sunt, in normas aramaicæ grammaticæ non semel peccaverunt, nec semper ambiguitatem vitaverunt.

Erectus est titulus mense decembri anni p. Chr. 262.

3940

(Tab. XI.)

Wood, VIII; Vogüé, 26.

In magna porticu; columna in ordine australi, ab arcu nona, orientem versus. Titulus bilinguis, græcus et palmyrenus. Primus invenit et descripsit Wood; melius postea Waddington; denique ectypum chartaceum sumpsit Vignes. Latus est titulus palmyrenus $0^{m}59$. Imaginem damus ab ectypo.

Edidit Wood, *Les Ruines de Palmyre*, n° VIII. — Inde disseruerunt : J. J. Barthélemy, *Réflexions sur l'alphabet;* pl. II, 1, 2. — Swinton, *Philosoph. trans.*, t. XLVIII, p. 694 (tab. 25, n° VIII). — Eichhorn, *Marmora palmyrena*, p. 116. — Schwarz, *Commentarius*, pt. I, p. 7. — M. A. Levy, *Die palmyrenischen Inschriften* (*Z. D. M. G.*, t. XVIII, p. 89; cf. Abr. Geiger, *Bemerkungen, ibid.*, p. 598). — J. Oberdick, *Bemerkungen zu den palmyr. Inschriften* (*ibid.*, p. 741-750). — Novam et accuratam editionem dedit Vogüé, *Palmyre*, n° 26. — Postea animadversiones protulerunt, rursum M. A. Levy, *Zu den palm. Inschr.* (*Z. D. M. G.*, t. XXIII, p. 288). — Nöldeke, *Z.D.M.G.*, t. XXIV, p. 104, 107. — A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 25. — O. Blau, *Altarabische Sprachstudien* (*Z. D. M. G.*, t. XXVII, p. 342). — Repetierunt M. Lidzbarski, *Handbuch*, p. 461; tab. XXXVIII, 2. — G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 129.

Textus græcus : Wood, n° XVI, et inde *C. I. G.*, n° 4499; Waddington, n° 2610; *Insc. Gr. ad res Rom.*, III, 1044. — In duodecim versus distributus, sic legendus est :

Σεπτίμιο[υ] Οὐορώδην, τὸν κράτιστον ἐπίτροπον Σεβαστοῦ δουκηνάριον καὶ ἀργαπέτην, Ἰούλιος Αὐρήλιος Σεπτίμιος Ἰαδῆς ἱππικός, Σεπτιμίου Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἡρώδου ἀπὸ στρατιῶν, τὸν φίλον καὶ προστάτην, τειμῆς ἕνεκεν, ἔτους ηοϕ', μηνεὶ Ξανδικῷ.



ספטמיוס ורוד קרטסטוס אפטרפא	1	*Septimius Vorôd, potentissimus procurator*
דקנרא וארגבטא אקים יוליס	2	*ducenarius et argapetes. Erexit Julius*
אורליס ספטמיוס ידא הפקוס	3	*Aurelius Septimius Iadê, vir egregius,*
בר אלכס[נד]רוס חירן סריכו ליקר	4	*filius Alexandri, (filii) Ḥairan, (filii) Soraiku, in honorem*
רחמה וקיומה בירח סיון די	5	*amici et patroni sui, mense Siuan*
שנת 575	6	*anni* DLXXV.

Versus 2. ארגבטא, *ἀργαπέτης*, in libris targum. et talmud. ארקפתא, ארקפטא, ארקבתא, אלקפטא. Vox cujus persicam originem jam adfirmavit Barthélemy; exponitur ارك بد «arcis dominus»; in imperio Sassanidarum hæc appellatio summi honoris habebatur, inde eam sibi adscivisse principes Palmyrenos non mirum est. Cf. Lagarde, *Semitica*, p. 43; Th. Nöldeke, *loc. supra cit.*, et *Gesch. der Perser und Araber zur Zeit der Sasaniden*, p. 5, n. 1, 3 et p. 111. Cum in superioribus titulis non occurrat hæc appellatio, conjecit Mommsen Odænathum II, circa annum 264, regimen urbis Palmyræ Vorodi nostro commisisse, dum ipse res egregias adversus Persas gerebat.

Versus 3. הפקוס, vide sub n° 3937.

Versus 4. חירן, pater Alexandri, Herodes dictus in titulo græco; similiter sub n° 3953 : *Ἡρώδην τὸν καὶ Αἱράνην*. — סריכו, cum ס; eiusdem viri nomen שריכו sæpius scriptum est. Stemma familiæ vide sub n° 3954.

Versus 5. סיון, nomen mensis quod respondet græco *Δαισίῳ*; in parte autem græca tituli scriptum est *Ξανδικῷ*; est quoque discrimen in notatione annorum : fert græcus titulus ΗΟΦ (578), dum in palmyreno textu numerus 575 legitur : utraque lectio nitidis ectypis comprobata est. Utrum autem error sit in græco, an in palmyreno omissa sint ultima signa? Desunt elementa ad solvendam quæstionem. E loco quem tenet columna, inter inscriptiones ejusdem viri annis 574 et 576 exaratas, probabilior videtur lectio textus palmyreni seu annus 575 Seleucidarum. Nomen quoque mensis *Ξανδικοῦ*, quod multis titulis legitur, loco *Δαισίου* describentis incuria facilius irrepere potuit. Si præter conjecturas vera est lectio græca, duæ statuæ in honorem Vorodis eisdem mense et anno erectæ sunt; vide titulum sub n° 3943 editum.

3941

Littmann, 10.

In magna porticu; titulus bilinguis, scapo columnæ exaratus decimæ ab arcu in ordine australi, orientem versus. Partem græcam, jam olim ab Halifax et a Wood descriptam, rursum exscripsit Waddington; tituli palmyreni ferme penitus evanidi relliquias quoque delineavit. Ejus apographum hic damus. Latus fuit titulus palmyrenus $0^{m}, 47$, altus $0^{m}, 25$; sex versibus exaratus.

Edidit A. D. Mordtmann, sine apographo, *Neue Beiträge*, p. 34-35. — Repetiit E. Littmann, *Semitic Inscriptions*, p. 80, n° 10, addito proprio apographo. — Observationes protulit Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch.*, t. VII, p. 34. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigr.*, t. II, p. 306. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 819.

Titulus græcus : Wood, n° xv, et inde *C. I. G.*, n° 4497; Waddington, n° 2608; Mordtmann, *op. cit.*, p. 34; *Inscr. Gr. ad res Rom.*, III, 1042. — Decem versibus constat; sic legendus est :

Σεπτίμ[ιον Οὐορώδη]ν τὸν κράτ[ιστον ἐπίτρο]πον Σεβα[στοῦ δουκη]νάριον καὶ ἀ[ργαπ]έτην Ἰούλιος Αὐρήλιος Σεπ[τίμι]ος Μάλχος Μαλωχᾶ Νασσούμου ὁ κράτιστος τὸν φίλον καὶ προστάτην, τειμῆς ἕνεκεν, ἔτους ϛοφ', μηνεὶ Ξανδικῷ.

En quæ descripsit Waddington, et complementa proponenda :



1 ספט[מיוס ורו]ד ק[רטס]טוס
2 א[פטרפא דקנרא וארגב]טא
3 [אקים יוליס אורליס ספטמי]וס
4 מל[כו בר מלוכא נשום ליקר]
5 רחמ[ה וקיומה בירח ני]סן
6 [די שנת 576]

1 *Septi[mius Vorôd potentis]simus*
2 *pro[curator ducenarius et argape]tes.*
3 *[Erexit Julius Aurelius Septimi]us*
4 *Mal[ku filius Malôkâ, (filii) Naššum, in honorem]*
5 *am[ici et patroni sui; mense Ni]san*
6 *[anni* DLXXVI*].*

Nomina et vocabula restituenda e vicinis titulis petita sunt, et præsertim e n° 3940.

Versum 4 ita restituit Littmann :

מל[כו בר מלכא נשום קרטסטס ליקר]

Merito animadvertit Clermont-Ganneau : nomini Μαλωχᾶ tituli græci, non מלכא, sed מלוכא respondere; versum ceteris longiorem esse ideoque unum aut alterum vocabulum græcum omissum fuisse in palmyrena transcriptione verisimile esse; denique pronomen relat. די, quod contra fidem apographi sub finem v. 5 apposuit Littmann, aut delendum aut initio v. 6 reponendum esse.

Epocham in græco legit Littmann cum Waddington ϚΟΦ; Wood scripsit ΖΟΦ, et Mordtmann ΓΟΦ; is tamen errorem fassus est et recte notavit Vorodem in titulis ante annum 575 exaratis non «argapeten» dictum fuisse. — Erectus est ergo titulus mense aprili anni p. Chr. 265.

3942

Littmann, 9.

In magna porticu; columna undecima ab arcu. Titulus bilinguis fuit. Post Halifax et Wood, Waddington partem græcam rursus exscripsit et edidit, notavitque e titulo palmyreno perpaucas litteras superesse; harum autem apographum sumpsit Littmann, quod hic subjicimus.

Edidit E. Littmann, *Semitic inscriptions*, n° 9, p. 80. — Cf. M. Lidzbarski, *Ephem.*, t. II, p. 306. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 819.

Titulus græcus : Wood, n° XVIII, et inde *C. I. G.*, n° 4485; Waddington, n° 2606 *a;* Dittenberger, n° 646; *Inscr. Gr. ad res Rom.*, III, 1045. — Septemdecim versibus constat; sic legendus est :

Ἡ *βου[λὴ καὶ ὁ δῆ]μος Σεπτίμ[ιον Οὐορώδην] τὸν κράτιστον ἐ[πίτροπον] Σεβαστοῦ δουκην[άριον, δι]κεοδότην τῆς μητρ[οκολω]νείας, καὶ ἀνακομίσαν[τα τ]ὰς συνοδίας ἐξ ἰδίων, καὶ μαρτυρηθέντα ὑπὸ τῶν ἀρχεμπόρων, καὶ λαμπρῶς στρατηγήσαντα, καὶ ἀγορανομήσαντα τῆς αὐτῆς μητροκολωνείας, καὶ πλεῖστα οἴκοθεν ἀναλώσαντα, καὶ ἀρέσαντα τῇ τε αὐτῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, καὶ νυνεὶ λαμπρῶς συμποσίαρχον τῶν το[ῦ Θεοῦ] Διὸς Βήλου ἱερέων, ἀ[γνείας καὶ] τειμῆς ἕνεκεν, ἔτ[ους ζοΦ′ μη]νεὶ Ξανδικῷ.*

Quæ supersunt e palmyreno titulo ita descripsit Littmann :



.........קרטסטס	[*Septimius Voród*] *potentissimus*
....[ד]קנ[ר]א....	[*procurator*] *ducenarius*...
.....ס.........	.........*s*...
....ו.ודי........	........*et*.. ....
....	....

Ex eis quæ in textum græcum adnotaverunt docti viri Waddington, Dittenberger, Cagnat, hæc referre juvat : *δικεοδότης*, *juridicus* (vide sub n° 3913, supra, p. 66); id officium nomine persico *ἀργαπέτης* indicari, in aliis Vorodis titulis (n[is] 3940, 3941, 3943) probabile censuit Mommsen; sed præter quam parum consonat sensus utriusque vocabuli, juridicus fuisse videtur magistratus a romana administratione institutus, quem in græcis titulis barbaro vocabulo designatum fuisse ægre concedes. — *μητροκολωνεία*, civitas Palmyra, quæ cum metropolis tum colonia romana erat.

Verba *ἀνακομίσαντα τὰς συνοδίας ἐξ ἰδίων* bene interpretatus est Dittenberger eo sensu ut significarent Vorodem, militum præsidio suis impensis conducto, securitatem collegiis mercatorum præstitisse, non autem cum eis itinera fecisse; vix enim credibile est virum publico officio fungentem, a civitate per longum tempus abesse potuisse. — *ἀρχέμποροι*, viri qui alias *συνοδιάρχαι* dicuntur, (vide sub n° 3936). — *σΊρατηγήσας*, i. e. duumvir coloniæ seu *ἄρχων* fuit (vide sub n° 3934). — *τῶν το*[*ῦ θεοῦ*] *Διὸς Βήλου* : signa apographi obscura sic recte emendavit Clermont-Ganneau (*Études d'arch. or.*, II, p. 106).

Annum 577 conjecimus e loco columnæ cui incisus est titulus, inter columnam anno 576 et columnam anno 578 statuis ejusdem viri ornatas; vide schema sub n° 3932 propositum.

3943

(Tab. XI.)

Wood, ix; Vogüé, 27.

In magna porticu; columna in ordine australi decima tertia ab arcu, orientem versus. Titulus duplici lingua conceptus, græca et palmyrena. Primus descripsit imperita manu G. Halifax, anno 1691; paullo melius sed adhuc imperfecte Wood; accuratius vero Waddington, et postea etiam A. D. Mordtmann; palmyreni textus ectypum chartaceum sumpsit Vignes, ad quod effecta est imago nostra. Latus est $0^{m},45$.

Apographum imperfectum Halifacis edidit Edw. Bernardus inter sua *Monumenta Palmyrena*, n° xix, p. 13, nulla addita interpretatione. Inde repetierunt, Th. Hyde, *Historia religionis veterum Persarum*, tab. XIV, et J. Rhenferdius, *Periculum palmyrenum*, p. 1. Fidelius expressit C. R. Conder in diario Consociationis pro Palæstina exploranda, *Quarterly Statement*, 1890, p. 286. — Apographum suum dedit Wood, *Les Ruines de Palmyre*, n° ix (quattuor versus priores tantum). — Inde disseruerunt : J. J. Barthélemy, *Réflexions sur l'alphabet*, pl. II, 3, 4. — Swinton, *Philos. trans.*, t. XLVIII, p. 694 (tab. 25, n° ix). — Eichhorn, *Marmora palmyrena*, p. 115. — Schwarz, *Commentarius*, pt. 1, p. 8. — M. A. Levy, *Die palmyrenischen Inschriften* (*Z. D. M. G.*, t. XVIII, p. 90). — Ad. Merx, *Bemerkungen* (*ibid.*, t. XXII, p. 685). — Accuratius apographon dedit et interpretatus est Vogüé, *Palmyre*, n° 27. — Postea de titulo egerunt : rursus M. A. Levy, *Zu den palmyrenischen Inschriften* (*Z. D. M. G.*, t. XXIII, p. 287, n. 1, et p. 288). — Th. Noeldeke, *Z. D. M. G.*, t. XXIV, p. 104. — A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 25 — J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 21.

(Impressum mense januario anni 1924.)

Textus græcus : Wood, n° xvii, et inde *C. I. G.*, n° 4498; Waddington, n° 2609; Dittenberger, n° 645; *Inscr. Gr. ad res Rom.*, III, 1043.

CЄΠΤΙΜΙΟΝΟΥΟΡѠΔΗΝ	1	Σεπτίμιον Οὐορώδην
ΤΟΝΚΡΑΤΙCΤΟΝЄΠΙΤΡΟ	2	τὸν κράτιστον ἐπίτρο-
ΠΟΝCЄΒΑCΤΟΥΔΟΥΚΗ	3	πον Σεβαστοῦ δουκη-
ΝΑΡΙΟΝΚΑΙΑΡΓΑΠЄΤΗΝ	4	νάριον καὶ ἀργαπέτην
ΙΟΥΛΙΟCΑΥΡΗΛΙΟCCΑΛΜΗC	5	Ἰούλιος Αὐρήλιος Σάλμης
ΚΑCCΙΑΝΟΥΤΟΥΜΑЄΝΑΙΟΥ	6	Κασσιανοῦ τοῦ Μαεναίου
ΙΠΠЄΥCΡѠΜΑΙѠΝΤΟΝΦΙΛΟΝ	7	ἱππεὺς Ῥωμαίων τὸν φίλον
ΚΑΙΠΡΟCΤΑΤΗΝЄΤΟΥCΗ̅Ο̅Φ̅	8	καὶ προστάτην, ἔτους ηοφ',
⊰ΜΗΝЄΙΞΑΝΔΙΚѠ⊱	9	μηνεὶ Ξανδικῷ.

Textum palmyrenum lege :



Qui transcribendus et vertendus est :

ספטמיוס ורוד קרטסטוס	1	*Septimius Vorôd potentissimus*
אפטרפא דקנרא וארגבטא	2	*procurator ducenarius et argapetes.*
אקים יוליס אורליס שלמא	3	*Erexit Julius Aurelius Šalmê*
בר קסינא בר מעני הפקא	4	*filius Cassiani, filii Maʿnai, eques,*
ליקר רחמה וקיו[מה]	5	*in honorem amici et patro[ni sui;]*
בירח ניסן שנת 578	6	*mense Nîsan anni* DLXXVIII.

Prænotanda circa textum græcum : Μαεναίου; sic Waddington, et est vera lectio ectypo comprobata.

Versus 3. שמלא, Σάλμης; nomen coarctatum e nomine theophoro, quale est שלמלת.

Versus 4. קסינא, latin. *Cassianus*, Κασσιανός. — מעני, vide sub n° 3921. — הפקא, hic ἱππεύς; vide sub n° 3937.

Versus 5. קיומא, προστάτης, «præpositus», e rad. קום «stetit»; eodem sensu syr. ܩܝܘܡܐ «antistes, præfectus, patronus».

Versus 6. Numerum annorum descripsit Waddington))))Y—333—Y id est 578, qui numerus cum græco congruit; ultima signa non expressit Vignes in ectypo, bene vero E. St. Gautier, quid aliud nobis obtulit.

Erecta est igitur statua mense aprili anni p. Chr. 267.

3944

(Tab. X.)

Wood, v; Vogüé, 22.

In magna porticu; columna in ordine australi secunda ab arcu, orientem versus. Titulus duplici lingua conceptus, græca et palmyrena. Invenit et jam, anno 1691, descripsit imperita manu G. Halifax. Anno 1705, concivis noster Sautet iterum delineavit; postea paullo melius Wood; dein accurate Waddington atque D. Mordtmann. Ectypum sumpsit Lud. Vignes, ad quod efficta est imago nostra. Latus est titulus palmyrenus $0^{m},50$.

Apographon Halifacis edidit Ed. Bernardus, *Monumenta palmyrena*, n° xiv, p. 10. Inde repetiit Th. Hyde, *Historia religionis veterum Persarum*, tab. XIV. Fidelius expressit C. R. Conder, in diario Consociationis pro Palæstina exploranda, *Quarterly Statement*, 1890, p. 287. — Apographum suum dedit Wood, *Les Ruines de Palmyre*, n° v. — Inde disseruerunt : Swinton, *Philos. Trans.*, t. XLVIII, p. 707 (tab. 24, n° v). — Ulr. Fr. Kopp, *Bilder und Schriften der Vorzeit*, t. II, p. 262. — Eichhorn, *Marmora Palmyrena*, p. 112. — M. A. Levy, *Die palmyrenischen Inschriften* (*Z. D. M. G.*, t. XVIII, p. 83). — — J. Oberdick, *Bemerkungen* (*ibid.*, p. 741-750); et rursum : *Die Römerfeindlichen Bewegungen*, p. 137. — Ad. Merx, *Bemerkungen* (*Z. D. M. G.*, t. XXII, p. 683). — Novam delineationem edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 22. — Postea animadversiones protulerunt M. A. Levy, *Zu den palmyrenischen Inschriften* (*Z. D. M. G.*, t. XXIII, p. 286). — Th. Nöldeke, *Z. D. M. G.*, t. XXIV, p. 91. — A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 24. — M. Lidzbarski, *Handbuch*, p. 460; tab. XXXVII, 7. — G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 125.

Titulus græcus : Wood, n° xi, et inde *C. I. G.*, n^is 4491-4492; Waddington, n° 2600; Dittenberger, n° 643; *Inscr. Gr. ad res Rom.*, III, 1035. — Tres versus priores ancone, reliqui sex, partim evanidi, scapo columnæ supra textum palmyrenum exarati sunt; sic legendus et complendus est titulus :

CЄΠTIMIONAIPANHNO	1	Σεπτίμιον Αἱράνην Ὀ-
ΔAINAΘOYTONΛAMΠPO	2	δαινάθου τὸν λαμπρό-
TATONCYNKΛHTIKON	3	τατον συνκλητικόν,
ЄΞA.....PHNΩN	4	ἔξα[ρχον Παλμυ]ρηνῶν
AYPHΛI.....C..PHΛI	5	Αὐρήλι[ος Φιλεῖνο]ς [..]ρ(ίου) Ἡλι-
OΔΩPOY.....CTPATIΩ	6	οδώρου [τοῦ Ῥααίου] στρατιώ-
THCΛЄΓ.....\IKHCTON	7	της λεγ[εῶνος Κυρηνα]ϊκῆς τὸν
ΠATPΩNATЄIMHCKAIЄYXA	8	πάτρωνα, τειμῆς καὶ εὐχα-
PICTIACXAPINЄTOYCΓΞΦ	9	ριστίας χάριν, ἔτους γξφ'.

Palmyrenum sic lege et verte :



צלמא דנה די ספטמיוס חירן בר 1 *Statua hæc (est) τοῦ Septimii Ḥairan, filii*

אדינת סנקלטיקא נהירא ורש 2 *Odainat, senatoris clarissimi et principis*

תדמור די אקים לה אורליס 3 *Palmyræ; quam erexit ei Aurelius*

פלינוס בר מריא פלינא רעי פלחא 4 *Philinus filius Marii Philini, (filii) Raʿai, miles*

דבלגיונא די בצרא ליקרה בירח 5 *in legione Bosræ, in honorem ejus, mense*

563 תשרי די שנת 6 *Tišrî anni* DLXIII.

In textu græco, v. 5, restituit Dittenberger Αὐρήλ[ιος Φιλῖνος Αὐ]ρ(ηλίου); sed textus palmyrenus patrem Aurelii Philini Marium appellat. V. 6, post Ἡλιοδώρου, lacuna octo circiter litterarum. V. 7, nomen legionis [Κυρηνα]ϊκῆς (tertiæ), quæ his temporibus Bosræ agebat, probabiliter restituit Waddington.

Versus 1. ספטמיוס חירן. Septimius Hæranes, filius Odænathi senioris, frater sive potius, ut voluit Mommsen, pater Odænathi II Zenobiæ mariti; cf. *Prosop. imp. Rom.*, III, p. 208, n. 329. Stemma familiæ vide sub n° 3945.

Versus 2. אדינת, gr. Ὀδαίναθος; alias Ὀδέναθος, Ὠδέναθος. Arab. أُذَيْنَة «auricula»; num tale revera sit etymon nominis, dubium est. Odænathus senior, cujus titulum sepulcralem habemus sub n° 4202. — סנקלטיקא (נ præter morem non eliso), *συνκλητικός*, «senator» Romanus; Palmyræ enim senatus בולא, *βουλή*, et senator בילוטא, *βουλευτής*, dicebatur, ut supra notavimus. Jam temporibus Elagabali (218-222) et Severi Alexandri (222-235), senatoria dignitas quibusdam Orientalibus concessa est. — רש תדמור, «princeps Tadmor», græce ἔξαρχος Παλμυρηνῶν. Appellationes ad Hæranem spectant; pater senatoria dignitate jam auctus fuerat, filius principis nomen assumpsit.

Versus 4. פלינוס, et altera vice פלינא, nomen græcum Φιλεῖνος; sicut prius est Aurelii cognomen, ita et alterum probabiliter Marii. — רעי, græce Ῥαεῖος, sub n° 3959; nomen non bene respondet nomini græco Ἡλιόδωρος, quod sub n° 3902 (et alibi) vertit palmyrenum ירחי; adverte etiam articulum deesse ante Ἡλιοδώρου, unde conjicere licet, ad explendam lacunam textus græci, legendum esse Ἡλιοδώρου [τοῦ Ῥαείου]. — מריא, nomen latinum *Marius*. — פלחא «miles», gr. *στρατιώτης*; e rad. פלח «servire».

Versus 5. דבלגיונא «qui in legione», lectio quam postulat sensus, ut plures recte judicaverunt; ediderat Vogüé רב לגיונא «præfectus legionis». — בצרא «Bosra», urbs princeps provinciæ romanæ Arabiæ; vide t. I, p. 202. — די בצרא intellege «quæ est Bosræ»; cf. sub n° 3962, לגיונא די ארבעתא.

Erectus est titulus mense octobri anni p. Chr. 251.

3945

(Tab. X.)

Vogüé, 23.

In magna porticu; scapo columnæ in ordine australi primæ ab arcu, orientem versus. Titulus bilinguis, græcus et palmyrenus. Invenit et exscripsit Waddington. Ectypum sumpsit Vignes. Latus est titulus palmyrenus $0^{m},42$. Imaginem damus ab ectypo.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 23. — De ipso egit Th. Nöldeke, *Z. D. M. G.*, t. XXIV, p. 90. — Etiam J. Oberdick, *Die Römerfeindlichen Bewegungen*, p. 152. — Repetierunt : M. Lidzbarski, *Handbuch*, p. 462; tab. XXXVIII, 1. — G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 126. — Vide etiam Clermont-Ganneau, *Revue biblique*, 1920, p. 386.

Titulus græcus : Waddington, n° 2602; *Inscr. Gr. ad res Rom.*, III, 1031.

CЄΠ.....	1	Σεπ[τίμιον Ὀδαίναθον]
ΤΟΝΛΑΜ.....ΟΝ	2	τὸν λαμ[πρότατον ὑπατικ]ὸν
CΥΝΤЄ.....ΟΩΝ	3	συντέ[λεια τῶν χρυσοχ]όων
ΚΑΙΑΡΓΥ.....ΟΝΔЄCΠΟΤΗΝ	4	καὶ ἀργυ[ροκόπων, τ]ὸν δεσπότην
ΤЄΙΜΗCΧΑΡΙΝ..ΟΥCΘΞΦ	5	τειμῆς χάριν, [ἔτ]ους ϑξϕ′
⟡ΜΗΝЄΙΞΑΝΔΙΚΩ⟡	6	μηνεὶ Ξανδικῷ.

Textum palmyrenum sic lege, transcribe et verte :



צלם ספטמיוס אדינת	1	*Statua Septimii Odainat,*
נהירא הפטיקא מרן די	2	*clarissimi consularis, domini nostri, quam*
אקים לה תגמא די קיניא	3	*erexit ei ordo fabrorum*
עבדא דהבא וכספא ליקרה	4	*aurariorum et argentariorum, in honorem ejus.*
בירח ניסן די שנת 569	5	*Mense Nisan anni* DLXIX.

Versus 1. אדינת, Odænathus II, Zenobiæ reginæ conjux; cf. *Prosop. imp. Rom.*, III, 210, n. 339.

Ex his quæ tradunt Romani scriptores, collatis titulis 3944-3947, 3971, 4202, ad mentem nostram sic ordinandum est stemma familiæ :



Versus 2. חפטיקא, transcriptio græci vocabuli ὑπατικός, « consularis »; de sensu hujus appellationis fuse disseruit Waddington, in commentatione tituli græci. Videtur princeps palmyrenus ornamentis consularibus ab imperatore donatus fuisse. — מרן « dominus noster », gr. δεσπότης; fem. cum suffixo pronomine : מרתהון, gr. δέσποινα (sub n° 3947); a voce κύριος consulto, ut videtur, abstinuerunt tanquam ab appellatione Romanis imperatoribus propria.

Versus 3. תגמא, « ordo », syr. ܬܓܡܐ, vox græca τάγμα; nota transcriptionem litteræ ת per ח, præter morem. In textu græco sensum pressius reddit vox συντέλεια. — קיניא, syr. ܩܝܢܝܐ, targ. קינַי, « faber », et strictiore sensu « faber ferrarius ».

Versus 4. עבדא, stat. constr. plur.; ad litter. : « factores auri et argenti ».

Erectus est titulus mense aprili anni p. Chr. 258.

3946

(Tab. XII.)

Vogüé, 28.

In magna porticu; scapo columnæ in ordine australi tertiæ a quadrivio. Titulus palmyrenus, qui græca interpretatione caret. Primus invenit et exscripsit Waddington; ectypum chartaceum postea sumpsit Vignes. Latus est $0^{m}53$. Imaginem damus ab ectypo.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 28. — De eo egerunt : J. Derenbourg, *Notes épigraphiques*, p. 98. — H. Ewald, *Göttingische gelehrte Anzeigen*, 1869, p. 1485, 1490. — Quidam anonymus in ephemeride *Literarisches Centralblatt*, 1869, p. 770. — Th. Nöldeke, *Z.D.M.G.*, t. XXIV, p. 104. — A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 25. — J. Oberdick, *De inscriptione Palmyrena Vog. duodetricesima commentatio* (Jahresbericht über das Kgl. kathol. St. Matthias-Gymnasium zu Breslau für das Schuljahr 1892-93, p. I-VII); qui jam anno 1869 argumentum historicum fuse tractaverat in sua disquisitione inscripta *Die Römerfeindlichen Bewegungen*, etc. — Ch. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. orient.*, t. III, p. 134. — M. Lidzbarski, *Handbuch*, p. 462; tab. XXXVIII, 3. — G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 130. — Rursum Clermont-Ganneau, *Odeinat et Vaballat* (*Revue biblique*, 1920, p. 383 et seq.).

Sic legendus est titulus :



Quod transcribendum et vertendum est :

צלם ספטמיוס אדי[נת] מלך מלכא 1 *Statua Septimii Odai[nat], Regis regum,*
ומתקננא די מדנחא כלה ספטמיא 2 *et Correctoris totius Orientis, Septimii*
זבדא רב חילא רבא וזבי רב חילא 3 *Zabdâ dux exercitus magnus, et Zabbai dux exercitus*
די תדמור קרטסטא אקים למרהון 4 *Palmyræ, potentissimi, erexerunt domino suo.*
בירח אב די שנת 582 5 *Mense 'Ab anni* DLXXXII.

Versus 1. מלך מלכא, «Rex regum»; ad imitationem principum orientalium, maxime Persarum, hac appellatione Odænathus defunctus ornatur (vide sub n° 3971), an vivus illam assumpserit non liquet.

Versus 2. מתקננא, e rad. תקן «ordinavit, disposuit, stabilivit»; item syr. ܡܬܩܢܢܐ «ordinator, dispositor», *κτίστης*. De sensu vocabuli disputatum est. Ewald vertit «restaurator patriæ»; huic interpretationi favebat analogia appellationum quas sibi vindicant imperatores Romani, ut «reparator orbis, restitutor Orientis, etc.». Secundum Clermont-Ganneau, verba מתקננא די מדיתא כלה, ut legerat Vogüé, sunt translatio tituli latini : *corrector totius provinciæ*, quem Odænatho Gallienus imperator concessisset. Sed vera lectio est די מדנחא «Orientis». Sententiam confirmavit titulus nuper detectus in quo Vaballathus, Odænathi filius, nuncupatur אפנרתטא די מדנחא כלה, i. e. *ἐπανορθωτὴς* (vide infra, sub n° 3971). Mirum tamen videtur honoris causa dignitatem a Romanis concessam commemoratam fuisse eo tempore quo ab amicitia Romanorum penitus defecerant Palmyreni, imo, infensis animis jam bellum cœperant aut certo moliebantur. Quare suspicari licet ad mentem Palmyrenorum מתקננא non esse adæquatam versionem vocabuli græci, sed ejus quamdam accommodationem, latiore sensu usurpatam, ut significarent Odænathum patriæ libertatem restituisse. — ספטמיא et plenius, in titulo sequenti, ספטמיוא *Σεπτίμιοι*.

Versus 3. זבדא, *Ζάβδας*, dux exercitus magnus; is qui Ægypto potitus est nomine Vaballathi, Zenobiæ filii, teste Zosimo (*Hist.*, I, 39, 40, 51), quique a Trebellio Pollione (*Claud.*, 11) minus recte Sabba appellatur. Cf. *Prosop. imp. Rom.*, III, p. 217, n. 352. — זבי, *Ζαββαῖος*, dux exercitus Palmyræ degentis; cum Zenobia ab Aureliano devictus est in Emesino prœlio; eum «Zabam» Zenobiæ «socium» vocat Vopiscus (*Aurel.*, 25). Cf. *Prosop. imp. Rom.*, III, p. 217, n. 351. — קרטסטא, in titulo seq. קרטסטוא, *κράτισ(τ)οι*; fortasse latinæ appellationis «viri egregii» accommodatio.

Odænathi statua mense augusto anni p. Chr. 271, simul ac statua Zenobiæ, erecta est, i. e. annis fere quinque post regis mortem; si de marito Zenobiæ tamen agitur, ut omnes opinati sunt, non autem de filio qui, post mortem fratris Vaballathi, hoc anno rex renunciatus sit, ut cojectavit Chabot.

3947

(Tab. XII.)

Vogüé, 29.

In magna porticu; scapo columnæ in ordine australi secundæ a quadrivio, orientem versus. Titulus bilinguis : græcus et palmyrenus; partem græcam exscripsit M. de Vogüé anno 1853, utramque postea Waddington; deinde ectypum sumpsit Vignes, ad quod efficta est imago nostra. Latus est titulus palmyrenus $0^{m},55$.

Edidit M. de Vogüé textum græcum in *Bulletin archéol. de l'Athenæum français*, 1855, p. 35, et dein utrumque, *Palmyre*. n° 29. — Animadversiones protulerunt : J. Oberdick, *Bemerkungen zu den palm. Inschriften* (*Z. D. M. G.*, t. XVIII, p. 741-750),

et fusius *Die Römerfeindlichen Bewegungen*, p. 148, 153. — H. Ewald, *Götting., gel. Anzeigen*, 1869, p. 1485, 1490. — Auctor anonymus in ephem. *Literarisches Centralblatt*, 1869, p. 770. — J. Derenbourg, *Notes épigraphiques*, p. 98. — Th. Nöldeke, *Z.D.M.G.*, t. XXIV, p. 96, 100. — A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 26. — Fr. Müller, *Studien über Zenobia und Palmyra*. — Imaginem vulgavit Ph. Berger, *Histoire de l'écriture*, p. 266. — Vide etiam M. Lidzbarski, *Handbuch*, p. 462; tab. XXXVIII, 4. — G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 131. — Demum, Clermont-Ganneau, in *Revue biblique*, 1920, p. 382 et seq.

Textus græcus : Waddington, n° 2611; Dittenberger, n° 648; *Inscr. Gr. ad res Rom.*, III, 1030. Contulimus cum ectypo. In sex versus distributus, sic legendus est :

Σεπτιμίαν Ζηνοβίαν τὴν λαμπροτάτην εὐσεβῆ βασίλισσαν Σεπτίμιοι Ζάβδας ὁ μέγας στρατηλάτης καὶ Ζαββαῖος ὁ ἐνθάδε στρατηλάτης, οἱ κράτιστοι, τὴν δέσποιναν, ἔτους βπφ', μηνεὶ Λώῳ.



1 צלמת ספטמיא בתזבי נהירתא וזדקת[א]
2 מלכתא ספטמיוא זבדא רב חילא
3 רבא וזבי רב חילא די תדמור קרטסטוא
4 אקים למרתהון בירח אב די שנת 582

1 *Statua Septimiæ Batzabbai, illustris et piæ*
2 *reginæ. Septimii Zabdâ dux exercitus*
3 *magnus, et Zabbai dux exercitus Palmyræ, potentissimi,*
4 *erexerunt dominæ suæ. Mense ʾAb anni* DLXXXII.

Adamussim convenit græcus cum palmyreno.

Versus 1. צלמת, stat. constr. femin., quia de muliebri imagine agitur. — בתזבי, nom. aramaicum propr. reginæ Zenobiæ; secundum etymon «filia Zabbai». Cf. Fr. Müller, *op. laud.*, p. 7. Ne tamen credas inde probari nomen ejus patris fuisse «Zabbai»; est enim forma nominum compositorum usitata apud Palmyrenos, ex. gr. vocatur בתזבידא filia cujusdam Gaddarṣu (n° 4027), בתמלכו filia cujusdam Zabdibôl (n° 4175), etc. Hujusmodi nominum originem repetendam ab usu judaicæ legi analogo conjecit Clermont-Ganneau. Ita Batmalku diceretur filia Zabdiboli, quod Zabdibolus eam genuerit e vidua Malichi. Si vera est sententia, mirum videbitur, cum plus quam decem nomina muliebria hujus formæ habeamus, vix unum masculinum adhuc inventum esse; nam ברנבו, ברשמש, etc. cum nomine divino efformata sunt. Zenobiæ reginæ pater Antiochus vocabatur (v. sub n° 3971).

וזדקתא; litteræ א vestigia apparent; proprie «justa», bene vertit græcum *εὐσεβής* «pia, religiosa»; cf. apud Syros ܬܪܝܗܘܢ ܗܘܘ ܙܕܝܩܝܢ *δίκαιοι ἀμφότεροι* (N. T. *Luc.*, I, 6). E prava interpretatione vocabuli, conjecit J. Derenbourg Zenobiam asseclam fuisse sectæ judaicæ «Sadducæorum» : quæ interpretatio refutatione non indiget.

Erecta est statua Zenobiæ simul atque statua Odænathi, mense augusto anni p. Chr. 271.

3948

(Tab. XII.)

Vogüé, 6.

In magna porticu, ultra tetrastylum seu quadrivium, occidentem versus. Titulus bilinguis, græcus et palmyrenus, scapo columnæ eversæ inscriptus. Descripsit primus Waddington; anno 1885 apographum græci textus sumpsit Sterrett; nuper autem utriusque ectypa fecerunt rev. Jaussen et Savignac. Latus est titulus palmyrenus $0^{m}63$. Ad ectypum tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 6, p. 12. — De eo egerunt : H. Ewald, *Nachrichten von der kön. Ges. zu Göttingen*, 1869, p. 340; — Th. Noeldeke, *Z.D.M.G.*, t. XXIV, p. 102, 105; — J. Halévy, *Mélanges épigraphiques*, p. 104; — O. Blau, *Altarabische Sprachstudien* (*Z.D.M.G.*, t. XXVII, p. 343); — A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 16; — G. Reckendorf, *Palmyrenisches* (*W.Z.K.M.*, t. II, p. 325). — J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 20. — Ch. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. orient.*, t. III, p. 170; t. V, p. 94. — M. Lidzbarski, *Handbuch*, p. 458; tab. XXXIX, 5. — G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 115.

Textus græcus : Waddington, n° 2596; Sterrett, n° 639. Collato ectypo, sic legendus et restituendus est :

ΤΟΝΑΝΔΡ.....ΑΝЄCΤΗCΑΝ...ΜΑΡ	1	Τὸν ἀνδρ[ιάντα] ἀνέσ[τ]ησαν [Θαι]μαρ-
CΑΘΑΙΜΗΤΟΥ..ΚΙΜΟΥΤΟΥΓΑΒ.ΑC..	2	σᾶ Θαιμῆ τοῦ [Μο]κίμου τοῦ Γαβ[β]ᾶ σ[υν-]
ΟΔΙΑΡΧΗΟΙCΥΝ.....ΝΑΒΑΝΤЄ....	3	οδιάρχῃ οἱ σὺν [αὐτῷ ἀ]ναβάντε[ς ἀπὸ]
CΠΑCΙΝΟΥΧΑΡ.....	4	Σπασίνου Χάρ[ακος κουφίσαν-]
ΤΙΑΥΤΟΥCΧΡΥCΑΠΑΛΑΙΑΔΗΝΑΡΙ.	5	τι αὐτοῦς χρυσᾶ παλαιὰ δηνάρι[α]
ΤΡΙΑΚΟCΙΑΑΝΑΛ..ΑΤΩ.....	6	τριακόσια ἀναλ[ωμ]άτω[ν καὶ ἀρέ-]
CΑΝΤΙΑΥΤΟΙCЄΙCΤЄΙΜΗΝ.....	7	σαντι αὐτοῖς, εἰς τειμὴν [αὐτοῦ]
ΚΑΙΙΑΔΔΑΙΟΥΚΑΙΖΑΒΔΙΒΩΛΟΥΥΙΩΝ	8	καὶ Ἰαδδαίου καὶ Ζαβδιβώλου υἱῶν
ΑΥΤΟΥЄΤΟΥCΔΦΞΑΝΔΙΚΟΥ	9	αὐτοῦ, ἔτους δϕ′ Ξανδικοῦ.



(Impressum mense januario anni 1924

1 צלמא דנה די תימרצו בר תימא בר מקימו

2 גרבא רב שירתא די עבדו לה בני שירתא די סלקו

3 עמה מן כרכא בדיל די חסכנון (זוד) דנרין די דהב

4 עתיקין תלתמאה ושפר להון ליקרה וליקר ידי

5 [וז]בדבול בנוהי [ב]ירח ניסן שנת 504

1 *Statua hæc (est)* τοῦ *Taimarṣu, filii Taimê, filii Moqîmu,*

2 *(filii) Garbâ, ducis comitatus; quam fecerunt ei socii comitatus qui adscenderunt*

3 *cum eo Charace; eo quod expendit in eos viaticum denarios aureos*

4 *antiquos trecentos, et placuit ipsis; in honorem ejus et in honorem Iaddai*

5 *et Zabdibôl, filiorum ejus. Mense Nisan anni* DIV.

Prænotanda circa textum græcum : V. 2, Γαϐ[ϐ]ᾶ; legendum Γαρϐᾶ putaverunt J. Mordtmann et Clermont-Ganneau. — V. 4-5, [κουφίσαν]τι restituit Clermont-Ganneau; cf. sub. n° 3949. Proposuerat Sterrett [ἀφειδήσαν]τι αὐτο(ῖ)ς. — V. 5, legit Sterrett ΔHNAIP; ectypum non nitidum hoc in loco.

Versus 1. תימרצו, gr. Θαιμάρσας, lat. *Thæmarsa* (*C. I. L.*, VIII, 2512; vide App. I.), «servus Arṣu (dei)». Cf. sub n° 3974. Hujus viri frater Zebîda suam etiam habuit statuam loco proximo erectam; superest tantum titulus græcus(Wadd., 2591). Vide App. I. In hoc titulo accurate scripto, cujus ectypum habemus, nomen ΓABBA nitidissime scriptum est.

Versus 2. גרבא, ita recte descripserat Waddington; cf. syr. ܓܪܒܐ «leprosus». Litteram ר, in pronunciatione, sequenti ב assimilatam fuisse suadet græca transcriptio.

Versus 3. כרכא, in græco ἀπὸ Σπασίνου Χάρακος; vide sub n° 3928. — חסכנון; vide sub n° 3932. — זוד, gr. ἀναλώματα, «itineris expensæ»; cf. syr. ܙܘܕܐ «viaticum». Quin זוד sit genuina lectio dubium moveri nequit, etsi lapicida re vera נור insculpsit.

Versus 4. דנרין עתיקין, δηνάρια ϖαλαιά, i. e., ut videtur, antiqui moduli. — ידי, Ιαδδαῖος; huic etiam viro erecta est statua; vide sub n° 3949.

Versus 5. זבדבול, nomen e græco restituendum.

Littera ק in hoc titulo ceteris litteris tenuior delineata est.

Exaratus est titulus mense Nisan anni Græcorum 504, id est, mense aprili anni p. Chr. 193.

3949

(TAB. VI.)

Chabot, 29.

In magna porticu, ultra quadrivium occidentem versus, prope superiorem titulum. Titulus bilinguis scapo columnæ adhuc stantis inscriptus; partim evanidus est. Græcam tantum inscriptionem exscripsit anno 1885 J. R. S. Sterrett; anno 1895, Æmilius Bertone utrumque textum, græcum et palmyrenum, imperita manu delineavit; nuper autem Jaussen et Savignac palmyreni ectypum expresserunt, ad quod effictam imaginem tabula damus. Integer latus erat titulus palmyrenus 0^m52; singulæ lineæ litteris triginta vel triginta duabus constabant.

Apographa Bertoneiana edidit J.-B. CHABOT, *Notes d'épigraphie*, n° 29. — Textus retractavit CLERMONT-GANNEAU, *Rec. d'arch. orient.*, t. III, p. 170; et t. V, p. 97. — *Rép. d'épigr. sém.*, n° 2191.

Textus græcus : Sterrett, n° 641; Dittenberger, n° 638; *Inscr. Gr. ad res Rom.*, III, 1051.

1 Ἰαδδαῖον Θαιμ[αρσᾶ τοῦ Θαιμῆ τοῦ]
2 Μοκίμου τοῦ [Γαββᾶ συνοδιάρχην]
3 τῶν ἐμπόρων κα[ὶ ἀρέσαντα]
4 αὐτοῖς πανταχοῦ .....
5 καὶ Οὐολογαισιά[δος].....
6 αὐτοὺς κουφίσ[αντα ἢ σὺν αὐτῷ]
7 κατελθοῦσα συν[οδία τειμῆς]
8 χάριν, ἔτους βκ[φ′, μηνεὶ Δύσ]ρῳ



צלם ידי בר תימרצו בר תימא נר]בא די אקים לה 1
תגרא די סלקו עמה מן פרת] ואלנשיא ומורן 2
. . . . . ז]בנין שגיאן 3
. . . . . אלנש]יא ובכל אתר (כ)לה 4
ושפר] להון ואר[זין . . . . . ל]א בזעיר בכל 5
א[ת]ר (כ)לה . . . . . ן . . . . . ה ולא 6
. . . . . [בירח] אדר 7
ש[נ]ת 522 8

1 [*Statua* τοῦ *Iaddai, filii Taimarṣu, filii Taimê (filii) Ga*]*rbâ, quam erexerunt ei*
2 [*mercatores qui cum eo adscenderunt Phoratho*] *et Vologesia; et gratias agentes*
3 . . . . . *multis vicibus*
4 . . . . . [*Vologes*]*iæ et in omni loco quocumque;*
5 [*et placuit*] *eis, et expensas* . . . . . *non modice, in omni*
6 *loco quocumque* . . . . . *et non*
7 . . . . . [*mense*] *Adar*
8 *anni* DXXII.

Prænotanda circa textum græcum : V. 1-2 restituit Chabot, collato titulo superiore. — V. 3. Complementum proposuit Sterrett : *καὶ* [*συνοδεύσαντα* (?)]; Dittenberger : *καὶ* [*β*]*ο*[*ηθήσαντα*]; utrumque parum probabile. — V. 4. Complevit Sterrett : *ἀπὸ Φοράθου*. — V. 5, addit *καὶ ἀεὶ*. — V. 6, omittit *σὺν αὐτῷ*.

Versus 1. In titulo palmyreno primum versum excidisse conjecit Chabot ex apographo Bertoneiano; sed aliquot litteræ græcæ in ectypo palmyreno expressæ conjecturam infirmant; unde, quanquam longior sit linea, tamen nomen Mocimi omissum videtur, nisi textus palmyrenus inceperit sub finem ultimæ lineæ græcæ — Nomina e græco textu restituimus. ידי, *Ἰαδδαῖος*, is est qui titulo superiore commemoratur; uxorem habuit Ἄλα, quæ aram dedicavit pro salute mariti (vide sub n° 4010).

V. 2. אלגשיא, nomen urbis; vide sub n° 3916. Antea aliud nomen restituendum liquet e græco *καὶ*. Conjecturis lacunam supplevimus; penitus evanuit scriptura. — Sequuntur litteræ ומורן quæ accipiendæ sunt pro nomine cujusdam emporii ignoti, vel pro participio plur. verbi ידא «gratias agere»; vox occurrit in titulis religiosis (cf. sub n° 3981) de eis qui gratias deo agunt (gr. *εὐχαριστῶν*); difficultatem tamen facit copula ו. Sed etiam ומורן legere licet.

Versus 3. שגיאן : vox recte scripta, unde conjecimus בנין[ו]; quæ locutio sub n° 3932, occurrit.

Versus 4. Lectio aliquantisper dubia certa fit e græco *παντα*χοῦ. In lapide ללה pro כלה. Sed copula ו nomen loci antea postulat, unde restituimus יא[אלגש].

Versus 5. Initio, ושפר, lectio probabilis. — וארזין : lectionem certam habemus. Videtur esse eadem vox ac רזאין (sub n° 3932) cum metathesi in alterutro loco, probabilius in isto. Fortasse lacuna verbo חסכנון supplenda est, ita ut textus respondeat græcæ sententiæ *οὐκ ὀλίγων ἀφειδήσαντα χρημάτων* (supra sub n° 3932); hic tamen impeditior est syntaxis. — Postea iterum scripta est locutio בכל אתר כלה (iterum etiam ל pro כ); num lapsu id factum sit, decernere non valemus, cum reliqua linea, exceptis quinque litteris, perierit.

Versus 6. Nihil deest post ולא.

Versus 7. Nomen mensis in ectypo mutilum.

Versus 8. Signa numeralia in ectypo non sunt expressa, bene vero in apographo Bertoneiano.

Erectus est titulus mense Adar anni Græcorum 522, id est mense martio anni p. Chr. 210.

3950

(Tab. XII.)

Sobernheim (*β*), 28.

Exeunti e magna porticu occidentem versus occurrit, ad sinistram, vicus ad austrum pergens qui vulgo Damascenus dicitur; eum quoque olim columnæ utrinque decorabant, quæ hodie, paucis exceptis, ruinosæ humi jacent. In hac via reperti sunt, cuncti in orientali columnarum ordine, tituli octo nunc interpretandi (nis 3950-3957) et nonus infra explanandus (n° 3984). E schedis Waddingtonianis et Jaussenianis, quae plane congruunt, uniuscujusque inscriptionis locum in porticu accuratius definire possumus hunc in modum ;

- ○ columna 19a, ruinosa, 3950 [Sobernheim 28; ann. Seleuc. 490].
- ○ col. 20, ruinosa.
- ○ col. 21, stans, 3951 [Vogüé 10; Wadd. 2593; ann. 490].
- ○ col. 22, stans, 3952 [Vogüé 11; Wadd. 2594; anno 490].
- ○ col. 23, stans (Waddington), ruinosa (Savignac), 3953 [Vogüé 12; Wadd. 2595].
- ○ col. 24, ruinosa, 3954 [Vogüé 13; Wadd. 2592; ann. 490].
- ○ col. 25.
- ○ col. 26, ruinosa, 3957 [Vogüé 19; ann. 54.].
- ○ col. 27, ruinosa, 3956 [Vogüé, 9; ann. 473].
- ○ col. 28, ruinosa, 3955 [Vogüé 8; ann. 440].

Adverte hos titulos titulis magnæ porticus antiquiores esse, et omnes mense Adar, seu martio, exaratos; plerumque, ut supra vidimus, honores publicos senatus mense Nisan, seu aprili, decernebat.

Titulus inscriptus ancone columnæ olim affixo undevicesimæ a septentrione seu a magna porticu; bilinguis est : græca inscriptione in fronte, palmyrena latere intuenti sinistro exarata. Invenit in ruderibus, delineavit et ectypum sumpsit Puchstein; novum ectypum postea fecerunt rev. Jaussen et Savignac. Latus est titulus palmyrenus $0^{m}54$, altus $0^{m}16$. Imaginem damus ab ectypo.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 28, p. 33; tab. XIII. — Vide M. Lidzbarski, *Ephem. für sem. Epigraphik*, t. II, p. 293. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2141.

Textus græcus, sex versibus constans, sic legendus est :

Ἰαδῆν Σοραίχου τοῦ Αἱράνου τοῦ Ἀλαινῆ Σεφφερᾶ οἱ ἐγ γένους Ζαβδιβωλείων τειμῆ[ς] ἕνεκεν. μηνὶ Δύστρῳ το[ῦ] ζυ' ἔτους.



1 צלמא דנה די ידא בר שריכו בר חי[רן] ב[ר]

2 עלינא צפרא די אקימו לה בני זבדב[ול] כל[הון]

3 ליקר שרי[כו א]בוהי בירח אדר שנת

490 4

1 *Statua hæc (est) τοῦ Iadê, filii Ṡoraiku, filii Ḥai[ran, filii]*
2 *ʿAlainê (filii) Ṣephpherâ, quam erexerunt ei Zabdibolii cuncti,*
3 *in honorem Ṡoraiku patris ejus; mense ʾAdar anni cccc*
4 *LXXXX.*

Versus 1. ידא, gr. Ἰαδῆς; cf. ידי, Ἰαδδαῖος, sub n° 3948. — שריכו (sub n° 3940 : סריכו), Σόραιχος, latine *Surecus* (n° 3908), e vocalibus deminutivum esse videtur; cf. arab. سَرِيك «socius».

Versus 2. עלינא, gr. Ἀλαινῆ, in genit. casu. — צפרא «avis»; gr. Σεφφερᾶς; cf. nom. hebr. femin. צִפֹּרָה (uxor Mosis), LXX : Σεπφώρα. Occurrit etiam infra nomen צפרי (n^is 4165, 4198).

Erectus est titulus mense martio anni p. Chr. 179, una cum quattuor proxime sequentibus.

3951

(Tab. VII.)

Vogüé, 10.

Eadem porticu; ancone columnæ adhuc stantis affixo, vicesimæ primæ a septemtrione. Descripsit Waddington; ectypum fecerunt rev. Jaussen et Savignac, quod damus tabula nostra. Textus palmyrenus a latere anconis inscriptus paullulum mancus est; græca inscriptio, in fronte exarata, omnino evanida est (cf. Waddington, n° 2593). Latus est titulus o^{m}5o.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 10.

Hæc leguntur in ectypo :



Quæ sunt transcribenda et complenda hunc in modum :

1 צלמא דנה די עלינא בר חירן בר [ע]לינא
2 צ[פרא] די אקימו לה בני [ז]בדבול [כ]ל[ה]ון
3 בדיל די שפר להון ליק[רה ב]ירח אדר
4 שנת 490

1 *Statua hæc est* τοῦ *'Alainê, filii Ḥairan, filii 'Alainê,*
2 *(filii) Ṣeph[pherâ]; quam ei erexerunt Zabdibolii cuncti,*
3 *eo quod placuit eis; in ejus honorem; mense 'Adar*
4 *anni 490.*

Infra titulum, ima fascia anconis, versus scripturæ nunc partim deletæ exaratus est; hæc in ectypo Jausseniano dispicere licet :



ועבד קלסט[א די] כספא די קד[ם] שמש [א]לה[א]

Et fecit claustra argentea coram deo Śamš.

In explanando titulo nulla difficultas. Alænes frater est Soræci in titulo 3952 commemorati; vide stemma familiæ sub n° 3954.

Ultimo versu qui opificis nomen quæramus, velat copula ו initio præfixa. Quædam supellex templo dei Solis ab auctore oblata memorari videtur, ut fit in aliis titulis. — Prima lacuna ægre quatuor litteras admittit. Conjicimus קלסטר[א די], sane e græco *κλεῖστρον*; strictum sensum definire non valemus. — Inter ל et ש una tantum littera evanuit; obvia restitutio est די קר[ב] «quam obtulit»; sed cum nullum sit vestigium præpos. ל, quæ sequeretur, lectionem קד[ם] elegimus.

Eisdem mense et anno ac tituli superiores erecta est statua, i. e. mense martio anni p. Chr. 179.

3952

(Tab. VII.)

Vogüé, 11.

Eadem porticu; ancone columnæ adhuc stantis, vicesimæ secundæ a septentrione. Titulus bilinguis, græcus obvia facie et palmyrenus a latere sinistro exaratus. Istis columnis duo ancones affixi sunt : alter ad occidentem, versus viam, alter ad orientem sub ipsa porticu; titulus noster ancone occidentali inscriptus, latus est $0^{m}53$. Descripsit Waddington. Imaginem damus ad ectypum quod fecit Savignac.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 11. — Vide quæ adnotaverunt : J. Derenbourg, *Notes épigraphiques*, p. 94; — Th. Noeldeke, *Z.D.M.G.*, t. XXIV, p. 95, 107; — A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 17; — S. Reckendorf, *Palmyrenisches*, p. 326. — M. Lidzbarski, *Handbuch*, p. 458; tab. XXXVII, 2. — G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 119.

Textus græcus : Waddington, n° 2594. — Septem versibus exaratus, sic legendus est :

Ἡ βουλὴ Σόραιχον Αἱράνου τοῦ Ἀλαινῆ Σεφφερᾶ εὐσεβῆ καὶ φιλόπατριν καὶ φιλότειμον τειμῆς καὶ εὐνοίας χάριν, μηνὶ Δύστρῳ ϛυ' ἔτους.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]



1 צלמא דנה די שריכו בר חירן בר עלינא
2 צפרא די אקימת לה בולא ליקרה
3 ועבד בסלקא דנה עמודין שבעא
4 ותצביתהון כלה ועבד כנונא די נחשא
5 בירח אדר שנת 490

1 *Statua hæc est* τοῦ *Ṣoraiku, filii Ḥairan, filii ʿAlainê,*
2 *(filii) Ṣeppherâ, quam erexit ei senatus, in ejus honorem.*
3 *Etenim fecit in hac porticu columnas septem*
4 *et ornamentum earum totum, et fecit foculum æreum.*
5 *Mense ʾAdar anni* CCCCLXXXX.

Nomina nota sunt e titulo superiore.

Conjecit Reckendorf versiculum omissum fuisse, hunc in modum inter v. 2 et 3 restituendum : בדיל די שפר לה בכל צבו כלה; sed nec spatium adfuit ut hæc scriberentur, nec hujusmodi locutio requiritur : ו enim quandoque potestatem causativam habere notum est.

Versus 3. בסלקא, vox græca *βασιλική* « porticus », sed masculini generis apud Palmyrenos, ut liquet e pronom. דנה; exspectes בבסלקא, sicut habemus עבד באסטוא (sub n° 3955), et fortasse ב lapsu omissum est; non desunt tamen exempla apud Syros quibus præpositio ב ante ב alterum omissa est (cf. *Thes. syr.*, col. 432). — « Septem columnæ » quas fecit Soræcus, nempe columnæ 19-25 hujus ordinis, statuis ejus et propinquorum decorabantur; columnam mediam statua conditoris ornabat.

כנונא « foculus »; recte interpretatus est Reckendorf. Ita in Talm. (*Šabbat* 47 *a*), ubi Raši exponit כלי נחשת שמביאין בו האור לפני שרים להתחמם « vas æreum quo deferuntur prunæ coram magnatibus ad calefaciendum se »; consonat syr. ܟܘܢܘܢܐ, et arab. كانون; hic vero de foculo ad usum sacrum intellegimus. Vide sub n° 3977.

Erectus est titulus mense martio anni p. Chr. 179.

3953

(Tab. VII.)

Vogüé, 12.

Eadem porticu; ancone orientali (vide sub n° 3952) columnæ adhuc stantis cum Waddington describeret titulum, sed nunc eversæ, teste Savignac. Titulus bilinguis, græcus in fronte et palmyrenus a latere sinistro. Latus est palmyrenus 0^m48, altus, 0^m15. Ectypum fecerunt rev. Jaussen et Savignac; ad quod expressam imaginem tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 12.

Textus græcus : Waddington, n° 2595; Dittenberger, n° 635. — Septem versibus exaratus; sic legendus :

Ἡρώδην τὸν καὶ Αἰράνην Σοραίχου τοῦ Αἰράνου τοῦ Ἀλαινῆ Σεφφερᾶ οἱ ἐγ γένους Ζαβδιβωλείων τειμῆς ἕνεκεν, μηνὶ Δύσιρῳ τοῦ ϛυ ἔτους.



1 צלמא דנה די חירן בר שריכו בר

2 חירן בר עלינא צפרא ד[י א]קימו לה

3 בני [ז]בדבול כלהון לי[קר ש]ריכו אבוה[י]

4 ביר[ח] אדר שנת 490

1 *Statua hæc est* τοῦ *Ḥairan, filii Šoraiku, filii*
2 *Ḥairan, filii ʿAlainê, (filii) Ṣephpherâ, quam erexerunt ei*
3 *Zabdibolii cuncti, in honorem Šoraiku patris ejus.*
4 *Mense ʾAdar, anni* CCCCLXXXX.

Versus 1. חירן, Αἰράνης, etiam græco nomine Ἡρώδης dictus; quod nomen ei propter quamdam vocabuli consonantiam inditum videtur; non raro cognomina peregrina eligebant Palmyreni secundum similitudinem aut significationis aut soni. Hæranes, frater est Iadis, cujus titulum habemus sub nº 3950, iisdem omnino verbis conceptum.

Erectus est titulus mense martio anni p. Chr. 179.

3954

(Tab. IX.)

Vogüé, 13.

Eadem porticu; ancone columnæ eversæ olim affixo, vicesimæ quartæ a septentrione. Titulus bilinguis : pars græca in fronte, palmyrena autem latere sinistro exarata est. Textum græcum jam exscripsit anno 1691 Halifax; Waddington vero utrumque. Imaginem damus ab ectypo quod nobiscum communicavit J. Euting.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, nº 13. — Vide quæ adnotaverunt : Th. Nöldeke, *Z.D.M.G.*, t. XXIV, p. 106; — J. Halévy, *Mélanges épigraphiques*, p. 105; — A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 17; — O. Blau, *Altarabische Sprachstudien* (*Z.D.M.G.*, t. XXVII, p. 342); — Ch. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. or.*, t. VIII, p. 6, — Repetiit G. A. Cooke, *A Text-Book*, nº 120.

Textus græcus : Wood, nº VII (ex Halifax) et inde *C. I.G.*, nº 4506; Waddington, nº 2592; Dittenberger, nº 636. — Sex versibus exaratus est; sic legendus :

Μάρθειν Ἀλεξάνδρου τοῦ καὶ Ἰαδῆ τοῦ Οὐαβαλλάθου τοῦ Συμώνου, Σόραιχος Αἰράνου ἀνὴρ αὐτῆς μνήμης ἕνεκεν, μηνὶ Δύστρῳ τοῦ ϛυ' ἔτους.

Textum palmyrenum, a sinistra parte paulisper mancum, sic lege :



(Impressum mense januario anni 1924.)

Transcribimus et restituimus :

צלמתא דנה די מרתי ברת יד[א בר והבלת] 1
בר שמעון די אקים לה שריכ[ו בעלה בתר] 2
די מ[י]תת ליקרה בירח אדר ש[נת] 3
[4]90 4

1 *Statua hæc est τῆς Martî, filiæ Iad*[*ê, filii Vahballât*]
2 *filii Šim'ôn, quam erexit ei Šorai*[*ku, maritus ejus, post-*]
3 *quam mortua est, in honorem ejus; mense 'Adar anni* [*cccc*]
4 *LXXXX.*

In græco Σόραιχος nomen scriptum est, non autem Σώραιχος, ut habet Halifax. Ectypum contulimus.

Versus 1. צלמתא, pro more, femin. gen., cum agatur de muliebri imagine; sed insolens est usus pron. dem. masc. דנה, loco feminini דה; vide tamen sub n° 4013. — מרתי « domina mea », græce hic Μάρθεις; nomen haud rarum apud Palmyrenos (nis 4296, 4554), invenitur etiam apud Nabatæos (n° 158); apud Judæos, מרתא « domina »; N. T., *Luc.*, x , 38 : Μάρθα.

Cetera nomina nota. — והבלת sub finem v. 1 e græco restituendum est.

Versus 2. Conjecit Vogüé, non sine probabilitate, בעלה « vir ejus », græco *ἀνὴρ αὐτῆς* fretus.

Versus 3. Secundæ vocis scriptura aliquantulum confusa; edidit Vogüé מלחת; re vera legendum est מיתת « mortua est »; quæ lectio postulat בתר sub finem v. 2. Mulieri vita functæ statuam erectam fuisse jam innuebant græcæ voces *μνήμης ἕνεκεν*; cf. sub n° 3927.

Erecta est statua mense martio anni p. Chr. 179.

Hisce quinque titulis (nis 3950-3954), et etiam alio sub n° 3940 tradito, inter se collatis, licet stemma familiæ describere hunc in modum :



(a) 3950-3953. — (b) 3950-3954. — (c) 3951. — (d) 3940, 3950, 3952-3954. — (e) 3954. — (f) 3950. — (g) 3940, 3953. — (h) 3940.

3955

(Tab. VIII.)

Vogüé, 8.

Eadem porticu; ancone columnæ affixo, nunc eversæ, vicesimæ octavæ a septentrione. Titulus græca transcriptione caret, et obvia parte, non autem latere anconis exaratus est : quod etiam observandum est in duobus titulis proximo loco repertis (nis 3956, 3957), qui ad viros unius familiæ for-

tasse pertinent. Primus descripsit Waddington. Versus quinque priores suprema fascia, tres posteriores infima scripti erant. Latus est titulus $0^m 38$. Imaginem damus ab ectypo quod sumpsit et nobiscum communicavit Jos. St. Gautier.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 8. — De eo egerunt : J. Derenbourg, *Notes épigraphiques*, p. 94; — H. E[wald], *Götting. gelehrte Anzeigen*, 1869, p. 1486; — Th. Nöldeke, *Z.D.M.G.*, t. XXIV, p. 89; — J. Halévy, *Mélanges épigr.*, p. 104; — D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 17; — S. Reckendorf, *Palmyrenisches*, p. 326; — J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 18; — G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 117.

Perierunt initio duo versus; hæc supersunt :



Transcribe et restitue :

[צלמא דנה די ..... בר .....]	1	[*Statua hæc est τοῦ . . . . . , filii . . . . . .*]
[בר לשמש די אקימו לה בני ....]	2	[*filii Lišamš, quam erexit ei gens . . . . . .*]
כלהון ליקרה בדיל ד[י שפר להון]	3	*cuncta, in honorem ejus; eo quod* [*placuit eis,*]
ועבד הו ולשמש אחוהי באסט[וא]	4	*et fecit ipse cum Lišamš fratre ejus, in porticu*
דנה עמודין שתא ושריתהון	5	*hac, columnas sex et epistylia earum*
ותטלילהון מן כיסהון ליקר שמש	6	*et tectum earum, de crumena eorum, in honorem Semš,*
ואלת ורחם אלהיא טביא בירח	7	*et Allât, et Raḥim, deorum bonorum. Mense*
אדר שנת 440	8	*'Adar anni* CCCCXXXX.

Versus duo primi perierunt; initio tamen versus secundi vestigia apparent litterarum ש . . . בר.

Versus 4. באסטוא « in porticu »; אסטוא est vox græca στοά, masc. gener. apud Palmyrenos, ut liquet e pronom. דנה; cf. בסלקא, sub n° 3952; hic litteræ אס certæ, ט probabilis, ceteræ deficiunt, sed vocabulum integrum habemus n° 4168.

Versus 5. שריתא « trabs »; intellege stricto sensu lapidem ingentem columnis impositum, cui reliquæ tecti partes innituntur. — Sub finem, folium : signum mere expletivum; quantum abest ut potestatem disjunctivam habeat, hic optime vides.

Versus 6. תטלילא « tectus », cf. sub n° 3917; latiore sensu sub n° 3911.

Versus 7. אלת, Allat, dea; cf. Apend. II. — רחם.

Hanc vocem tanquam verbum habuit Vogüé. Ewald autem, Nöldeke, Halévy opinati sunt רחם esse nomen cujusdam numinis hucusque ignoti, et id verisimile putat Lidzbarski (*Handb.*, s. v.); eis adstipulatur Cooke, qui etiam provocat ad lectionem רחם סגח, in titulo ḥimyaritico (IV, 40, l. 5). Fatendum est hac interpretatione syntaxim expeditiorem fieri. Adde quod in ceteris titulis, ad pietatem erga deos exprimendam, Palmyreni voce דחל utuntur; vide sub n^is 3914, 3930, 3931. Sed cum mirum est virum palmyrenum ignoti dei nomen consociare nominibus magnorum deorum civitatis, non insulse quis conjectaret scriptionem [illegible] pro [illegible] irrepsisse, ita ut versus 4^i sensus fuerit : «*et Allât; et coluit deos bonos*».

Erectus est titulus mense martio anni p. Chr. 129.

3956

(Tab. XVI.)

Vogüé, 9.

Eadem porticu; ancone columnæ affixo vicesimæ septimæ, nunc eversæ. Descripsit Waddington cujus apographum vulgavit Vogüé; ectypum sumpserunt rev. Jaussen et Savignac. Obvia facie anconis inscriptus, latus est titulus 0^m 31. Ad ectypum tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 9. — Quædam adnotaverunt : Th. Nöldeke, *Z.D.M.G.*, t. XXIV, p. 104; — S. Reckendorf, *Palmyrenisches*, p. 326; — G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 118.



Sic transcribe et restitue :

1 צל[ם] חליפי בר אתפני בר חליפי

2 [די] עבד לה חליפי [ב]ר חגגו בר מלכו

3 [בד]יל די שפר לה ליקרה [ו]אשלטה . .

4 . . . בעמודא דנה למקמו עלוהי

5 [צלמ]ין תרן די יחלא בירח אדר שנת

6 473

1 *Statua Ḥaliphî, filii Atophanî, filii Ḥaliphî*
2 *quam fecit ei Ḥaliphî, filii Ḥaggagu, filii Maliku,*
3 *[eo quod] placuit ei, in honorem eius; et concessit ei dominium . .*
4 *. . . in columnam hanc, ad stabiliendum super eam*
5 *statuas duas onychinas. Mense 'Adar anni*
6 *CCCCLXXIII.*

Versus 1. חליפי, vide sub n° 3902. — אתפני, nomen ad classem revocandum eorum quæ præfixo א efformantur, ut אכלדי, אחפלי, etc.

V. 3. שפר; prima littera in ectypo nitida. — ליקרה; signum quod post ה delineavit Waddington in speciem litteræ י, pars est litteræ partim evanidæ ו vel ד, cum sequenti voce conjungendæ : legendum ergo אשלטה[ד] vel multo probabilius אשלטה[ו]; verbum שלט «dominari» significat. Fractus est lapis post ה; num litteræ, duæ vel ægre tres, quas permittit spatium, evanuerint ignoramus.

V. 4. Initio legere עמודא ב[וקר] pronus eris, coll. n^is 3983, 3923; sed littera ב, cum sequenti ע fere connexa in lapide, videtur esse præpositio quam postulat verbum שלט. Quid autem antea desideretur non apparet; sed probabile censemus nihil aliud significari quam licentiam erigendi statuas, ne fortasse ex hac erectione vir qui erigerit dator aut possessor columnæ putaretur.

V. 5. Initio צלמ[ין] restituimus mera conjectura. — תרן : lectio ab ectypo certa; sed hic primum levi stilo scriptum est וכל, cui voci superscriptum fuit תרן. Jam monuimus singulis columnis hujus porticus duos ancones affixos esse. — די יחלא; littera ל mutila est, ceteræ omnino certæ. Hic autem nomen materiæ expectandum est; cf. צלמא די נחשא (n° 3913, II, l. 128); כנונא די נחשא (n° 3952). — יחלא idem est ac يشب, vox persicæ originis, quæ semel legitur apud Syros et «onyx» significat; cf. Nöldeke, *Beitr. z. Gesch. des Alexanderromans* (Denkm. d. Akad. zu Wien, Bd. XXXVIII), p. 16, n. 8; Marmor onychi simile יחלא appellatum fuisse probabile est. Conjecturas quas in emendationem apographi Waddingtoniani proposuerat Reckendorf infirmas esse demonstrat ectypum.

Erectus est titulus mense martio anni p. Chr. 162.

3957

(Tab. VIII.)

Vogüé, 19.

Eadem porticu; obvia facie anconis columnæ affixi, nunc eversæ, vicesimæ sextæ a septentrione. Latus est titulus o^m 35. Descripsit Waddington; postea ectypum sumpsit Euting, dein Jaussen et Savignac. Imaginem damus ab ectypo Gualteriano.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 19. — Conjecturas autem proposuit J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 20, quæ cum ectypo non quadrant.



Lege et verte :

צלמא דנה די מלכו בר מקימ[ו] 1
בר מעיתי בר חליפי די חדת לה 2
ברעתה בר לשמש מלכו בר 3
ברה בירח אדר שנת 54. 4

1 *Statua hæc (est)* τοῦ *Maliku, filii Moqîmu,*
2 *filii Moʿâtî, filii Ḥaliphî; quam renovavit*
3 *Barʿateh, filius Lišamš, (filii) Maliku, ne-*
4 *pos ejus. Mense ʾAdar anni* DXXXX . .

Versus 2. Nomina מאיתי et חליפי fere evanida sunt. מעיתי restituere licet e vestigiis; rursum occurrit sub n° 3973; cf. nabat. מעיתו, gr., gen. casu, Μοείθου (*R. É. S.*, n° 85). — Medio versu, primum sculpsit lapicida litteras לש (initium nominis לשמש) quas deformavit in חל ut nomen חליפי inscriberet.

Versus 3-4. בר ברה «nepos ejus», sic vertimus, quasi voces ad Barathen spectant. Erit fortasse qui eas ad Malichum referre velit et interpretari «nepotis ejus», ita ut Malicus, avus Barathis, fuerit nepos Malichi, cui statua erecta est, et Barathes non avi, sed abavi collapsam statuam instauravisset; cui interpretationi syntaxis non repugnat.

Numerus annorum fortasse imperfectus est; unum aut alterum signum fractura lapidis excidere potuit. Titulus igitur mense martio erectus est, non ante annum p. Chr. 229.

3958

(Tab. XIII.)

Sobernheim (β), 14.

Ædificii deo Baʿalšamîn dicati, quod vulgo Templum parvum dicitur, ichnographiam delineavit Wood (tab. XXVII); habet pronaum sex columnis constitutum, e quibus quattuor in fronte positæ statuis et inscriptionibus decoratæ fuerunt. Columna prima (ab austro) inscriptus est n^us^ 3958; secunda, n^us^ 3959; tertia vero, titulus bilinguis cujus fragmentum græcum damus in Appendice prima : e palmyreno textu duæ tantum supersunt litteræ (Waddington, sub n° 2581); inscriptio autem columnæ quartæ, eroso lapide, periit.

Inscriptionem primam, palmyrenam tantum, injurias temporis multum passam, obvia facie anconis columnæ affixi exaratam, invenit Waddington, qui numeralia signa tantum descripsit; Puchstein ectypum sumpsit, ad quod efficta est imago nostra.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 14, p. 21; tab. VIII. — De eo egerunt : Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. orient.*, t. VII, p. 14; — Lidzbarski, *Ephem. für sem. Epigraphik*, t. II, p. 287. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2133.

Hæc supersunt :



בני[.....	. ..... *gente*]
מעזין ל[יקרה]	*Maʿzyan, in* [*honorem ejus*] .....
[ת]רמיא עתיקא	*fundamenta antiqua* .....
ותרעוהי בירח אל[ול שנת]	*et portas ejus; mense ʾEl*[*ul anni*]
[4]92	[CCCC]LXXXXII.

Initio, desunt versus duo.

Versus 2. בני מעזין; nom. gentis, vide sub n° 3983.

Versus 3. Initio deest una littera; conjecit Clermont-Ganneau קדמיא «priora»; nobis autem ectypum favere videtur lectioni : תרמיא, quæ «fundamenta» significare potest; cf. syr. ܬܪܡܐ. Ratio igitur erigendæ statuæ fuit aut condonatio pecuniæ, aut potius renovatio seu perfectio alicujus partis monumenti.

Versus 5. Numerus annorum centenarius evanuit; reliqua signa descripsit Waddington 91, sed ab ectypo legendum videtur 92; integer numerus fuit 492 : si quidem e titulo sequenti discimus non multum ante annum 442 ædificatum esse pronaum.

Exarata est igitur inscriptio mense septembri anni p. Chr. 181.

3959

(Tab. IX.)

Vogüé, 16.

Eodem loco; ancone columnæ affixo sinistræ ingredienti templum. Eidem columnæ anco alius, nunc fractus, templum versus affixus fuit. Titulus duplici lingua conceptus : inscriptio græca obvia facie, palmyrena latere intuenti dextero exarata est. Græcam partem jam olim descripserunt Halifax et Wood, nuper autem Sterrett et Puchstein; utramque vero Waddington et Mordtmann. Anno 1880, fr. Lievin, franciscanus, ectypum chartaceum sumpsit et misit ad nostrum Clermont-Ganneau. Ab hoc ectypo efficta est imago nostra. Fragmenta autem primi et ultimi versus, ad ectypa Jausseniana nuper accepta, addidimus. Latus est titulus 0^m, 67, circiter.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 16. — De eo egerunt Th. Nöldeke, *Z.D.M.G.*, t. XXIV [1870], p. 90, 92, 94, 102, 105, 108. — A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 22. — O. Blau, *Altarabische Sprachstudien* (*Z. D. M. G.*, t. XXVII, p. 343). — Reckendorf, *Palmyrenisches*, p. 326. — J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 19, 50. — Ch. Clermont-Ganneau, *Etudes d'arch.*, t. II, p. 103; et *Rec. d'arch.*, t. V, p. 91; t. VII, p. 14. — G. A. Cooke, *A Text-Book*, n° 122. — *Rép. d'épigr. sémit.*, 2162.

Titulus græcus : Wood, n° xx (imperfecte), et inde *C. I. G.*, 4482; Waddington, n° 2585; Sterrett, n° 637; *Inscript. Gr. ad res Rom.*, III, 1054. — Ectypa contulimus. Sic legendus :

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος
Μαλῆν τὸν καὶ Ἀγρίππαν
Ἰαραίου τοῦ Ῥααίου, γραμμα-
τέα γενόμενον τὸ δεύτε-
ρον ἐπιδημ[ίᾳ] Θεοῦ Ἀδρι-
ανοῦ ἄλιμμα παρα(σ)χόν-
τα ξένοις τε καὶ πολείται[ς,]
ἐν πᾶσιν ὑπηρετήσαντα
τῇ τ[ῶν] στρατευμάτων
ὑπο[δοχ]ῇ καὶ τὸν ναόν
τὸν [τοῦ] Διὸς σὺν τῷ π[ρο-]
ναίῳ [καὶ σὺν] ταῖς ἄλλαι[ς α]ὐτ[οῦ στοαῖς] . . . . . .
. . . . . .

Titulus partim mutilus, partim evanidus est; hæc in ectypis dispicere licet :



Quæ transcribenda sunt et complenda videntur hunc in modum :

1 מן יוצ[י]ת בולא ודמוס [קם צלמא דנה די מלא]
2 בר ירחי ל[שמש] רעי די הוא נרמטוס די תרתיא
3 וכדי את[א תנ]ן הדרינ[וס] אלהא יהב משחא
4 לבני מד[יתא ול]אסטרטו[מא] ולאכסניא די אתא
5 עמה [ופרנס מש]ריתה בכל מדען ובנא היכלא
6 ופרנאי[ן ותצב]יתה כלה מן כיסה לבעלשמן
7 ולדרנ.....ה ד... מן בני ידיעבל
8 ב[ירח ניס]ן שנת 42[4]

1 *Ex edicto (?) senatus populique* [*erecta est statua hæc τοῦ Malé*]
2 *filii Iarḥai, (filii) Li*[*šamš,*] *(filii) Raʿai, qui fuit scriba altera vice;*
3 *etenim cum venis*[*set huc*] *Hadrianus divus, dedit oleum*
4 *civibus, et mili*[*tibus*], *et peregrinis qui venerunt*
5 *cum eo, et* [*ministravit castris*] *ejus in omni re; et ædificavit templum*
6 *et prona*[*um cum or*]*natu ejus integro, de sua crumena, τῷ Baʿalšamîn*
7 *et . . . . . e gente Iedîʿbeliorum;*
8 [*mense Nis*]*an anni c*[*ccc*]*xxxxii.*

Prænotanda circa textum græcum. — Versus 12-13 latere anconis sub palmyreno textu exarati sunt. — V. 6, in lapide *παραεχ*. — V. 9. Puchstein (apud Sobernheim, *Palmyrenisches*, p. 22) *τῇ τ*[*ῶν*] *στρατ.*; recte. — V. 10-11. Waddington : *τὸν ναὸν* [*τοῦ*]*τον*; male. — V. 11. Waddington : [*τοῦ Ἡ*]*λίου*; sed lectio *Διὸς* ectypo comprobatur. — V. 11-12. Clermont-Ganneau complevit [*προ*]*ναίῳ*. — V. 12, reliqua alii aliter supplent; Sterrett : *καὶ ταῖς ἄλλα*[*ις σ*]*το*[*αῖς ἐκ τῶν*] *ἰδ*[*ίων κατασκευάσαντα . . .*]; Puchstein minus bene : *προναίῳ* [*βωμῷ καὶ*] *ταῖς ἄλλαις . . . οἰκοδομήσαντα ἐκ τῶν*] *ἰδ*[*ίων . . .*]; Clermont-Ganneau : [*καὶ σὺν*] *ταῖς ἄλλαις* [*αὐ*]*τοῦ* [*στοαῖς . . . .*]. — V. 13 omnino evanuit. Solam epochæ notationem exhibuit, ut videtur.

Versum 1 conjecturis supplevimus. Quattuor tantum voces supersunt, initio lineæ reponendæ, ut videtur. — יוציה : lectio dubia; vox e rad. יצא fortasse deducta. Legere יוצפת « sollicitudo » vix possibile. — קם « erecta est » : verbum eo sensu usurpatur sub n° 3921.

Versus 2. ל, initium nominis לשמש. — ירחי, vide sub n° 3902; ut ibi diximus, hoc nomen vertitur græce Ἡλιόδωρος; jam vero columna proxima, ad dexteram portæ, exaratus est titulus græcus in quo occurrit dictum nomen Ἡλιόδωρος; hunc titulum in honorem viri ejusdem familiæ erectum fuisse probabile est, vide Appendicem I. — גרמטום, *γραμματεύς*; cf. sub n° 3913. — תרתיא דו, *τὸ δεύτερον*; ita quoque apud Syros : ܕܬܪܬܝܐ, ܡܢ ܕܬܪܬܝ *ἐκ δευτέρου* (*Matth.*, XXVI, 42). Cf. etiam Nöldeke, *Z. D. M. G.*, XXIV, p. 102.

Versus 3. .את; comple אתא « venit »; postea legendum videtur ן[תנ] « hic », et nomen imperatoris הדרינ[וס]. — משחא sine addito, est proprie « oleum »; vide sub n° 3913, II, 23; græcus, hic : *ἄλιμμα*, quod potius oleum unguentarium innuit.

Versus 4. Initio : [יתא]מר לבני, sine dubio; adde : ול ad complendam lacunam. Sequitur vox græcæ originis; Clermont-Ganneau proposuit : [ריא]אסטרטו « stratores »; Hoffmann vero et Reckendorf : [מא]אסטרטו, *στρατεύματα*, quod melius non tantum cum græco, sed etiam cum relliquiis congruit. — אכסניא, *ξένοι*. — Ultimæ vocis scriptura confusa; legendum אתא, forma singularis pro plurali אתו sive אתאו.

Versus 5. Spatium sex aut maxime septem litteras admittit ante finem vocabuli in ריתה.... vel ריתה.... desinentis; proposuit, non sine dubio, Clermont-Ganneau ריתה[ופרנס מש]; solers conjectura; attamen vox græca *ὑπηρετήσαντα* sub n° 3932 verbo שמש respondet, melius itaque restituendum ריתה[ושמש למש] « et ministravit castris ejus »; restitutio ריתה[למ] « patriæ suæ » minus probabilis videtur. — בכל מדען, gr. *ἐν πᾶσιν*. Lectionem invenit Clermont-Ganneau; מדען « quidquid » cf. sub n° 3913, I, 5. — היכלא, cum י minusculo et superaddito, ut videtur ; gr. *τὸν ναόν*.

Versus 6. Recte complevit Clermont-Ganneau ופרנאי[ן] « et pronaum », quod optime congruit cum græco *σὺν τῷ προναίῳ*; postea כלה יתה[ותצב]. — Sub finem, לבעלשמן, in gr. *τοῦ Διός*. Lectio certa est; perperam conjecit Lidzbarski לבריך שמה.

Versus 7. Initio, litteræ . . .ʔʔʔʔʔ; numen aliud hic enuntiatum fuisse suadet contextus; sed non ita græcus; vox imperfecta est, cum littera נ, quæ fere certa est, non habeat formam finalem. Postea lacuna, quam ne conjecturis quidem complere valemus. — Sub finem, מן בני ידיעבל « e filiis Iedîʿbêl », quod nomen gentis esse videtur, ut זבדבול בני, et cet.

Versus 8. E nomine mensis ultima littera tantum superest : ergo vel ן[כנו], vel ן[סיו], vel probabilius ן[ניס]. In epocha notanda numerus 42 nitide scriptus est; signa centenaria deficiunt, sed nullum dubium quin legendum sit 442, id est ann. p. Chr. 131.

Erecta est igitur statua paullo post quam Palmyram visitaverat imperator Hadrianus.

(Impressum mense januario anni 1924.)

3960

(Tab. XIII.)

Sobernheim (β), 21.

Titulus duplici lingua conceptus, ancone exaratus columnæ olim affixo secundæ ab oriente, in minore porticu quæ forum definit ad austrum magnæ porticus (Wood, tab. II, 8). Invenit Puchstein et ectypum sumpsit ad quod efficta est imago nostra.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 21, p. 26; tab. IX. — De eo egerunt Clermont-Ganneau, *Journ. asiat.*, 1905, I, p. 598; et *Rec. d'arch. orient.*, t. VII, p. 15; — Lidzbarski, *Deutsche Literaturzeitung*, 1905, col. 1562; et *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. II, p. 288. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2135.

Textus græcus facie anteriore inscriptus, valde mutilus est, nec integrum palmyreni tituli ope restituere valemus :

Hæc descripsit Puchstein :		Complenda videntur :
ΜΑΡΚΟΝΟΥΛΠΙΟΝΙΑΡΑΙΟΝΑΙ	1	Μάρκον Οὔλπιον Ἰαραῖον Αἰ-
ΡΑΝΟΥΤΟΥΑΒΓΑΡΟΥΟΙΑΝΑΒΑ	2	*ράνου τοῦ* Ἀβγάρου *οἱ* ἀναβά-
Ν[illegible]C[illegible]ΟΥ[illegible]ΛΝΩΝΕΝΠ	3	*ν*[*τε*]*ς* [ἀπὸ Χ]ου[*μ*]άνων ἔνπ-
[illegible]Ο[illegible]ΛΟΥΛΛ	4	[*οροι*].....
[illegible]ΙΑCΩCΕΤΕΙΜΗ[illegible]	5	.....*τειμῆ*[*ς*]
[illegible]Ο[illegible]ΥΝΗΝΟ	6	[ἔνεκε, ἔτ]ο[υς ηξ]υ', (*μ*)ηνὸ[*ς*
[illegible]Α[illegible]	7	[Δύσ*τρου*]

Titulus palmyrenus, latere intuenti sinistro exaratus, latus est $0^{m}, 36$; sic legendus est :



צלמא דנה די מרקס אלפס	1	*Statua hæc (est)* τοῦ *Marci Ulpii*
ירחי בר חירן אבגר די	2	*Iarḥai, filii Ḥairan, (filii) Abgar, quam*
אקימו לה חירן בר ירחי	3	*erexerunt ei Ḥairan filius Iarḥai,*
בר תימא וחביבי בר	4	*filii Taimè, et Ḥabîbî filius*
ירחי בר חירן בני אנובת	5	*Iarḥai, filii Ḥairan, Annubathenses,*
רחמוהי ותגריא די סלק	6	*amici ejus, et mercatores qui adscenderunt*
עמהון ליקרה בירח אדר	7	*cum eis; in honorem ejus, mense 'Adar*
שנת 468	8	*anni* CCCCLXVIII.

In textu græco, v. 3, restituit Puchstein : *ἀναβάν[τε]ς [ἀπ]ὸ [Ὑρκα]νῶν*; melius quidem Clermont-Ganneau : [*ἀπὸ* X]*ου[μά]νων*. Χούμανα oppidum est in Babylonia ad austrum Vologesiæ (Ptol., V, xx, 7).

Versus 1. Marcus Ulpius Iaræus, cui ante annos duos jam statua erecta est; vide sub n° 3928.

Versus 5. בני אנובת, gens Annubathensis, cf. אנבת, supra, sub n° 3905. Erunt fortasse qui intellegant auctores nepotes fuisse Thæmi et Hæranis filiorum Annubathi.

Versus 6. ותגריא « et mercatores », id est amici ejus cum mercatoribus ceteris erexerunt. — סלק : intellegimus 3am pers. plur.; ceteroquin in ipso lapide fortasse sit סלקו; vide imaginem.

Versus 7. עמהון « cum eis », id est cum Ḥairan et Habibi, qui fuerant duces comitatus. Interpretatus est Lidzbarski « mercatores quibuscum adscendit » M. Ulpius : quæ sententia omnino improbabilis videtur, præsertim collato n° 3928.

Erectus est titulus mense martio anni p. Chr. 157.

3961

(Tab. XIV.)

Sobernheim (β), 22.

Eodem loco. Latere anconis affixi columnæ adhuc stantis, tertiæ ab oriente in porticu australi fori. Ectypum sumpsit Puchstein, quod valde imperfectum est, nec integram inscriptionem exhibet. Latus est titulus o^{m}, 51. Lapidem non reppererunt Jaussen et Savignac. Imaginem damus ab ectypo.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 22, p. 29; tab. X. — De eo egit Lidzbarski, *Deutsche Literaturzeitung*, 1905, col. 1562; et *Ephem. für sem. Epigraphik*, t. II, p. 290. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2136.

Hæc in ectypo dispicere nobis visi sumus :



Et restitui partim possunt :

1 צל[ם . . .ו . [בר] אלפי בר ירחי בר
2 . . . . . [זב]דבול [תד]מריא די
3 [אקי]ם [לה]. . . . . א. . . . . א

Id est :

1 [*Statua* τοῦ] . . . . . [*filii*] *'Alphai, filii Iarḥai, filii*
2 [. . . . . *Zab*]*dibôl, Palmyreni, quam*
3 [*erexit ei*] . . . . . .

Versus 1. אלפי; nomen etiam in usu fuit apud Judæos; cf. græcum Ἀλφαῖος, in N. Test. (*Marc.*, II, 14; *Matth.*, X, 3, etc.); prima littera hic dubia, sed nomen recurrit infra sub n° 4018.

Versus 2. Nomen זב]דבול[compleverunt Sobernheim et Lidzbarski. Si vera est lectio, nomen gentis Zabdibooliorum, בני זבדבול (cf. sub n° 3950) fortasse hoc in loco agnoscendum est. — תדמריא : vox num. sing. aut plur. esse potest.

Perierunt postea versus saltem duo. Ad epocham definiendam nihil occurrit.

3962

(Tab. XIII.)

Sobernheim (β), 23.

Eodem loco. Anconem arena submersum, columnæ affixum tertiæ ab austro in porticu occidentali fori, effodit Puchstein; obvia facies hujus anconis titulo duplici lingua, latina nempe et palmyrena, concepto, non satis bene præservato, ornata est. Latus est titulus 0^{m}, 45. Imaginem damus ab ectypo Puchsteiniano.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 23, p. 29; tab. X. — De eo egit Clermont-Ganneau, *Journ. asiat.*, 1905, I, p. 395; et *Rec. d'arch. or.*, t. VII, p. 15. — Lidzbarski, *Ephem. für sem. Epigraphik*, t. II, p. 290. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2137.

Ambæ inscriptiones ita in lapide commixtæ sunt :



Palmyrenum restitue et verte :

צלם קלסתקס קטריונא 1 *Statua Celestici (?) centurionis*

די מן לגיונא די ארבעתא די עבד 2 *e legione quæ (agit) 'Arba'ta; quam fecit*

[.....לה] אלהב[ל בר מלכו 3 *[ei] Elahbe[l, filius Maliku.....]*

In titulo latino v. 1, nomen cohortis I GEBASIS, fere certum est; nec GERAS. licet legere. — Versus 2. Initio : SVPRAVIVVS dispicere sibi visus est Puchstein; nos autem litteras VPRAVI tantum elicere valemus. In medio restituere proposuit Clermont-Ganneau : *qui agun]t* vel *qui tendun]t Hierapoli.* — Litteræ grandiores H et C, utrinque suppositæ, *honoris causa* interpretandæ sunt.

Versus 1. Nomen centurionis incertum; græcis litteris, prætermissis vocalibus, transcribendum esset ΚΛΣΘΚΣ; sed nomen græcum aut latinum cum his plane congruens non invenimus. Tertia littera omnino certa ab ectypo. Fortasse sit nomen Κελεσ*τ*ικός vel Κελευσ*τ*ικός; litteræ ST, nulla intercedente vocali, per סת (non סט) in titulis neopunicis sæpius transcriptæ sunt, ex. gr. ראסתיטטא *Restitutus*, רסתיקא *Rusticus*. — קטריונא. vox lat. *centurio*, sed e græca transcriptione *κεντουρίων* inlata; cf. קטריא *centuria*, sub n° 3908.

Versus 2. ארבעתא, nomen loci, ut videtur; id suadet tum ipsa forma vocabuli quod, si pro appellativo habeas, «quaternitas» non «quarta» vertendum erit, tum usus apud Palmyrenos legiones designandi loci nomine; cf. לגיונא די בצרא (sub n° 3944). Quemadmodum supra, sub n° 3932, vox לגיונא non stricte «legiones», sed «vexillationes» significat, ita hic «cohortem» designat.

3963

(Tab. XIII.)

Sobernheim (β), 24.

Fori porticu; ancone parastatæ affixo, in muro septentrionali, ad orientem portæ lateralis. Titulus duplici lingua conceptus : textus græcus obvia facie, palmyrenus sinistro latere exaratus est. Invenit Puchstein et ectypum sumpsit ad quod efficta est imago nostra. Latus est titulus palmyrenus 0^{m}, 45.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 24, p. 30; tab. XI. — De eo egerunt Clermont-Ganneau, *Journ. asiat.*, 1905, I, p. 395, et *Rec. d'arch. orient.*, t. VII, p. 17. — Lidzbarski, *Ephem. für sem. Epigraphik*, t. II, p. 291. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2138.

Tituli græci pars major evanuit; duo versus superiores tantum exstant, suprema fascia anconis inscripti; sic legendi sunt :

Θαιμαρσᾶν Λισάμσου τοῦ Μαλ[χου]
τοῦ Ἀαβεῖ εὐσεβῆ καὶ φιλόπατρ[ιν]

Textus palmyrenus sic legendus est :



1 [צ]לם תימרצו בר [ל]שמש בר מלכו אעב[י די]
2 [אקי]מו לה בני שירתא די [סלק]ו [ע]מ[ה]
3 [בד]יל די שפר להון ועדרנ[ון בכל צבו כלה]
4 [בי]רח ניסן שנת 4..

1 *Statua Taimarṣu, filii Lišamš, filii Maliku, (filii) Aʿab[î, quam]*
2 *[ere]xerunt ei socii comitatus qui cum [eo adscen]derunt,*
3 *[eo] quod placuit eis et adjuv[it eos in omni re quacunque.]*
4 *Mense Nîsan anni cccc...*

Versus 1. אעבי, gr. Ἀαβεῖς; contulit Clermont-Ganneau nom. nabat. עביו; conjecit Lidzbarski esse deductum e nomine ab עבר incipiente, cum א prosthetico. Recurrit nomen sub n^is 4456, 4457 ubi fortasse viros ejusdem familiæ designat. — Sub finem versus opinatur Lidzbarski periisse voces דחל אלהיא ורחים מריתה, quæ græcum *εὐσεβῆ καὶ φιλόπατριν* exprimerent; sed tot litteras anconis amplitudo non admittit; pauca deesse videntur.

Versus 2-3. Ad analogiam ceterorum titulorum complevimus. Cui longior videbitur restitutio versus 3^i, legat בכל אתר «in omni loco».

Versus 4. Post centenarium numerum alius evanuit.

3964

(Tab. XIII.)

Sobernheim (β), 26.

Inter rudera magni ædificii, ad septentrionem tetrastyli seu quadrivii, occidentem versus. Exaratus est titulus latere sinistro anconis columnæ affixi, nunc eversæ, olim in fronte monumenti erectæ. Versus supremus unus partim servatus est. Latus est lapis o^m, 58. Invenit Puchstein et ectypum sumpsit, ad quod efficta est imago nostra.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 26, p. 32; tab. XII. — De eo egit Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. II, p. 292. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2139.



צלם מעני בר מלכו [בר] .....א את...

Statua Maʿnai filii Maliku, [filii] ..... At.....

Inscriptio accurate sculpta, sed fere evanida. Nihil apparet præter ea quæ transcripsimus. Cum autem sit spatium octo litterarum inter מלכו et א, fortasse restituendum est א[בר ירחבול]. — Lidzbarski ultimum nomen אתעקב conjecit; sed hæc scriptio lapsus est pro עתעקב; aptius videtur nomen אתפני.

Conjicere licet inscriptionem græcam exaratam fuisse in facie anteriore anconis, sicut exarata est ancone proximæ columnæ affixo, ubi apparent vestigia quinque versuum scripturæ, sed adeo evanidæ ut nonnisi aliquot litteras eruere potuerit Puchstein (apud Sobernheim, n° 25); vide in Appendice prima.

3965

(Tab. XIII.)

Sobernheim (β), 27.

Eodem loco; columna ei quæ fert n^um^ 3964 proxima, latere sinistro anconis. Invenit et ectypum sumpsit Puchstein. Fragmentum o^m^, 36 latum. Imaginem damus ab ectypo.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 27, p. 32; tab. XII. — De eo egerunt Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. orient.*, t. VII, p. 17. — Lidzbarski, *Ephem. für sem. Epigraphik*, t. II, p. 292. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2140.

צלם עזיזי בר מל[כו] ..

Statua ʿAzîzî, filii Mal[iku], ...

Inscriptio mutila; initium tantum superest.

עזיזי, nomen nitide scriptum; ad classem nominum pertinet quæ in vocalem î desinunt, ut הביבי, הליפי, etc.

Nomen patris incertum; post primam litteram מ, vestigia litteræ ל satis lucida sunt; unde tum e loco erectionis, tum e dispositione inscriptionis, tum e similitudine scripturæ, verisimile est nostrum ʿAzizum fratrem fuisse Manæi, qui in superiore titulo commemoratus est, ideoque nomen patris restituendum מלכו.

3966

(Tab. XIV.)

Sobernheim (β), 29.

In regione occidentali civitatis, medio itinere ab exitu magnæ porticus ad locum ubi « castra feliciter condidit » Diocletianus, teste titulo latino (*C. I. L.*, III, 133, 6661; vide App. I) ibidem reperto,

bilinguem inscriptionem invenit Puchstein. Jam viderat Uspensky et græcam partim exscripserat (*Bull. de l'Institut russe d'arch.*, t. VII, p. 125). Vidit quoque rev. Jaussen et novum ectypum sumpsit. Tres cylindri quibus constituebatur scapus columnæ humi jacent : summo insculpta est anaglypha viri stantis, medio solarium, imo ambo textus, uterque tabella ansata descriptus. Tabula in qua descriptus est palmyrenus lata est $0^{m},49$, alta $0^{m},37$. Imaginem tabula damus ab ectypo Puchsteiniano.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 29, p. 35; tab. XIV-XV. — De eo egerunt Clermont-Ganneau, *Journ. asiat.*, 1905, I, p. 401; et *Rec. d'arch. or.*, t. VII, p. 17; — Lidzbarski, *Ephem. für sem. Epigraphik*, t. II, p. 293. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2142.

Textum græcum habes in tabula; sic legendus est, et partim complendus :

. . . . . ουσατ . . . . . .
. . . . . τας · ν . . . . . .
Σαλαμ]άλλαθον · [Ἰαριβωλέους τοῦ
Νουρ]βήλου · τοῦ · ἐπικαλ[ουμένο]υ · .α.ι ·
Παλ]μυρηνὸν · φυλῆς · τῆς · αὐτῆς · εὐσεβῆ καὶ
ἀρέ]σαντα · αὐτοῖς · ἐν · πολλοῖς · πράγμασιν ·
ἐ]ν τε · κτίσμασιν καὶ · ἀναθήμασιν ·
ἀναλώμασι · τε · οὐκ ὀλίγοις · τειμῆς ·
ἕνεκεν (ἔ)το(υ)ς · εοτ′ μηνὸς · Περειτίου ·

Textus palmyrenus sic se habet :



Suppletis quibusdam lacunis, transcribimus :

1 צל[מא] דנה די שלמלת בר
2 [ירחבו]לא בר נורבל די מתקרה
3 א[.. ב]ר ידיעבל תדמריא די מן
4 בנ[י מ]עזין די אקימו לה אלת
5 [..... ב]דיל די קם ובנא וקרב
6 [..... ושפר ל]הן בכל גנס כלה
7 [..... צ]למא דנה ועמודא
8 [דנה בירח שבט] שנת 37[5]

1 *Statua hæc (est)* τοῦ *Šalamallât, filii*
2 *[Iarḥibô]lê filii Nurbêl, qui vocatur*
3 *A[...], filii Iedi'bêl, Palmyreni, qui est e*
4 *gente Ma'zyan; quam erexerunt ei .....*
5 ..... *eo quod præfuit, et ædificavit et obtulit*
6 ..... *[et placuit] eis omni modo quocumque.*
7 ..... *statuam hanc et columnam*
8 *[hanc; mense Šebaṭ] anni* CCCLXX[V].

Prænotanda circa textum græcum : novem versibus constitisse monstrat delineatio ansatæ tabulæ, in qua medium tenet linea quinta. Vocabula puncto distinentur, ut sæpe accidit in titulis latinis. Litteræ grandiores in primis versiculis, postea paullo minores fiunt et densior est scriptura : quod etiam observandum est in titulo palmyreno. — V. 2. Ἰαριϐωλέους, conjicimus e palmyreno textu. — V. 3, sub finem, litteræ incertæ : ultima ι, antepenultima α vel λ. — V. 9, in lapide, στοτς pro ἔτους.

Versus 1. Sub finem signa ◇ ✕ mere expletiva sunt, ne deficiente spatio divideretur longius vocabulum.

Versus 2. ירחבולא, conjectura restituimus. — די מתקרה : ad Nurbelum spectare cognomen evidens est e græco titulo, sed «Palmyrenus» ad Salamallathum.

Versus 3. Deleti cognominis, quod tribus vel quattuor signis constitit, primam litteram esse א, certum ab ectypo. Conjicere licet אעבי (cf. sub n° 3963), sed cum hac lectione ægre componere poteris reliquias græcas, nisi legere velis Ἀαϐῖ.

Versus 4. בני מעזין; de ista gente, vide sub n° 3983. — אלת; ita legendum : ▷ enim est signum expletivum. Vox incertæ significationis; si est substantivum, sensum collectivum aut pluralem ei tribuendum esse patet e verbo אקימו, 3ª pers. masc. plur. Asserit Lidzbarski esse pronom. demonstrativum «illi», Iemenico usu; unde etiam origo gentis insinuatur. In hac hypothesi initium versus quinti compleri potest מן כיסהון «suis impensis». Sed etiam nomen cum voce initio versus seq. deperdita constructum conjicere licet.

Versus 5. קם ובנא; cf. קם ושמש (n° 3924); ad litt «stetit et ædificavit», id est «cœpit ædificare», secundum Clermont-Ganneau, quæ opinio usu quidem aramaicæ et arabicæ grammaticæ firmatur; hic tamen minus bene cum contextu congruere videtur; nobis potius «præfuit» vertendum; recordare sententiæ קם ברשהון, supra, sub n° 3916.

Versus 6. Ante ושפר להן, quæ locutio respondet græco *ἀρέσαντα αὐτοῖς*, spatium non admittit plus quam octo litteras. — גנס, vox græca *γένος* «genus».

Versus 7, initio desunt litteræ circiter XI; restituenda

(Impressum mense januario anni 1924.)

formula מטול כות עבדו לה, aut quid simile; vide sub n° 3917.

Versus 8. Restituto nomine mensis שבט, e græco Περειτίου, spatium superest tantum ad tres vel quatuor litteras præponendas; probabiliter complendum דנה. — Numerus quintus, e græco restituendus, non apparet in ectypis; lege 37[5].

Erectus est titulus mense februario anni p. Chr. 64.

3967

(Tab. XIV.)

Sobernheim (β), 38.

Fragmentum anconis; latum est $0^{m},60$. Inscriptio palmyrena tribus tantum versibus constat, sed partim evanida. Lapis jacet ad austrum templi Castrorum. Invenit et ectypum sumpsit Puchstein; delineationem etiam fecit Dan. Krencker, ejus socius. Ab ectypo efficta est imago nostra.

Edidit, addito apographo Krenckeri, M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 38, p. 45; tab. XX. — Retractavit Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. II, p. 299. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2147.



1 [צלמא] דנה ד[י] מלכו בר [שעד]י עתי ד[י עבד]

2 [לה ח]ני בר ענא חני ואחוהי ליקר[ה]

3 בירח אב שנת 461

1 [*Statua*] *hæc* (*est*) τοῦ *Maliku*, *filii* [*Ša'd*]*ai*, (*filii*) *'Attai*, *quam fecerunt*

2 [*ei Ḥag*]*gai*, *filius 'Ogê*, (*filii*) *Ḥaggai et frater ejus*, *in honorem* [*ejus*].

3 *Mense 'Ab anni* CCCCLXI.

Versus 1. Pro מלכו, legit Lidzbarski ימלכו (Ἰάμλιχος; vide sub n° 4123), cui lectioni favere videtur grande spatium inter די et nomen proprium; sed litteræ י nullum exstat vestigium. — Patris nomen evanuit, excepta littera ultima י; vestigia litteræ ש tamen dispicere licet. י[עד]ש restituimus, potius quam י[נר]ש, quod sub n° 4370 inveniemus quemdam מלכו שעדי, fortasse idem ac noster. שעדי; græce Σαδαῖος (Wadd., 2197; cf. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch.*, IV, p. 131). — עתי, nomen utriusque generis, hic masc., sed femin. sub n° 4146 et sæpius, gr. Ἀθθαία. Coarctatum e nomine theophoro; cf. עתעקב ex עתעי, sub n° 4010.

Versus 2. Initio, litteræ גי satis probabiles in ectypo; legendum itaque חני, i. e. חַנֵּי, nomen coarctatum e longiore forma. Cf. nom. biblicum חַגַּי, Ἀγγαῖος, «festivus».

Erectus est titulus mense augusto anni p. Chr. 150.

3968

(Tab. XIV.)

Sobernheim (β), 39.

Eodem loco. Fragmentum tituli bilinguis, a superiore et dextera parte mutili. Latum est $0^{m}, 52$, altum $0^{m}, 25$. E titulo græco vestigia tantum ultimi versus supersunt; titulus palmyrenus sex versibus constat, ab initio mancis. Invenit et ectypum sumpsit Puchstein. Imaginem ab ectypo damus.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 39, p. 46; tab. XXI. — De eo egerunt : Ch. Clermont-Ganneau, *Journ. asiat.*, 1905, I, p. 403; et *Rec. d'arch. or.*, t. VII, p. 19. — M. Lidzbarski, *Deutsche Literaturzeitung*, 1905, col. 1563; et *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. II, p. 299. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2148.

E textu græco, media circiter linea ultima, supersunt litteræ : [illegible]..ΘЄΩΝΙЄΡ[illegible].
Textus palmyrenus sic legendus et transcribendus est :



1 [צלמא דנה די] ..קלים הגמונא עבדו כמרי ענלבול
2 . . . . . הלסס באפמלטות ירחבולא בר
3 . . . . . ומלכו בר עוידא אנקיר וענא בר
4 . . . . . [ו]נצריחבי בר ענא נצריחבי ארטבן
5 . . . . . מקי ורבאל בר חירן בנשו
6 [בירח .... שנת] 447

1 [*Statuam hanc* τοῦ . . . .]*clii præsidis fecerunt sacerdotes* (*dei*) *ʿAglibôl*
2 . . . . . *HLSS, sub procuratione Iarḥibôlê filii*
3 . . . . . *; et Maliku f. ʿAuîdâ,* (*filii*) *ʾAnaqîr* (?)*; et ʿOgê fil.*
4 . . . . . [*et*] *Naṣrî-Ḥabbai f. Ogê* (*filii*) *Naṣrî-Ḥabbai ʾArṭaban*
5 . . . . . (*filii*) *Maqqai; et Rabêl f. Ḥairan,* (*filii*) *Bagišu.*
6 [*Mense* . . . . . *anni*] CCCCXXXXVII.

Initio cujusque versus desunt circiter XII litteræ, ut liquet e restitutione versus sexti. Quantum judicare licet continebat titulus catalogum sacerdotum dei Agliboli, qui erexerunt statuam alicui præfecto aut præsidi. Saltem quinque fuerunt; singulorum patris et avi nomina tradita sunt, ut mos fuisse videtur in hujusmodi titulis (vide sub n° 3980). Ob lacunas incertum est utrum recto an obliquo casu nomina quibus præmititur ו copulativum apposita sint.

Versus 1. קלים..., nomen quoddam græcæ originis mutilum, desinens in litteras ... *κλειος*, *κλιος* (v. gr. Ἡράκλειος) aut ... *κλης*, *κλεις*, *καλιος*, *κελιος*, etc. — הגמונא, *ἡγεμών*; interpretari licet de munere civili aut militari. — כמרי ענלבול; cf. supra, sub n° 3919 כמרי בל; quique deus collegium sacerdotum habuit.

Versus 2. הלסס : lectio certa; vox integra, ut liquet e spatio vacuo ante primam litteram; nomen peregrinæ originis, probabiliter græcum; Ἥλισσος (?). — אפמלטות, vox græca *ἐπιμελητεία*.

Versus 3. Legerunt editores אנקי בר ענא; sed lectio nostra tum ectypo tum œconomia contextus probatur. אנקיר, nomen arabicum potius quam persicum suspicamur; fortasse אנקיד, si punctum casu superpositum est ultimæ litteræ : non enim alibi apparet in titulo.

Versus 4. נצריחבי. Nomen compositum, cujus partes e longiore forma coarctatas esse conjecerunt Clermont-Ganneau et Lidzbarski, nempe נצרי e נצרלת aut simili nomine, חבי autem e חביבי. — ארמבן, nomen persicum (cf. Justi, *Iranisches Namenbuch*, p. 31). Videtur hic esse cognomen, si quidem proavi nomen non recitatur in ceteris genealogiis.

Versus 5. בנשו, nomen nobis novum; arabicum sapit. Contulit Lidzbarski بَجِيس « abunde fluens ».

Erectus est titulus anno 447, qui initium habet a kal. octobr. anni p. Chr. 135.

3969

(Tab. XII.)

Sobernheim (β), 41.

Titulum invenit Puchstein in horto prope fontem. Fracto lapide, pars sinistra periit; latum est fragmentum 0^{m}, 34. Imaginem damus ab ectypo.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 41, p. 48; tab. XXIII. — De eo egerunt : Ch. Clermont-Ganneau, *Journ. as.*, 1905, I, p. 405, et *Rec. d'arch. or.*, t. VII, p. 21. — Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. II, p. 301. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2150.



צלמתא דה די עתאם ב[רת].. 1 *Statua hæc (est)* τῆς *'Até'êm, [filiæ.....]*
אושי אתת בולחא [בר].... 2 *'Ašai, uxoris* τοῦ *Bôlḥâ [filii .....;]*
די אקים לה ענלבולא [בר].... 3 *quam erexerunt ei 'Aglibôlê [filius .....]*
ובני כמרא בירח אדר ש[נת] 4 *et gens Chomarenorum, mense 'Adar [anni ccc]*
[3]94 5 *LXXXIIII.*

Versus 1. עתאם; lectio certa, cum vocabula sint spatio distincta in lapide; sensus esse potest «'Até (est) mater mea», scilicet עתאמי pro עתאם, sicut בלשור pro בלשורי, cf. nos 4124, 4129. Sequebatur nomen patris, quod periit.

Versus 2. אושי, nomen avi; cf. nabat. אושו, quod frequentissime occurrit in titulis sinaiticis. Videtur forma nostra decurtata e אושאלהי aut ex alio nomine eadem ratione composito.

Versus 3. ענלבולא, «Agliboles»; nomen personæ e nomine divino ענלבול deductum, sicut ירחבולא e ירחבול; postea exspectes notam filiationis; fortasse scriptum fuit ברה «filius ejus».

Versus 4. בני כמרא «gens Chomarenorum»; vide sub n° 3915.

Numerus annorum centenarius periit. Species scripturæ antiquior et non dissimilis ab ea quam invenimus sub nis 4109, 4113, suadet numerum tertium restituendum. Mensis Adar anni Syrorum 394, respondet martio anni p. Chr. 83.

3970

(Tab. XVI.)

Sobernheim (β), 43.

Juxta rudera basilicæ christianæ (Wood, pl. II, n° 25), invenit Puchstein postes et supercilium januæ domus antiquæ; quattuor autem fasciis supercilii exaratus est titulus duplici lingua conceptus. Lapis longus est 2^{m}, 85, altus 0^{m}, 50. Inscriptiones partim evanidæ sunt : græca, ad ectypum sedulo collata, sequenti pagina exhibetur; imaginem autem tituli palmyreni tabula damus ab ectypo quod anno 1914 expresserunt rev. Jaussen et Savignac.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 43, p. 50; tab. XXV. — De eo egerunt Clermont-Ganneau, *Journ. asiat.*, 1905, I, p. 405; et *Rec. d'arch. or.*, t. VII, p. 22. — Lidzbarski, *Deutsche Literaturzeitung*, 1905, col. 1564; et *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. II, p. 303. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2152.

Inscriptio palmyrena, infra græcam exarata, sic hebraicis litteris transcribenda et conjecturis complenda videtur :

ברבנות מרזחות שלמא בר מלכו בר בלידע [עבד צלמי]א אלן שתא 1
מן כיסה בירח ניסן שנת 514 2

1 *Sub symposiarchia* τοῦ *Šalmê, filii Maliku, filii Bêliadaʿ, (ipse) [fecit imagines] has sex,*
2 *de sua crumena, mense Nîsan anni* DXIIII.

Hunc in modum lapide dispositæ sunt inscriptiones :

Pars sinistra :



Pars dextera :



Lacunas græci textus partim complere licet :

1 Αὐτοκράτορα Καίσαρα Λ. Σεπτίμιον Σεουῆρον Εὐσεβῆ Περτίνακα Σεβαστὸν Ἀραβικὸν Ἀδιαβηνικὸν Παρθικὸν μέγιστον

2 κα[ὶ Αὐ]τοκ[ράτορα Καίσαρα Μάρκ]ον [Α]ὐρ[ήλι]ο[ν] Ἀντωνεῖνον Εὐσεβῆ Σεβαστὸν . . . . . καὶ Ἰουλίαν Δό-

3 μν[αν] Σεβαστὴν Μητέρα τῶν ἱ[ερῶν στρατ]οπέδων καὶ [Αὐτοκράτορα Καίσαρα Π. Σεπτίμιον Γέτα Σεβαστὸ]ν, δεσπότας γῆς καὶ θαλάσσης καὶ

4 [πάντὸς ἀνθρώπ]ων γέ[ν]ους Σά[λμης Μα]λίχου τ[οῦ Βω]λιάδους ἀρχιερεὺς καὶ συ[μποσία]ρχος ἱερέων μεγίστου Θεοῦ Διὸς Βή-

5 [λου] . . . . . ἐξ ἰδίων ἀνέστησεν ἔτους [δ]ιφ′ μηνὸς Ξανδικοῦ.

In textum græcum notavit Puchstein spatium inter *σεβαστὸν* et *καὶ Ἰουλίαν* (v. 2) litteris vacare non ob lapidis vitium sed ob rasuram; fortasse quod erraverat lapicida : non enim videtur quid desit. — V. 3, nomina Getæ consulto abrasa sunt (quod et in aliis Syriæ inscriptionibus factum est; vide Waddington, n^is^ 2460, 2374 *a*); scriptum fuit *καὶ* [*Αὐτοκράτορα Καίσαρα Π. Σεπτίμιον Γέτα Σεβαστὸ*]*ν*. — V. 4. Nomina dedicantis restituit Puchstein hoc modo : Σ[*άλμης Μα*]*λίχου* [*τοῦ Ἀγγα*?] Ἰ[*α*]*δους*. Nomina *Σάλμης* et *Μαλίχου* cum palmyreno titulo congruunt, et litteræ ΙΑΔΟΥϹ ab ipso ectypo certæ videntur, sed nomen inauditum ΑΓΓΑ cum vestigiis minime quadrat. Inspectis autem ectypis, nobis lectio [Βω]*λιάδους* probabilior est quam [Βη]*λιάδους*, etsi

hanc commendare videantur textus palmyrenus et conjectura Puchsteiniana; ΒΗΛ enim facilius quam ΒΩΛ in ΑΓΓΑ mutare potuit Puchstein. — V. 5, in numero annorum litteram δ, in ectypo non conspicuam, collato palmyreno restituimus.

Perfecta fuit inscriptio palmyrena duobus versibus.

Versus 1. רבנות מרוחות, vide supra, sub n° 3919. — Circiter XI litteræ partim evanuerunt ante אלן. Post בר legimus בלידע; litteras בל dispicere licet, et litteræ ידע fere certæ sunt; lectio non omnino congruit cum reliquiis græci tituli, in quo restituimus Βωλιάδους, non autem Βηλιάδους; ergo, vel emendanda est lectio græca, vel בלידע esse pro בולידע conjiciendum est; cf. בלחא pro בולחא (sub n° 4560). Recurrit nomen בלידע sub n° 3995, ubi lectio omnino certa est. Cf. apud Syros ܒܠܝܕܥ, nom. episcopi in Perside, sæc. quarto (*Thes. syr.*, s. v.).

Ultimæ voces אלן שתא certæ sunt ab ectypo; inde oritur difficultas, si quidem quattuor tantum personæ titulo græco enumeratæ sunt; eam solvere sibi visus est Lidzbarski restuendo צמודיא, id est « columnas » has sex; sed revera innuit accusativus græcus imagines (צלמיא) imperatorum, quibus fortasse additæ fuerunt imagines duæ deorum.

Mensis Nisan anni 514 respondet aprili anni p. Chr. 203.

3971

(Tab. V.)

Etsi non proprie pertineat ad eamdem seriem, titulum hic ponimus, qui plurimum confert ad illustrationem titulorum in honorem Odænathi et Zenobiæ (nis 3946, 3947) erectorum. Est autem cippus rotondus in usum miliarii accomodatus; ejus altitudo 1m, 30; circumductus 1m, 10 circa medium, inferius 1m, 35. Exstat in loco vulgo dicto el-Kerâsi, ad occidentem Palmyræ, iter trium circiter horarum (vide sub n° 3994). Invenit anno 1861 H. Waddington, qui primas lineas tituli græci exscripsit et edidit (*Recueil*, n° 2628). Vidit quoque rev. G. Post, et dein Al. Musil, qui apographum fecit quod vulgavit J. Kalinka. Mense autem julio anni 1914, rev. Jaussen et Savignac totum lapidem effoderunt et pretiosum titulum in lucem restituerunt. Non integrum tamen; nam pars suprema, Diocletiani tempore, consulto deleta est ut inscriptio latina inscriberetur. Fuit autem titulus bilinguis, græcus et palmyrenus. Imaginem totius scripturæ, etiam latinæ superadditæ, ad ectypum Jaussenianum effictam tabula damus.

Titulum græcum edidit Waddington, n° 2628; hinc disseruit J. Oberdick, *Die Römerfeindlichen Bewegungen im Orient*, p. 153. Rursum dedit J. Kalinka, *Jahreshefte des archæol. Instituts in Wien*, t. III [1900]; *Beiblatt*, p. 24, n° 10; et inde Dittenberger, n° 649; R. Cagnat, *Inscript. Græcæ ad res Rom.*, III, n° 1028.

Titulum palmyrenum edidit et fuso commentario utrumque instruxit Ch. Clermont-Ganneau, *Odeinat et Vaballat, rois de Palmyre, et leur titre romain de Corrector*, in ephem. *Revue biblique*, 1920, p. 382-419.

Ex antiqua inscriptione hæc supersunt :

[illegible]
[illegible]A[illegible]
ΤΗΡΙΑCCЄΠΤΙΜΙΑCΖΗΝΟ
ΒΙΑCΤΗCΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗC
ΒΑCΙΛΙCCΗCΜΗΤΡΟCΤΟΥ
ΒΑCΙΛЄΩC. .[illegible]Υ[illegible]



Græcam inscriptionem mutilam lege ..... [κ]α[ὶ ὑπὲρ σω]τηρίας Σεπτιμίας Ζηνοβίας τῆς λαμπροτάτης βασιλίσσης μητρὸς τοῦ βασιλέως, ...υ.....

Textus palmyrenus transcribendus, complendus et vertendus est :

על ח[יוה] וז[כותה די] ספטימיוס	1	*Pro salute et [victoria] Septimii*
והבלת אתנדר[וס נהי]רא מלך מלכא	2	*Vahballathi Athenodori, illustrissimi Regis regum*
ואפנרחטא די מדנחא כלה בר	3	*et Correctoris totius Orientis, filii*
ספט[ימי]וס [אדינת מלך] מלכא ועל	4	*Septimii [Odænathi Regis] regum; et pro*
חיה די ספטימיא בתזבי נהירתא	5	*salute Septimiæ Batzabbai, illustrissimæ*
מלכתא אמה די מלך מלכא	6	*reginæ, matris Regis regum,*
בת אנטיוכוס מ 14	7	*filiæ Antiochi. M. XIIII.*

E titulo latino, in parte suprema rescripto, pauca supersunt; Waddington nonnisi litteras DN dispexit. Savignac ad ipsum lapidem exscripsit :

DN
AVR VAL DIOCLE
V COI PAL
XIII

V. 3, legendum *Col*[*onia*] *Pal*[*myra*].

Ultima signa græca evanida, e collatione aliorum titulorum hujusmodi lapidibus in eadem via repertis inscriptorum, sagaciter et cum summa probabilitate restituit Clermont-Ganneau :

ΘΥΓ·ΤΟΥ ΑΝΤΙΟΧΟΥ
θυγ(*ατρὸς*) *τοῦ Ἀντιόχου*

quæ ad verbum congruunt cum textu palmyreno.

Quæ Waddingtonus existimavit esse relliquias antiquioris tituli græci, cum ipsi fere integra videretur inscriptio Zenobiam commemorans, sunt revera primi versus ejusdem tituli, nomina Vaballathi exhibentes. E titulo palmyreno conjicere licet hanc aut fere talem restitutionem :

[Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ νείκης
Ἰουλίου Αὐρηλίου Σεπτι-
μίου Οὐαβαλλάθου Ἀθηνοδώ-
ρου τοῦ λαμπροτάτου βασι-
λέως καὶ ἐπανορθωτοῦ πά-
σης ἐπαρχίας, κ]α[ὶ ὑπὲρ σω-]

Versus 1. חיוה, cum pronomine suffixo; hujus pleonasmi exemplum aliud habes v. 5. — Cum littera ו, post ו copulativum, satis nitida appareat, legimus וזכותה. Respondet זכותא græco *νείκη*. — ספטימיוס, Julius Aurelius Septimius Vaballathus Athenodorus, filius

Odænathi et Zenobiæ, cujus nomine imperium mater tenuit annis 267-271 p. Chr. Cf. *Prosop. imp. Romani*, III, p. 215, n° 347. Vide stemma familiæ, sub n° 3945.

Versus 2. והבלת אתנדרום, Athenodorum esse translationem nominis Vaballathi, «Allat (deæ) donum», jam pluries monuimus.

Versus 3. אפנרחטא, vox græca *ἐπανορθωτής*, «corrector». Lectionem invenit Clermont-Ganneau. Inde confirmatur ejus conjectura de sensu vocis מתקננא sub n° 3946. Vide quæ de munere correctoris, inter amplissimos dignitatis gradus recensendo, in supra laudata commentatione fuse exposuit.

Versus 4. Lacunas supplevimus. Lectio certa videtur.

Versus 5. חיה, cum pronom. suffixo 3ae personæ femin. — בתובי, Zenobia; vide sub n° 3947.

Versus 7. אנטיוכוס, nom. græc. *Ἀντίοχος*. Prima vice occurrit testimonium authenticum de nomine patris Zenobiæ. Antiochum eum esse qui, post cladem Zenobiæ, a Palmyrenis imperator salutatus, ab Aureliano captus fuit (cf. *Prosop. imp. Rom.*, I, p. 83, n° 580), conjecit Clermont-Ganneau. Hanc autem hypothesim oblocutus est Th. Reinach; eo opinante, non congruit cum significatione vocis «parentis» apud scriptores hujus ætatis, nec cum eorum ratione loquendi; verba enim «cuidam parenti» (Vopiscus), «conditionis humilitatem» (Zosimus), remotam cognationem innuere videntur.

מ, littera initialis; pro מיל, plur. מילין, in libris targumicis. — Numerus sequitur nitide scriptus XIV. In titulo latino rescripto legitur numerus XIII. Uterque genuinus esse potest, ut adnotavit Savignac, si initium viæ Zenobia a magno templo, Diocletianus autem a loco ubi castra posuit, constituerunt.

Via in qua miliarium circa annos 268-270 positum fuit, Palmyra Emesam tendebat. Miliaria alia nomine Zenobiæ insignita, sed græce tantum scripta, habemus; alia etiam nomine Vaballathi, tum græce tum latine. Vide Appendicem primam.

ARTICULUS III.

VOTA ET ANATHEMATA.

Inscriptiones hoc articulo explicandæ, si paucas exceperis, insculptæ sunt aris lapideis, quas aut in favores supernos sibi conciliandos, aut pro collatis beneficiis in grati animi testimonium, diis offerebant Palmyreni. Hæc monumenta, quorum specimina aliquot tabulis nostris, aliorum vero schemata sequenti pagina exhibentur, quin in locis sacris olim disposita fuerint dubitandum non est; pleraque tamen, non primitivo loco, sed in cœmeteriis, ubi nunc Arabes pagi incolæ mortuos suos sepeliunt, reperta sunt; hos enim lapides, undique quæsitos et præsertim e magno templo cœmeteriis vicino, illuc advexerunt, quos, pro more islamico, in modum stelæ, ad caput defuncti tumulis defigerent. Cum autem, hac de causa, in tractandis hujusmodi titulis loci rationem habere omnino impossibile esset, duplicem normam nobis proposuimus, nempe: et inscriptiones quæ eidem numini dedicatæ sunt collegere, et ordinem chronologicum sequi. A dedicationibus quæ minus frequentes occurrunt incipiemus.

(Impressum mense januario anni 1925.)



ARÆ PALMYRENÆ QUIBUS INSCRIPTI SUNT TITULI.

Singulas ad decimam naturalis amplitudinis adumbravit R. Savignac.

3972

Müller (β), 1.

(Tab. XVII.)

Cippus lapideus quadratus, altus $0^m, 47$, latus $0^m, 32$. Anaglypho exhibetur protome viri barbati, militari vestimento induti; manu tenet dextera hastam cui circumvolutus serpens adhæret, sinistra vero circulatum clypeum; sinistro latere pendet gladius; humero quoque sinistro scorpius erecto corpore innititur. Est quidem figura dei cui stela sacrata est. Infra anaglyphum exarata est quattuor versibus inscriptio palmyrena. Quando et quonam loco repertus sit lapis, ignoramus. Nunc asservatur in Museo Britannico (Semitic Room, n° 581). Imaginem ab ipso monumento expressam damus.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenica aus dem British Museum*, II, in *Wiener Zeitschr. für die Kunde des Morgenl.*, t. VIII [1894], p. 11. Jam notitiam dederat in *Verhandlungen der XLII^en Versammlung Deutscher Philologen... in Wien 1893*, p. 342, — Cf. J.-B. Chabot, *Journ. as.*, 1921, I, p. 198.



1 בירח איר שנת 366 מצבא *Mense ʾIiar anni CCCLXVI, stelam*

2 דנה נצב עתנתן בר זבדעתה תשכב[א] *hanc erexit ʿAtênatan filius Zabdeʿateh, reclinatorium*

3 לשדרפא אלהא טבא די יהא *τῷ Šadrapâ deo bono, ut sit*

4 גיר בה הו ובני ביתה כלהן *hospes ejus ipse et domestici sui omnes.*

Versus 1. מצבא, e verbo נצב «plantavit, erexit»; ipsamet stela lapidea; cf. נצב in inscriptione aramaica regis Panamu, et etiam מצבת in punico titulo coronæ, quanquam apud Pœnos monumentum sepulcrale vox sæpius designet. Consonat sermo biblicus מצבת הבעל «imagines Baalis» (II *Reg.*, III, 2; etc.); simili modo, in titulis ḥimyariticis מצב עתתר est imago lapidea dei Aṭtar (Halévy, n° 208).

Versus 2. עתנתן, id est עתה־נתן «ʿAthê dedit». — זבדעתה, vide sub n° 3928. — תשכבא; Müller, male : תשפר. Ultima littera fere evanuit; cf. nabat. משכבא, sub n° 234; תשכבא proprie significat «cubile» : quod sensu carere videbitur, nisi numen in lapide quocumque modo habitare intellexerit auctor.

Versus 3. שדרפא, Σατράπης, *Satrapes*, deus Phœnicum, de quo fuse scripsit Clermont-Ganneau, *Le dieu Satrape et les Phéniciens dans le Péloponèse* (*Journ. asiat.*, sér. VII, t. X [1877], p. 157 et seq.; t. XII [1878], p. 237). Vide ad calcem hujus vol., App. II. — יהא, pro יהוא, jam supra, n° 3913, II, v. 107.

Versus 4. גיר «hospes», ξένος, et quidem, ut apud Latinos, duplici sensu : qui petit vel qui dat hospitium; inde, pro contextu, aut «cliens» aut «patronus» intellegendus. Hic vero sensus est : ut ipse ʿAtenatan, cum suis, «fiat hospes apud eum (בה) deum», id est ut tutelam in eo inveniat. — בני ביתה, ad verbum «filii domus ejus» seu «domestici» Romanorum sensu, id est, quicumque ad familiam pertinent : amici, clientes, servi. Num etiam filios et sanguine propinquos hoc vocabulo designarunt Palmyreni, incertum est; aliquando enim filii et domestici seorsum commemorati sunt; vide sub n^is 3991, 4036, 4051.

Erectus est titulus mense maio anni p. Chr. 55.

3973

Littmann, 6.

Titulus inscriptus ara lapidea quam, ad orientem magni templi, quadraginta circiter passus, eversam, anno 1900 invenit Enno Littmann. Alta est 1^{m}, 05, lata circa medium 0^{m}, 46. Attrito lapidis angulo, una aut altera littera initio linearum periit. Supra titulum, ima parte exaratum, exstat anaglyphum viri baculo innixi. Apographum a Littmann sumptum hic subjicimus.

Titulum edidit Enno Littmann, *Deux inscriptions religieuses de Palmyre*, in *Journal asiatique*, IXe série, t. XVIII [1901], p. 381-390. — De eo egerunt : Ch. Clermont-Ganneau, *Note sur les deux inscriptions religieuses de Palmyre* etc., *ibid.*, p. 521-528; et rursum : *Le dieu nabatéen Chaï al Qaum*, in opere suo : *Recueil d'archéol. orient.*, t. IV, p. 382-402, et t. V, p. 45, 179. — J. Wellhausen, in *Göttingische gelehrte Anzeigen*, anno 1902, p. 269. — H. Derenbourg, *Un dieu nabatéen ivre sans avoir bu de vin*, in diario *Revue des Études juives*, t. XXX [1902], p. 124-126. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigr.*, t. I, p. 345-346. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 285. — G. A. Cooke, *A Text-Book of North-Semitic Inscriptions*, n° 140 B. — Denique, anno 1904, Littmann repetiit, addito apographo, in opere *Semitic inscriptions* (Part IV of the Publications of an American archæological Expedition to Syria in 1899-1900), *Palmyrene Inscriptions*, n° 6, p. 70 et seq. — Et rursum aliquot animadversiones protulit Ch. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. or.*, t. VII, p. 31. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 815.



1 [ת]רתן עלותא אלן עבד עבידו בר ענמו
2 [בר] שעדלת נבטיא רוחי[א] די הוא פרש
3 [ב]חירתא ובמשריתא די ענא
4 לשיעאלקום אלהא טבא ושכרא די לא
5 שתא חמר על חיוהי וחיי מעיתי
6 ועבדו אחוהי ושעדלת ברה בירח
7 אלול שנת 443 ודכיר זבידא בר
8 [ש]מעון בר בלעקב גירה ורחמה קדם
9 שיעאלקום אלהא טבא ודכיר כל
10 מעיד עלותא אלן ואמר דכירין
11 [ה]א אלן כלהון בטב

1 *Duas aras has fecit ʿObaidu, filius ʿAnamu,*
2 *filii Šaʿdallât, Nabatæus, Ruḥæus, qui fuit eques*
3 *in Ḥîrtâ et in castris ʿAnâ,*
4 *τῷ Šaʿ al-Qaum, deo bono et remuneratori, qui non*
5 *bibit vinum; pro salute sua et salute Moʿîtî*
6 *et ʿAbdu, fratrum suorum, et Šaʿdallât, filii sui; mense*
7 *ʾElul anni CCCCXXXXIII. Et commemoratus sit Zebîdâ filius*
8 *Šimʿôn, filii Bêlʾaqab, ejus hospes et amicus, coram*
9 *Šaʿ al-Qaum, deo bono. Et commemoratus sit quicumque*
10 *frequentat aras has et dicit : « Commemorati sint*
11 *isti omnes in bono ! »*

Versus 1. תרתן עלותא : duas aras erexerat auctor; utrique eumdem textum inscriptum fuisse conjicere licet e n° 3994; — עבידו, ענמו, nomina apud Nabatæos usitatissima.

Versus 2. שעדלת; שעד־אלת « felicitas Allat ». Dea אלת, Allât, Ilât, commemoratur quidem in titulis nabatæis (n^is 170, 182, etc.) et supra, sub n° 3955; vocabula cum ejus nomine composita, ut אמתלת, והבלת, עבדלת, שלמלת, littera א semper elisa, in titulis palmyrenis sæpius inventa sunt. — רוחיא qualitatem notat : sive e genere τοῦ Ruḥu, sive e loco רוח vel רוחא dicto oriundus. — פרש « eques »; utrum Romanorum stipendio an Palmyrenorum militavit, ignoramus. Romanorum opinamur; attamen Palmyrenos in via ad sinum Persicum præsidia habuisse quæ mercatorum comitatus tutarentur verisimile est.

Versus 3. חירתא « arx », castellum munitum; etiam nomen proprium plurimorum locorum fuit, et hic ita intellegendum videtur; probabiliter الحيرة, *al-Ḥîra*, in Babylonia (prope hodiernam *Mešed-ʿAlî*). — ענא, nomen loci; عانة ad Euphraten; antiqua nominis forma, cum ת in fine ubique scripta est : gr. Ἀναθώ, Ἄναθα; talmud. ענת; syr. ܥܢܬ; in documentis assyriis Anat (*A-na-at;* cf. *Rev. bibl.*, 1924, p. 107).

Versus 4. De שיע־אלקום deo Nabatæorum, vide quæ habet Clermont-Ganneau, *Rec.*, IV, p. 390. — שכרא « remunerator »; infra, סכרא (n° 4013), et in plur. num. אלהיא סכריא (n° 3974). H. Derenbourg, collato *Is.*, LI, 21, vertit « ebrius » : sententia ne refutatione quidem digna.

Versus 5. שתא « bibens », part. præs. verbi; conjecit Lidzbarski משתא, in conjug. *aphel*, « qui ad vinum bibendum non incitat »; sed spatium deest quo מ restituatur; vertendum igitur : « qui non bibit vinum », id est, cui vinum libare prohibitum est; ara dei βωμὸς νηφάλιος fuit, cf. *C. I. Attic.*, II, n° 1651. — מעיתי : nomen jam invenimus sub n° 3957.

Versus 8. גירה « hospes », vide sub n° 3972; hic autem « patronus »; גירה ורחמה, cf. רחמה וקיומה, τὸν φίλον καὶ προσλάτην (n^is 3941, 3943), et strictius, quoad voces : τὸν αὐτοῦ ξένον καὶ φίλον (*C. I. G.*, n° 2502). Vir Nabatæus, peregrinus, viro Palmyreno qui ipsum hospitio recepit bona exoptat.

Versus 10. מעיד, partic. verbi עוד; sensum « frequentandi » seu « visitandi » suadet analogia cognatarum linguarum; cf. arab. عاد, et syr. ܐܬܝܕ. Edidit Littmann מעיד [רי], sed particulam restituere, si fides apographo detur, ægre sinit spatii angustia, nec grammaticæ leges eam postulant.

Versus 11. Initio, una vel duæ litteræ perierunt; נש[א] restituit Littmann : exspectes אנשא; fortasse melius Clermont-Ganneau אל[ה]א conjecit; cf. הא זא (supra n° 113, l. 15), et pronom. demonstrat. targum. האלין, syr. ܗܠܝܢ, quæ coalescunt ex הא אלין.

Erectus est titulus mense septembri anni p. Chr. 132

3974

Sobernheim (α) 7; Littmann, 8.

(Tab. III.)

E via ad murum australem magni templi strata, in aulam satis amplam, nuper exstructam, arctus patet accessus; parieti autem dexteræ hujus aditus insertum lapidem magnum anaglypho et inscriptione ornatum, mense martio anni 1899, invenit Mauritius Sobernheim, qui etiam anaglyphi imaginem arte photographica expressit et inscriptionis apographum sumpsit. Latum est anaglyphum circiter $0^m,98$, altum $0^m,32$; inscriptio, ima et dimidia tantum parte lapidis exarata, longa est $0^m,55$, alta $0^m,105$. Rursum, anno sequenti, E. Littmann monumentum vidit, textum delineavit, et anaglyphi figuras accurate descripsit; cujus verba hæc sunt : « There are seven figures, apparently divided into two groups, that on the left containing four persons, that on the right three, two of whom are mounted. It is not altogether certain, however, that a complete separation of the figures into two groups was intended. Be this as it may, the four figures at the left are on a larger scale than those at the right. Beginning at the extreme left, the first figure is in profile, facing the right. It is apparently the figure of a naked boy, as Dr. Lidzbarski recognized; it is seated on a throne, and is raising some object to the mouth. This boy cannot be seated on the knee of the next figure, as Lidzbarski suggests, not only because the former is placed too far to the left, but also because his head is raised above the heads of the next three figures. The latter are on a *klinè* and face the front; the central one of the three is raising its right arm above its head. All three appear to be female. The fifth figure is in three-quarter view, turned partly toward the two mounted figures at the right. The figure is draped to the ankles. The left hand is laid upon the breast, while with the right this person seems to be placing some offering upon the little altar which stands before him. The mounted figures face toward the left. The first is mounted on a camel; he wears a sort of kilt skirt reaching to the knees, and seems to have a helmet on his head and a staff in his right hand. The last figure of all, on the extreme right, is mounted on a horse or a mule; he is dressed in a robe falling to the ankles. » Quæ autem inter inscriptionem et anaglyphi figuras sit necessitudo, nobis non apparet; miramur quoque titulum in angulo lapidis inscriptum esse : fortasse pars dextera anaglyphi perierit? Monumentum, anno 1914, rev. Jaussen et Savignac frustra quæsiverunt. Imaginem tabula damus a Sobernheim expressam. — Hæc jam prelo subjacebant cum audivimus monumentum ab H. Ingholt Halebi inspectum esse, illudque duobus lapidibus, qui inter se nihil commune habent, constare. Ad tres igitur effigies quibus subscriptus est solummodo pertinet titulus.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, in *Beiträge zur Assyriologie*, t. IV, p. 211 et seq.; n° 7. — Postea animadversiones protulerunt Ch. Clermont-Ganneau : *Un néocore palmyrénien du dieu Azizou* (*Rec. d'arch. or.*, t. IV, p. 203-206; 404). — M. Lidzbarski, *Ephemeris für sem. Epigr.*, t. I, p. 201-203; 349. — Vide etiam J. Offord, *Arza and Aziza* (*Proceedings of the Soc. of Bibl. Archæology*, 1901, p. 244). — *Rép. d'épigr. sém.*, n^is 30, 286. — J. Strzygowski, *Orient oder Rom*, p. 24. — G. A. Cooke, *A Text-Book of North-Semitic Inscriptions*, p. 295. — Proprium apographum edidit et fuse commentatus est Enno Littmann, *Semitic inscriptions : Palmyrene inscriptions*, n° 8, p. 77-79. — Pauca adnotavit Ch. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. or.*, t. VII, p. 32; cf. p. 83-86. — *Rép. d'épigr. sém.*, n° 817.

Cum autem nativam litterarum formam typis accurate exprimere non valemus, hic delineationem Littmannianam, ex imagine photographica factam, subjicimus :



1 לארצו ולעזיזו אלהיא טביא וסכריא עבד בעלי

2 בר ירחבולא אפכלא די עזיזו אלהא טבא

3 ורחמנא על חיוהי וחיא אחוהי בירח תשר[י]

4 שנת 25 דכיר ירחי גלופא

1 τοῖς Arṣu et ʿAzîzu, *diis bonis et remuneratoribus, fecit Baʿlai*

2 *filius Iarḥibôlê, minister* τοῦ ʿAzîzu, *dei boni et*

3 *misericordis, pro salute sua et salute fratrum suorum; mense Tišrî*

4 *anni* XXV. — *Commemoratus sit Iarḥai, sculptor.*

Versus 1. De diis ארצו et עזיזו, unaque de ceteris Palmyrenorum diis disseremus in Appendice II. — בעלי, nomen voventis; lectio ex imagine nobis longe probabilior quam בעכי; hanc vero recepit Littmann et recitat exemplum aliud; sed et ibi בעלי legendum putamus; vide sub n° 4051. Aliud nomen palmyrenum quod a בעל initium capiat, præter בעלתנא, hucusque non inveniri fatemur; sed qui בעכי legunt etiam e nomine divino בעל quocumque modo etymon petunt. Cf. etiam n^um^ 4537.

Versus 2. אפכלא «minister»; veram lectionem proposuit Lidzbarski, et sensum suspicatus est. Fr. Hommel (*Theologisches Literaturblatt*, 1901, col. 497) vocem deducit e babylon. *apkalu*, quod de sacerdote et incantatore adhibetur. Quidquid est de etymologia, hoc vocabulo, apud Arabes, designari virum munere religioso fungentem extra controversiam posuit A. Jaussen, prolatis testimoniis e *Kitâb el-Aghānī* : ʿAmr ben al-Ġuʿeid qui (XXI, p. 186) أفكل dicitur, alibi (XV, p. 76) كاهن vocatur (*Rev. bibl.*, 1911, p. 554). Eodem sensu occurrit vox in titulis ḥimyariticis : אפכל עתר (Hommel, *Südarabische Chrestomathie*, p. 113); וד : אפכל : עברוד (Jaussen, *loc. cit.*, et *Mission archéol. en Arabie*, II, p. 384). Propria tamen muneris ratio incerta manet; nam aliquid discriminis in significatione vocis אפכל et vocum כהן vel כמר, quæ stricto sensu «sacerdotem» designant, intercedere verisimile est. In nabatæo titulo (supra, sub n° 198) vocem jam invenimus perperamque interpretati sumus; etiam in Sinaiticis inscript. occurrit, ubi modo אפכלא, modo אכפלא scripta est : unde non sine jure contulit Clermont-Ganneau arab. كافل الهيكل «custos templi» (Masʿoudi, *Prairies d'or*, I, 94). Recurrit vox infra, sub n^is^ 4064, 4065.

Versus 3. אחוהי, «frater ejus» vel «fratres ejus». Cum ipsius dedicantis imagine anaglypho insculptas esse, equitantium modo, deorum Arṣu et ʿAzîzu effigies omnino probabile censemus.

Versus 4. Numerum annorum quingentesimum legerunt Lidzbarski et Littmann; quem in dubium merito revocavit Clermont-Ganneau et, apographo Littmanniano usus, proposuit numerum XXV. Signum numerale, satis nitide depictum in imagine nostra, id confirmare videtur. Supplendus igitur numerus centenarius tertius, quintus, vel probabilius quartus. Hujus rationis annorum scribendorum exempla habemus sub n^is^ 4363, 4562, etc. Si vera est conjectura nostra, titulus erectus fuit mense octobri anni p. Chr. 113.

3975

(Tab. XVIII.)

Aræ lapideæ fragmentum, altum $0^{m},26$, latum $0^{m},18$. Palmyræ exhibuit incola quidam rev. Savignac; is autem imaginem expressit quam tabula damus.

Edidit J.-B. Chabot, *Revue biblique*, 1920, p. 374.



קרב רבאל בר אמרשא 1 *Obtulit Rabʿêl, filius 'Amrišê,*

די מן בני מתבול 2 *qui (est) e Mattaboliis,*

עלתא דה ל[א]רצו ℟ 3 *aram hanc τῷ 'Arṣu*

[א]להא 4 *deo.*

Versus 1. אמרשא : ultimæ litteræ, deficiente spatio, infra lineam scriptæ sunt. Cf. sub n° 3931.

Versus 3. Post nomen divinum, signum occurrit quod sæpius in tesseris figulinis invenimus.

3976

Vogüé, 95.

(Tab. XIX.)

Aram in cœmeterium delatam invenit et titulum exscripsit H. Waddington, cujus apographum edidit Vogüé. Ab hoc tempore lapis in Museum Constantinopolitanum transvectus est, ibique asservatur (*Catal.*, n° 160); altus est $0^{m},48$, latus $0^{m},26$. Imaginem ab ectypo damus.

Titulum edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 95. — De eo egerunt : H. Ewald, *Götting. gelehr. Anzeigen*, 1869, II, p. 1492. — Th. Nöldeke, *Z. D. M. G.*, t. XXIV [1870], p. 98, 102. — O. Blau, *Z. D. M. G.*, t. XXVII, p. 356. — Fr. Praetorius, *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften* (Halle, 1874), III, 49. — J. Halévy, *Mélanges d'épigraphie et d'archéologie sémitique*, p. 99. — J. H. Mordtmann, *Bemerkungen zu den palmyrenischen Inschriften* (*Z. D. M. G.*, t. XXXVIII [1884], p. 585). — S. Reckendorf, *Palmyrenisches* (*W. Z. K. M.*, II, p. 327). — G. Hoffmann, *Ueber einige phœnikische Inschriften*, p. 53, n. 1. — Ch. Clermont-Ganneau, *Les épimélètes de la source sacrée de Ephca à Palmyre*, in *Rev. archéol.*, sér. III, t. XXVIII [1896], p. 138-142, et inde in *Rec. d'arch. or.*, t. II, p. 1-5. — M. Lidzbarski, *Handbuch der nords. Epigr.*, p. 153, n. 7; p. 476, n° 11; tab. XL, 5. — Isidore Lévy, *L'honorarium municipal à Palmyre*, in *Rev. archéol.*, ser. III, t. XXXVI [1900], p. 126. — Rursum, M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. I, p. 209.



לנדא די עינא בריכתא עב[ד]	1	*Fortunæ fontis benedicti, fecit*
באפמלוטן תרתן בולנא בר	2	*in curationibus duabus, Bôlanâ filius*
עזיזו בר עזיזו בר שאילא די	3	*ʿAzîzu, filii ʿAzîzu, filii Šĕ'îlâ, quia*
אשלמת על ידוה	4	*traditus est (fons) in manus ejus.*

Eruditorum sollertiam multum exercuit titulus iste, qui in varias et quandoque miras devenerunt sententias, præsertim in interpretatione primi vocabuli, cum vera ejus lectio adhuc lateret : eas autem referre supervacaneum habemus.

Versus 1. לנדא, id est *Fortunæ*, *τῇ* Τύχῃ; veram lectionem stabilivit J. Mordtmann; descripserat Waddington לדוא, unde multi sunt decepti. — עינא בריכתא, fons calidus Palmyræ, qui Ἔφκα proprio nomine dicebatur, teste titulo græco ad ipsas aquas invento (Wadd., 2571 *c;* vide infra, App. I). Fontis locus in ichnographia (supra, p. 32) n° 33 signatus est.

Versus 2. אפמלוטן : vocabuli lectionem et sensum assequutus est Clermont-Ganneau; munus *τοῦ ἐπιμελήτου* designat; est ergo vox plur. fem. gen. Expectes rectius אפמלטין; cf. sing., in stat. constr., אפמלטות (sub n° 3968). Ipsa vox אפמלטא, *ἐπιμελητής*, occurrit sub n° 4157. — תרתן stricto sensu «duæ», non «secunda». Præpositionem ב tempus notare demonstrat usus Palmyrenorum; sensus est «dum munus exercebat secunda vice».

בולנא, gr. Βωλανός. Etymon sit בול־ענא «Bôl exaudivit»; si tamen semiticum sit nomen; quidam enim, et inter eos Waddington, putant esse romanum nom. *Bolanus*. E genealogia docemur hunc virum fratrem fuisse Julii Aurelii ʿOgê Seleuci, qui supra commemoratus est (nis 3934, 3935).

Versus 5. אשלמת; fatentur omnes esse perfecti pass. fem. sing. 3am pers., sed de ratione vocis disputant; plerique e אשתלמת coarctatam sentiunt, alii ad conjugat. *(h)ophal* referunt : singuli juxta propriam sententiam de passiva formatione, ut supra, sub n° 3913 (I, 11), retulimus. Sed quæstio ardua est de substantivo quo regitur verbum. Existimavit Clermont-Ganneau intellegendum esse באפמלוטן תרתן די אשלמת, i. e. in duobus muneribus «quæ absoluta sunt» per ipsum. Hæc sententia non omnes solvit difficultates; allata enim exempla, e linguis hebraica et arabica, quibus subjectum plurale immediate cum verbo singulari conjungitur, rem non definiunt, nam hic subjecto verbum mediante nota relationis די junctum est; præterea, ratio erectionis, quæ in hujusmodi titulis fere semper profertur, hic non aperte enuntiaretur. Chabot opinatus est vocem אשלמת alio sensu et de ipso fonte (cum עינא nomen sit femin. gen.) intellegendam, nempe «quia traditus est» (fons) in manus ejus, id est : eo quod in munus curatoris iterum electus est auctor.

Conjecit Lidzbarski vocibus לנדא (vel לנרא, tertia enim littera, ablato apice, ר esse potest) et אסמלוטן (sic enim legendum putabat) designari partes quasdam ædificii, ita ut sensus fuerit : Bolanus fecit *τὸ* גרא quod est in duobus אסמלוטן, quæ perfecta sunt (vel quod perfectum est) propria ipsius manu. Is. Lévy etiam גרא ædificium quoddam notare contendit. Sed vix credibile est objectum dedicationis aliud esse quam ipsum altare quo inscriptus est titulus.

Tituli quibus commemoratur auctoris frater annis p. Chr. 254 et 259 exarati sunt.

(Impressum mense januario anni 1925.)

3977

Sobernheim (β) 40.

(Tab. XIX.)

Lapidis fragmentum, latum $0^m,31$, altum $0^m,20$, circiter. Invenit Puchstein loco « Castra Diocletiani » dicto, et ectypum sumpsit. Quattuor versus ultimi inscriptionis palmyrenæ, non tamen integri, supersunt; scriptura bona et accurate exarata. Imaginem ab ectypo damus.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 40 (tab. XXII). — Emendavit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. II, p. 301. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2149.



..... לון.....	1	.....
..... דה די צלמא.....	2	..... *τῆς statuæ* ....
...ה למרת ביתא דה...	3	.... *τῇ dominæ domus* .....
....לה לבת בל נסיב כנונא דנה	4	..... *domui Beli oblatus est foculus iste.*

Voces distinctæ sunt, sed connexio nulla apparet; qui supersunt versiculi, tum initio tum fine, ultimo excepto, mutili sunt.

Versus 3. מרת ביתא; in titulis nabatæis (supra n° 235, et *R.É.S.*, n° 1088) epitheton invenimus masculinum מרא ביתא, quo deus Dušara designari videtur; hic vero etiam deam quamdam commemorari verisimile est.

Versus 4. בת בל, *ναός* Βήλου, supra, sub n° 3924. — נְסִיב, part. pass. e verbo נסב « sumpsit, accepit ». — כנונא « foculus »; vide sub n° 3952.

Inscriptio basi foculi, sane lapidei, exarata fuit.

3978

Wood, III; Oxoniensis 3*; Vogüé, 123 *a*.

(Tab. XXI.)

Ara lapidea. Alta est $0^m,43$; lata circa medium $0^m,26$. Palmyræ invenit Wood, anno 1751, et ut cum aliis duabus (vide sub nis 4021, 4031) in Britanniam transveheretur curavit H. Dawkins. Nunc asservatur Oxonii in Museo Ashmoliano. Obvia facie πυρεῖον accensum, ad quod hinc inde duo viri, sane ipsi dedicantes, stant, anaglypho fictum est; a latere sinistro exaratus est titulus. Imagines ad monumentum effictas, quas comitati rev. A. Cowley debemus, tabula damus.

Tituli apographum edidit R. Wood, *Les ruines de Palmyre*, n° III. — Interpretationem aggressus est Swinton, *Philosophical Transactions*, t. XLVIII, p. 717 (tab. 24, n° III). — Rursum, cum imagine, R. Chandler, *Marmora Oxoniensia* (Oxonii, 1763),

p. II, p. 29, tab. IV, n° IX. — Quædam annotavit J. Barthélemy, *Lettre à M. le Mis d'Olivieri* (Paris, 1766), p. 26. — Postea de ipso disseruerunt Ulr. Fr. Kopp, *Bilder und Schriften der Vorzeit*, t. II, p. 133; — J. G. Eichhorn, *Marmora Palmyrena*, p. 84; — Schwarz, *Commentarius*, part. II, p. 3. — G. Gesenius, *Thesaurus philologicus criticus linguæ hebraicæ*, p. 491. Cf. etiam *Script. ling. Phœn. Monumenta*, p. 81. — A. Levy, *Die palmyrenischen Inschriften* (*Z.D.M.G.*, t. XVIII [1864], n° III, p. 71; cf. t. XIX, p. 629). — Ad. Merx, *Bemerkungen über... aramäischen Inschriften* (ibid., t. XXII [1868], p. 676). — Retractavit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 123 *a*. — Rursum, A. Levy, *Zu den palmyr. Inschriften* (*Z.D.M.G.*, t. XXIII [1869], p. 283). — Th. Nöldeke, *ibid.*, t. XXIV, p. 106. — Denique M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsem. Epigraphik*, p. 474, n° 2; tab. XXXVIII, 6. — G. A. Cooke, *A Text-Book of North-Semitic Inscriptions*, n° 136.



[ב]ירח אלול שנת 396	1	*Mense 'Elul anni* CCCLX[XX]
חמנא דנה ועלתא דה	2	*XVI; simulacrum hoc et aram hanc*
[ע]בדו וקרבו לשמש וזבידא	3	*fecerunt et obtulerunt Lišamš et Zebîdâ*
בני מלכו בר ידיעבל בר נשא	4	*filii Maliku, filii Iedi'bêl, filii Nešâ,*
די מתקרא בר עבדבל די מן	5	*qui dicitur filius 'Abdibêl, qui (est) e*
פחד בני מגדת לשמש	6	*stirpe Migdatiorum, τῷ Šamš*
אלה בית אבוהן על	7	*deo domus patris eorum; pro*
חייהון וחיי אחיה[ון]	8	*salute ipsorum et salute fratrum suorum*
ובניהון	9	*et filiorum suorum.*

Versus 2. חמנא, simulacrum quoddam ad cultum Solis pertinens : columnam fuisse plures existimant; vide tamen sub n° 3917. De hac voce fuse disputavit Gesenius (*Thesaurus philol.*, sub v. חמן). Hujusmodi simulacra in Bibliis plerumque cum statuis Astartes (אֲשֵׁרִים) componuntur; etiam in Baalis aris stetisse apparet e notissimo loco (II *Paral.*, XXXIV, 4) : מזבחות הבעלים והחמנים אשר למעלה מעליהם. Sed in nostro titulo vox nihil aliud quam *θυρεῖον* ipsimet aræ insculptum significare videtur.

Versus 5. די מתקרא «qui dicitur», fortasse jure adoptionis. Cf. Clermont-Ganneau, *Rev. biblique*, 1920, p. 417, n. 2. — עבדבל «servus Beli» cf. nom. græc. Ἀϐδιϐήλου [gen.] (Wadd., 1854 *d*, 2556); Ἀϐδοϐάλου (Prentice, n° 723). Dubium movet Clermont-Ganneau (*loc. cit.*) num ברעבדבל, nomen masculinum, sit eadem ratione efformatum ac nomina feminina בתזבי, בתמלכו et cet. Vide sub n° 3947.

Versus 6. פחד, subdivisio tribus; idem ac arab. فَخِذٌ ut bene vidit Nöldeke (*Z. D. M. G.*, t. XIX [1865], p. 639). Vocibus فخذ, proprie «femur», et بطن «venter»,

apud Arabes designantur partes tribus : hoc tamen discrimine, ut فخذ originem a communi stirpe per virum, بطن vero per mulierem ducat. (Cf. Robertson Smith, *Kinship and Marriage*, p. 33). — בני מגרת, nomen gentis; vox arabicam originem sapit : fortasse e verbo مجد (cf. supra, sub n° 3927). Sed etiam מנרת legere licet; et hanc lectionem commendare nonnullis fortasse videbitur titulus in quo commemorata est *φυλὴ* Μαγερηνῶν (sub n° 4120), sed hic litteram ת ad radicem pertinere probabilius est. — שמש, deus Sol, de quo dicemus in App. II.

Post hoc nomen, spatium duarum litterarum superest sub finem lineæ, ut videre est in tabula; sed nihil deesse videtur.

Versus 7. Post על, sub finem, apparet dimidia pars litteræ ח; videtur lapicida hic inchoavisse vocem חייהון, et tum eam, deficiente spatio, integram rescripsisse initio v. 8.

Notanda diversitas in scribendis pronominibus suffixis plur., modo cum ו, modo sine ו : אבוהן, בניהון.

Erectus est titulus mense septembri anni p. Chr. 85.

3979

Vogüé, 108.

Aram parvam, in cœmeterio, ad austrum magnæ columnæ eversæ (vide sub n° 3931), primus invenit H. Waddington et exscripsit; postea etiam D. Mordtmann.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 108. — De eo egit D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 33 (cf. tab. II), cujus apographum denuo et accuratius edidit J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 25.

Inscriptio græca : Waddington, n° 2576. — Integra est, monente Waddington, qui utrumque textum exhibet, in enchiridio suo, hac ratione :

Η Λ Ι Ω Π Α Τ Ρ ‖ Ω Ω Κ Α Ι Ε Π Η Κ Ο Ω Θ Ε Ω א....

Ab ectypo delineavit J. Mordtmann palmyrenum textum et perperam uno versu tradidit :



In plurimis ergo congruunt apographa palmyrena, et sic interpretanda videntur :

א . . . . .

. . . שו בר . . . [בר ז]כדבול . . . שא לשמש אלהא טב[א]

. . . šu, filius . . . . . filii Zabdibôl . . . šé τῷ Šamš, deo bono.

Adnotavit Waddington : 1° textum græcum integrum esse; 2° primas litteras Ηλίῳ πατρ a latere scriptas esse; 3° litteram א, quæ textum græcum sequitur, ad primam lineam palmyrenam nunc evanidam pertinere. D. Mordtmann male palmyrenum græco præposuit.

Vocem quæ nomen Zabdiboli sequitur descripsit Waddington יבשא, J. Mordtmann vero קבושא; utraque lectio æque obscura. Lidzbarski, dubitans tamen, conjectavit (*Ephem.*, I, p. 80) emendandam lectionem : בר בולקא נשא; sed בולקא prava est lectio pro בולמא; vide infra sub n° 4206.

3980

Littmann, 5.

Ara lapidea. Alta est $0^m,96$; lata ad basim $0^m,60$, ad scapum $0^m,45$. Inscriptio summa parte exarata est; at, fractis lapidis angulis, aliquot litteræ perierunt. Anno 1900, hanc aram, jacentem ad antiquum murum, quadringentos circiter passus ad orientem magni templi, invenit et descripsit E. Littmann. Ejus apographum hic damus.

Edidit E. Littmann, simul cum titulo n° 3973 : *Deux inscriptions religieuses de Palmyre*, in *Journ. asiat.*, 1901, II, p. 374-381. — De titulo egerunt : Ch. Clermont-Ganneau, *Note sur les deux inscriptions religieuses de Palmyre*, *ibid.*, p. 521-528; et fusius : *Un thiase palmyrénien*, in *Rec. d'arch. orient.*, t. IV, p. 374-381; t. V, p. 179. — J. Wellhausen, in *Göttingische gelehrte Anzeigen*, anno 1902, p. 269. — M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigr.*, t. I, p. 343. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 284. — G. A. Cooke, *A Text-Book of North-Semitic Inscriptions*, n° 140 A. — E. Littmann rursum edidit, addito apographo, in suo opere *Semitic inscriptions* (*Palmyr. inscr.*, n° 5), p. 66. — *Rép. d'épigr. sém.*, n° 814.





1 [בירח] שבט שנת 345 עלתא דה [עבדו]

2 [בני מ]רזחא אלן לעגלבול ולמלכבל אלה[יא]

3 [וה]בי בר עתנורי עודו וחנגו בר זבדלה כמרא

4 [ונ]בוזבד בר מלכו מתנא ותימו בר ענילו רבבת

5 [ו]מלכו בר ירחבולא חתי וירחבולא בר תימרצו

6 אברוק וזברבול בר ידיעבל אלהו וענילו בר

7 נורי זבדב(ו)ל ומלכו בר מקימו תימעמד

1 [*Mense*] *Śebaṭ anni* CCCXXXV, *aram hanc* [*fecerunt*]

2 [*sodales sym*]*posii hi*, τοῖς *ʿAglibôl et Malakbêl diis :*

3 [*Wah*]*bai, filius ʿAtênuri,* (*filii*) *ʿAudu; et Ḥaggagu, filius Zabdelah,* (*filii*) *Komara;*

4 [*et Ne*]*buzabad, filius Maliku,* (*filii*) *Mattanê; et Taimu, filius ʿOgîlu,* (*filii*) *Rabibat;*

5 [*et*] *Maliku, filius Iarḥibôlê,* (*filii*) *Ḥattai; et Iarḥibôlê, filius Taimarṣu,* (*filii*)

6 *ʾAbrôq; et Zabdibôl, filius Iediʿbêl,* (*filii*) *ʾAlihu; et ʿOgîlu, filius*

7 *Nurai,* (*filii*) *Zabdibôl; et Maliku, filius Moqîmu,* (*filii*) *Taimoʿamed.*

Versus 2. בני מרזחא, ad litt. «filii convivii»; veram lectionem invenit Clermont-Ganneau, et exemplis stabilivit quæ jam in titulis phœniciis aliisque documentis detexerat (cf. *Rec. d'arch.*, t. IV, p. 339, 343); hujus modi consociatio ea est quæ Græcis *Θίασος* dicitur; convivas autem sacerdotes deorum fuisse innuit titulus quo commemoratur «*συμποσίαρχος* sacerdotum dei Beli» (n° 3919).

Versus 3. Initio, duæ litteræ perierunt; restitutio בי[וה] ceteris probabilior. Nomen coarctatum e והבלת, aut simili; recurrit sub n° 4354, cf. והבא (n° 4327, etc.) et בתוהבי (infra, n° 4380). — עודו, frequens in titulis nabatæis, rarissimus in palmyrenis.

Versus 4. מתנא, fortasse coarctatum e מתבול (= מתךבול); cf. מתני (sub n° 4130) et nabat. מתנו (supra, n° 239); nomina phœnic. מתנאל e מתנאלם, et talmud. מתנה e מתניה simili modo deduci merito notavit Lidzbarski. — רבבת : contulit Littmann arab. رَبَاب, et melius Lidzbarski nomina sabæa רבבם (masc. gen.), רכבת (femin.), quæ, H. Derenbourg interprete, «servus, ancilla» significant.

Versus 5. Initio, ante מלכו litteram ו, in apographo omissam, analogia restituere suadet. — חתי : coarctatum e longiori forma hucusque nobis ignota; conjecit Lidzbarski حَاتِم.

Versus 6. אברוק : alio exemplo comprobatur lectio (n° 4571). Quocumque modo e rad. ברק deducendum est nomen; cf. ברוקא (sub n° 4311). Littmann אבדוק legere mavult, quod, pro tempore tituli exarati, vix ad græcum *Εὐδόκιος* componi potest; nec meliori jure, collato syriaco nomine ܐܒܪܕܘܩ, אברדוק interpretandum videtur. — אלהו, semel occurrit in titulis nostris; merito contulit Littmann nom. safaiticum אלה, unde apparet litteram ה radicalem esse.

Versus 7. נורי : coarctatum nomen e נורעתה, נורבל aut simili forma; cf. talmud. נורי, e נוריה apocopatum. — Pro זברבול, stat in apographo וברבדל.

Collegium dedicantium novem viris constitui manifestum est; singulis nominibus additum est nomen patris, et, opinione Clermont-Ganneau, quam nostram facimus, nomen avi. Rem aliter intellexit Littmann, qui cum videret aliquot ex his nominibus quandoque familiam seu tribum designare, putavit alterum nomen gentilicium esse; esset, ex. gr., חגגו בר זבדלה כמרא «Ḥaggagu, filius Zabdilah, Chomarenus»; et sic de ceteris. Hanc sententiam probabilitate carere existimamus.

Vult Littmann signa א, ו, כ hic peculiari forma describi, sed revera has formas, præsertim litteræ א, in pluribus titulis invenire licet; vide tabulas.

Exaratus est titulus mense februario anni p. Chr. 34.

3981

Vogüé, 93.

(Tab. XVIII, XIX.)

Ara lapidea in cœmeterium delata, alta $0^m,58$, lata ad scapum $0^m,22$. A latere exaratus est titulus; obvia autem facie insculptæ sunt manus quattuor : quippe quod sint dedicantes duo. Eam invenit et inscriptionem lectu satis difficilem exscripsit H. Waddington. Anno autem 1914, rev. Savignac nobis ectypum et imaginem photographicam sumpsit : utramque cippi faciem tabula XVIII monstrat; inscriptionem vero ad ectypum effictam tabula XIX damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 93. — De eo egerunt H. Ewald, *Götting. gel. Anzeigen*, 1869, p. 1489. — Th. Nöldeke, *Z. D. M. G.*, t. XXIV [1870], p. 88, 100; et t. XL, p. 172. — S. Reckendorf, *Palmyrenisches*, *W.Z.K.M.*, t. II, p. 327. — Ch. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. or.*, t. II, p. 94, 404. — J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 24. — M. Lidzbarski, *Handb. der nordsem. Epigraphik*, p. 475, n° 9; tab. XXVII, 7. — G. A. Cooke, *A Text-Book of North-Semitic Inscriptions*, n° 139.

Hæc in ectypo legimus :



Textus transcribendus et complendus hunc in modum :

מודן כל יום זבדבול	1	*Gratias agentes quotidie, Zabdibôl*
ומקימו בני גדא בר	2	*et Moqîmu filii Gaddâ, filii*
מקימו רפאל לרחמ(נ)א	3	*Moqîmu, (filii) Rephaêl, misericordi,*
טבא ותירא על חייהון	4	*bono et miseratori (obtulerunt), pro salute sua*
וחיא בניהון וביתהון	5	*et salute filiorum suorum et suæ domus*
כלה כדי לעגלבול ומלכבל אל.	6	*totius; ut etiam τοῖς Ἀglibôl et Malakbêl [diis].*
בי[ר]ח [כ]סלול ד[י] שנת 500	7	*Mense Kislul anni* D.

Versus 1. מודן, partic. plur. masc. gen.; scriptio plena : מודין. Hujus vocis sensum primus invenit Barthélemy (*Lettre à... d'Olivieri*, p. 26). — זבדבול; Waddington male : נדרבול.

Versus 2. גדא : lectio ab ectypo certa (in apographo דדא); cf. Γάδος, Γάδδος (Wadd., 2216, 2426 *b*). Vide sub n° 4035.

Versus 3. Nomen patris τοῦ Moqîmu, דנאל in apographo, legitur in ectypo רפאל; vide sub n° 3916. — רחמנא : in lapide רחמא; ita etiam sub n° 4027 et locis quibusdam aliis.

Versus 4. תירא. Littera ר hic et in pluribus aliis titulis puncto superno instructa est. Vox assyria *taiâru*, e rad. תור, fere synonyma vocis רחמנא, ut notavit Lidzbarski (*Handbuch*, p. 153, n. 5); ambæ sæpe conjunguntur in documentis babyl. (*rêmênu taiâru*), cf. Delitzsch, *Assyrisches Handwörterb.*, p. 604.

Versus 5-6. Apographum vitiosum alii aliter interpretari conati sunt; Clermont-Ganneau proposuit : וחיא בניהון וביתהון כלה, lectionem ab ectypo confirmatam. Objicit Cooke folium hederaceum sub finem v. 4 appositum, quod, ejus opinione, sententiam claudit. Sed perperam. Vide sub n° 3955 folium inter duas voces arctissima syntaxi connexas. — כדי : lectio vix dubia, etsi primum signum partim deletum est. Intellegimus auctores gratias agere Aglibolo et Malacbelo simul ac deo anonymo.

Versus 6. Ultima littera dubia est. Exspectes אלהיא; sed post אל unum signum exstat quod ך imitari videtur; fortasse, deficiente spatio, sic contraxit lapicida vocem אלהיהן « diis eorum », vel decurtatæ vocis notam apponere voluit.

Versus 7. Numerum annorum legebat Vogüé 540; sed in ectypo nihil dispicere potuimus post numerum 500. Mense ergo decembri anni p. Chr. 188 exaratus videtur titulus.

3982

(Tab. XVII.)

Tabula lapidea in speciem porticus fastigio ornatæ exsculpta, sed nunc mutila. Excidit dextrorsum pars prope dimidia. Altum est fragmentum $0^m,52$, latum ad epistylium $0^m,48$. Medium fastigium tenet protome virilis, cujus caput nimbo et radiis ornatum est, palmis et volutis hinc inde eleganter dispositis. In ipsa tabula, inter duas columnas, exsculptæ erant imagines sex, e quibus tres fere integræ et quarta dimidiata supersunt : ad sinistram, mulier stans; juxta illam, statua virilis cum capite vitulino, radiis et nimbo ornato; dein vir alius, mutilo vultu; quarto loco, vir quoque cujus caput mutilum nimbo circumdabatur. Singuli, militari vestitu induti, dextera manu hastam gerunt. Lapidem, parieti insertum domus in area magni templi exstructæ, repperit anno 1914 rev. Savignac et photographicam imaginem expressit quam tabula damus.

Duæ erant inscriptiones : altera epistylio, altera imo margine exarata. In priore, supra singulas imagines, nomen proprium adscriptum fuit. Supra imaginem primam ad dexteram exstat nomen divinum :



[ע]גלבול [ʿA]*glibôl.*

Vicinæ inscriptionis supersunt duo signa priora incerta.

Supra caput mulieris superest ultima nominis littera :

E titulo inferiore, cujus imaginem ad ectypum effictam sub *b*, eadem tabula, habes, hæc dispicere licet :



.....א בר מלכו [עש]תורגא בירח טבת שנת 30[4]

.....*a, filii Maliku* [ʿAš]*tôrga; mense Ṭebet anni* [cccc]*xxx.*

תורגא[עש] vel תורגא[עס] nomen complendum est : utraque forma occurrit in eodem titulo, sub n° 4199. Quod ad etymon attinet, vide sub n° 4129.

Dedicatio uno versu scripta fuit. Numerus tamen annorum, deficiente spatio, ultimæ voci superscriptus est; sed numerus centenarius, si unquam exstitit (cf. sub n° 3974) evanuit. Complendus videtur [4]30 vel fortasse [5]30, id est annus p. Chr. 119 vel 219. Mensis Ṭebet januario respondet.

3983

Euting, 4.

(Tab. XVI.)

Cum mense martio anni 1883 rudera Palmyræ visitaret h. v. Lütticke, consulis Germanorum Damasci vices gerens, magnum lapidem invenit humi jacentem; longum $2^m,84$, altum $0^m,70$. Rep-

pererunt etiam anno 1914 rev. Jaussen et Savignac, non longe a templo dei Baʿalšamîn (vide sub n° 3958). Eo inscriptus est textus palmyrenus, duobus versiculis constans. Imaginem ab ectypo expressam, quod nobiscum Julius Euting communicavit, tabula damus.

Titulum edidit J. Euting, *Epigraphische Miscellen*, n° 4. — Repetierunt M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsem. Epigraphik*, p. 473, n° 1; tab. XXXVIII, 5; — et G. A. Cooke, *A Text-Book of North-Semitic Inscriptions*, n° 133. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 390.



1 עמודיא אלן חמשא ושריתהון ותטלילהון קרב זבדי בר זבדנבו קחזן די מן בני מעזין
לבעלשמן אלהא טבא

2 ושכרא על חיוהי וחיי בנוהי ואחוהי בירח אלול שנת 378

1 *Columnas has quinque et epistylia earum et tectum carum obtulit Zabdai, filius Zabdinebu, (filii) Qaḥazan, e gente Maʿzyan, τῷ Baʿalšamîn, deo bono*

2 *et remuneratori, pro salute sua, et salute filiorum suorum et fratrum suorum; mense 'Elul anni* CCCLXXVIII.

Versus 1. Columnas porticus a civibus erectas fuisse privatis impensis jam vidimus sub n° 3955, ubi voces שריתא et תטלילא explicavimus. — זבדנבו, cf. נבוזבד, sub n° 3939, et, quoad analogiam, nomina hebraica זַכְרִיאֵל, זבריה, זבדיהו, palmyrena זבדלה, זבדעתה, etc.

קחזן, nomen proprium, quod hic tantum repertum est; deducit Nöldeke (apud Euting, *loc. cit.*) ex arabico قَحَزَ, vel potius قَحْزَنَ, «pellere, percutere». Inde emendandum in Καζάνου conjecit nomen quod Κασάνου legitur apud Waddington n° 2184. — מעזין, nomen gentis, arabicæ originis : مَعْزِيَان vel مَغْزِيَان, ut videtur. Occurrit in titulis safaiticis (Dussaud, *Nouv. arch. des Missions*, X, 627), et fortasse in titulo græco mutilo : MAZIA▨ (*Rev. biblique*, 1905, p. 96).

Versus 2. שכרא, alias סכרא, vide sub n° 3973. — אחוהי, hæc forma tum pro singulari, tum pro plurali numero adhibetur; ergo «fratris ejus» vel «fratrum ejus» æquo jure vertere licet, ubi contextus sensum non definit.

Erectus est titulus mense septembri anni p. Chr. 67.

3984

(Tab. II.)

In porticu minore, e regione tituli sub n° 3956 editi, quindecim passus occidentem versus, scapo columnæ ruinosæ inscriptum, titulum anno 1914 reppererunt rev. Jaussen et Savignac. Latus est $0^{m},30$. Ad ectypum damus.



(Impressum mense januario anni 1925.)

קרב עמודיא אלן תריהון 1 *Obtulit columnas has duas,*

ושריתהון ותטלילה[ן] מלכא 2 *cum epistylio et tecto earum, Malké*

בר תימא בר מלכא ת[ימ]א 3 *filius Taimê, filii Malkê, (filii) T[aim]ê.*

בירח כנון שנת 42[2] 4 *Mense Kanun anni* CCCCXX[II].

Versus 1. תריהון, exspectes תרויהון; cf. sub n° 3914.

Versus 2. מלכא, nomen coarctatum videtur e longiore forma, v. gr. מלכאל. Cf. apud Syros ܡܲܠܟܝ (*Thes. syr.*, col. 2146).

Versus 4. Post numerum 420, adhuc duo signa in ectypo dispicere nobis visi sumus. Erectus est itaque titulus mense novembri anni p. Chr. 110.

3985

Vogüé, 14.

In regione castrorum Diocletiani, loco quem accurate definit Puchstein (apud Sobernheim, *Palmyrenisches*, p. 35), inter rudera magni ædificii, quod templum fuisse existimatur, hyperthyride fracta et humi jacente scriptum titulum invenit et delineavit H. Waddington. Ejus apographum hic damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 14. — Quædam adnotaverunt Th. Nöldeke, *Z.D.M.G.*, t. XXIV, p. 90, 98, 99. — Postea, S. Reckendorf, *Palmyrenisches* (*W.Z.K.M.*, t. II, p. 326.).



. . ע[ל חיו]הי וח[יא בנוהי ואח]והי בירח . . . . שנת 46.

. . . . . [פ]רנין ותצביתה כלה מן כיס[ה] ||

. . . *pro salute sua et salute filiorum suorum et fra*[*trum suorum. Mense*] . . . . . *anni* CCCCLI . . .

. . . . . *pronaum et ornamentum ejus totum,* [*suis?*] *impensis.*

In enchiridio adnotavit Waddington : « Sur le linteau *en une ligne;* la pierre est très éraillée, et il y avait place au-dessus pour une autre ligne de palmyrénien; on en voit les traces. » Apographum in unam lineam reduxit Vogüé.

Ante vocem שנת scriptum fuisse nomen mensis conjecit Vogüé.

Numerus annorum mancus est. Annus 460 initium habuit a kal. octobr. anni p. Chr. 148.

[פ]רנין restitutio certa; cf. פרנאין, sub n° 3959. Quæ proposuit Reckendorf minime apta sunt.

Sub finem legere proposuit Nöldeke [ח]מן כיס אמ « e pecunia matris suæ », quod vix verisimile est. Opinamur mere expletivum signum ante folium incisum (vide sub n° 3966, l. 1) et genuinam lectionem esse כיסה, nam in כיסהון « impensis eorum » apographum emendare vetat usus suffixi num. sing. in voce בנוהי « filii *ejus* ».

3986

Vogüé, 73.

(Tab. XX.)

Ara lapidea in cœmeterium delata, lata ad scapum o^{m}, 28. Primus invenit et exscripsit, prætermisso tamen versu quarto, H. Waddington; novum et integrum apographum sumpsit D. Mordtmann. Anno 1914, repperit etiam rev. Jaussen et ectypum tituli, nunc mutili, expressit. Imaginem ab ectypo quod nobiscum J. St. Gautier communicavit, effictam tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 73, ad fidem apographi Waddingtoniani. — Vide H. Ewald, *Götting. gel. Anzeigen*, 1869, p. 1490. — D. Mordtmann retractavit, *Neue Beiträge*, p. 28, addito proprio apographo. — Vide etiam quæ animadvertit J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 23. — Repetiit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsem. Epigraphik*, p. 474, n° 4; tab. XL, 2. — G. A. Cooke, *A Text-Book of North-Semitic Inscriptions*, n° 134.



לבעלשמן מרא עלמא עבדו 1 *τῷ Baʿalšamîn, domino mundi, fecerunt*

נבוזבד וירחבולא בני ברנבו 2 *Nebuzabad et Iarḥibôlê, filii Barnabu,*

בר נבוזבד בר זבדלא אכנבי על 3 *filii Nebuzabad, filii Zabdilâ, Akonabî, pro*

[ח]ייהון וחיי בניהון ואחיהון 4 *salute sua et salute filiorum suorum et fratrum suorum;*

בירח אב שנת 425 5 *mense ʾAb anni* CCCCXXV.

Versus 1. מרא עלמא, epitheton dei Baʿalšamin; vide sub n° 3912.

Versus 2. נבוזבד, græce Νεβουζάβαδος (infra, sub n° 4124) «Nebo donavit»; cf. זבדנבו, sub n° 3983. — ברנבו, *Barnabu;* cf. Βαρνάβας (*Act. ap.*, IV, 36). Animadverte nomen babylonici numinis *Nabu*, in vocabulis compositis transcribi modo Ναβο- seu Ναβου-, modo Νεβο- seu Νεβου-, tum in titulis, tum apud scriptores.

Versus 3. אכנבי, lectio ab ectypo certa; potest esse nomen proavi, vel nomen gentis vel cognomen : id autem probabilius videtur. Cf. arab. اكْنَبُ «blæsus», et, quoad formam, nom. palmyrena אתפלי, אתפני, etc., quorum prima consonans radicalis vocali *o* instructa fuisse videtur. — Memorat etiam, occasione hujus tituli, J. Mordtmann familiam τῶν Χεννάβα (apud Sachau, *Z. D. M. G.*, t. XXXV, p. 747), sed quonam jure nescimus; cf. Clermont-Ganneau, *Études d'arch. or.*, II, p. 101.

Titulus erectus mense augusto anni p. Chr. 114.

3987

(Tab. XV.)

Ara lapidea, sive basis. Latus est lapis 0^{m}, 48. Anno 1914, prope semitam, inter fontem et sepulcrum Maghârat el-Djedideh dictum, reppererunt rev. Jaussen et Savignac. Ad ectypum damus.



1 דכרן טב לבעלשמן [ע]בד עגילו בר מלכו

2 [ב]ר מקימו קשטי על חיוהי וחיי בנוהי

3 [בי]רח שבט שנת 443 יום שבעתא

1 *Memoriale bonum* τῷ *Baʿalšamîn fecit ʿOgîlu, filius Malîku,*

2 *filii Moqîmu Qašṭai; pro salute sua et salute filiorum suorum.*

3 *Mense Šebaṭ anni* CCCCXXXXIII, *die septima.*

Versus 2. קשטי. Cognomen vel proavi nomen? Cf. קשטא «sagittarius», sub nº 3908, et nomen viri קשטו, in titulis sinaiticis (nis 610, 615, etc.)

Notanda scriptio שבעתא. De usu hujus formæ, præsertim in hebdomadæ diebus notandis, cf. Rubens Duval, *Grammaire syriaque*, p. 272.

Erectus est titulus die 7ª mensis februarii anni p. Chr. 132.

3988

Sobernheim, 36.

(Tab. II.)

Cippus lapideus. Muro anteriori cellæ in templo Castrorum insertus fuit; a parte summa mutilus, altus est nunc 1^{m}, 75, latus ad scapum 0^{m}, 70. Invenit, anno 1902, prof. Puchstein et ectypum sumpsit; novum autem et perfectius fecit anno 1914, rev. Jaussen, e quo efficta est imago quam tabula damus.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, nº 36 (tab. XIX). — De titulo egerunt M. Lidzbarski, *Ephem. für sem. Epigr.*, t. II, p. 298. — Ch. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. or.*, t. VII, p. 19.



1 [על]תא דה לבעלשמן רבא ורחמנא עבדת עי[תא ברת]
2 [מ]לכו בר והבלת בר ערגן אתת מלכו בר ענא אע[בי]
3 [ע]ל חייה וחיי בניה ואחיה בירח שבט שנת [..]4

1 *Aram hanc τῷ Baʿalšamîn, magno et misericordi, fecit ʿAî[tâ, filia]*
2 *Maliku, filii Vahballât, filii ʿArgan, uxor Maliku, filii ʿOgê, (filii) Aʿabî;*
3 *pro salute sua et salute filiorum suorum et fratrum suorum; mense Šebaṭ anni* CCCC....

Versus 1 בעלשמן; vide sub n° 3912. — רבא «magnus», id est maximus. — עבדת, 3ª pers. sing. fem. gen.; sequitur nomen breve mulieris voventis : עתי vel עתה conjecerunt Lidzbarski et Clermont-Ganneau; sed, inspecto ectypo, secunda littera י esse videtur, unde restituimus עיתא. Vide sub n° 4461.

Versus 2. ערגן, nomen persicum, ut videtur; rursum sub n° 4364. Hinc fortasse græc. Ἴργανος (Justi, *Iran. Nam.*, p. 142). — אעבי; sic legimus, collato n° 3963.

Versus 3. שבט, februarius mensis. — Numerus annorum partim deletus; post annum 400, id est post annum Chr. 89, exaratus est titulus.

3989

Sobernheim, 35.

(Tab. XIX.)

Cippus lapideus a summa parte mutilus, altus 1ᵐ, 16, latus ad scapum 0ᵐ, 47; in exstruendo muro qui aulam templi Castrorum circumdabat, olim adhibitus, nunc ibidem ad austrum templi, humi jacet. Invenit prof. Puchstein et ectypum sumpsit e quo efficta est imago nostra.

Titulum edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 35 (tab. XVIII). — De eo egerunt : M. Lidzbarski, *Ephemeris*, t. II, p. 297; — Ch. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. or.*, t. VII, p. 19. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2144.



1 למרא עלמא טבא ורחמנא
2 מודא מעני בר מלכו ר[ב]א בר מעני
3 ראומא על חיוהי וחיי בנוהי ואחוהי
4 בירח שבט שנת 546

1 *Domino mundi, bono et misericordi,*
2 *gratias agens (obtulit) Maʿnai, filius Maliku majoris, filii Maʿnai*
3 *Reʾumâ, pro salute sua et salute filiorum suorum fratrumque suorum;*
4 *mense Šebaṭ anni* DXLVI.

Versus 1. מרא עלמא, epitheton jam invenimus de deo Baʿalšamin prædicatum (sub nⁱˢ 3912, 3986).

Versus 2. Nomini מלכו cognomen adjectum est : רבא legerunt, non sine probabilitate, Sobernheim et Lidzbarski; id enim cognomen invenitur sub nⁱˢ 4238, 4562, etc. Attamen secunda littera, non adeo nitida, כ esse potest : lectionem ergo דכא etiam excogitare licet; vide sub n° 4030. — מעני, vide sub n° 3921.

Versus 3. ראומא, cognomen τοῦ Ma'nai; vocabuli sensus incertus; semel legitur in operibus Isaaci Antiocheni vox ܪܐܘܡܐ, ubi «alumnus» vel «fotus» significare videtur (*Thesaurus syriacus*, col. 3859). Dubitanter contulit Clermont Ganneau nomen græcum Ῥόμεος (Wadd., n° 2546 *a*).

Titulus exaratus mense februario anni p. Chr. 235.

3990

(Tab. XV.)

Ara lapidea, alta o^{m}, 68, lata o^{m}, 31, ad scapum o^{m}, 22. In cœmeterio, prope angulum septemtrionalem areæ magni templi, orientem versus, repperit rev. Savignac. Imaginem ad ectypum tabula damus.



למרא עלמא עבד חיר[ן]	1	*Domino mundi fecit Ḥair[an,]*
בר בלחזי בר בלחא	2	*filius Belḥazi, filii Belḥâ, (filii)*
[מ]קי [אעב]י על חיוהי	3	*[Ma]qqai [A'ab]i; pro salute sua*
ו[חיא [עני]לו ברה שבט	4	*et salute ['Ogi]lu, filii ejus. (Mense) Sebaṭ*
ש[נת...]	5	*an[ni.....]*

Versus 1. חירן : etiam licet, minus tamen probabiliter, חירא complere.

Versus 2. בלחזי «Bel vidit» vel «videre fecit». — בלחא, nomen fortasse coarctatum e בלחזי. Cf. tamen n^{um} 4560, ubi בלחא pro בולחא scriptum est.

Versus 3. Post מקי exciderunt tria signa; e vestigiis restituere licet י[אעב].

Versus 4. Restituimus לו[עני], mera conjectura. — שבט, mensis februarius.

Versus 5. Evanuit anni notatio.

3991

(Tab. XV.)

Ara lapidea, a parte inferiore mutila; alta o^{m}, 35, lata o^{m}, 21, ad scapum o^{m}, 15. In cœmeterio repperit rev. Jaussen. Ad ectypum damus.

עבד והבלת	1	*Fecit Vahballât*	
בר אבמרת	2	*filius Abimart*,	
[ל]אלה צעב[ו]	3	*deo* τοῦ *Saʿb*[*u*],	
די מקרא גדא	4	*qui vocatur Gaddâ*,	
[א]נבט על חיוה	5	*Annubatensis, pro salute sua*	
[וחיא] בר[ה]	6	[*et salute*] *filii* [*sui*]. . .	

Versus 2. אבמרת : nomen prima vice occurrit; vocales incertæ; persicæ originis videtur, ut *Apânmart*, *Dénmart*, etc. (apud Justi, *Iran. Namenb.*).

Versus 3. צעבו, arab. صَعْبٌ, nomen in titulis nabatæis haud rarum.

Versus 4. מקרא, particip. pass., sive per lapsum pro מתקרא, sive ad formationem internam revocandum, sicut מכטל, מזבן, מחרם, etc. Significatione enim activa exspectes מקרא לגדא «qui invocat Τύχην». Locutio autem «qui vocatur» probabilius ad virum spectat, et גדא cognomen esse videtur; cf. supra, sub nº 3981.

Versus 5, initio, ante litteras נבט, omnino certas, exstat parva lacuna, in qua vestigia litteræ א dispicere licet. Sit fortasse אנבט nomen gentis, aliud ac אנבת (sub nº 3905).

Versus 6. Conjiciendo initium restituimus.

3992

Mordtmann, 1.

Ara lapidea in cœmeterium delata. Invenit et titulum exscripsit A. D. Mordtmann, anno 1870. Ejus apographum hic damus.

Edidit A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, nº 1. — Repetiit J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 28. — Vide etiam M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, I, p. 80.



לבריך שמה לעלמא עבד	1	*Ei cujus benedictum nomen in æternum, fecit*	
זבדלה בר מקימ[ו] טמ[יס]	2	*Zabdilah, filius Moqîmu, (filii) Tam*[*ias?*]	
על [חיוה] ו[חי]י ב[נו]ה בירח	3	*pro salute sua et salute filiorum suorum; mense*	
איר שנת 314	4	*Iiar anni* CCCXIIII.	

Versus 1. לבריך שמה לעלמא. Formula quam in multis subsequentibus titulis inveniemus. In aliquot inscriptionibus duplici lingua conceptis, græcis respondet vocibus : Δὶς ὑψίστῳ καὶ ἐπηκόῳ (infra, nis 3994, 4031, 4066). Varias autem sententias de ejus origine, sensu et significatione breviter referemus. Imprimis notandæ

sunt diversæ scribendi rationes : quandoque absolute omisso ל præfixo, alibi verum addito epitheto uno vel multiplici; quas, cum ad interpretationem multum conferant, hic recitabimus, omissis titulorum numeris in indice ad calcem voluminis recensendis :

A בריך שמה לעלמא
B לבריך שמה לעלמא

A *a* בריך שמה לעלמא טבא
A *b* בריך שמה לעלמא טבא ורחמנא
A *c* בריך שמה לעלמא רחמנא טבא
A *d* בריך שמה לעלמא טבא ורחמנא ותירא
A *e* בריך שמה לעלמא רחמנא טבא ותירא

B *a* לבריך שמה לעלמא אלהא טבא
B *b* לבריך שמה מרא כל טבא ורחמנא
B *c* לבריך שמה לעלמא טבא ורחמנא
B *d* לבריך שמה לעלמא רחמנא טבא
B *e* לבריך שמה לעלמא רחמנא וחננא ותירא

C בריך שמה לעלמא די רחמנא טבא ותירא
C *a* בריך שמה די רחמנא טבא ותירא

Præterea, formula בריך שמה לעלמא mente supplenda videtur in dedicationibus quibus tantum legitur :

D לרחמנא טבא
D *a* לרחמנא טבא ותירא

Verborum לבריך שמה (B) duplex sensus excogitari potest; aut voces *Benedictum-nomen-ejus* coalescunt quasi in unum epitheton, quod de deo innominato prædicatur, eodem modo ac *Bonus* vel *Misericors;* tum vertenda erit formula : « τῷ *Benedicto-nomini, Bono, Misericordi,* ..... ». Aut voces sunt laudatoriæ seu gratulatoriæ erga deum qui bonus et benedicendus est; tum sensus erit : « *Ei, cujus nomen benedictum est* (vel *sit!*), *Bono, Misericordi* ..... ». Prima interpretatio nonnullis placuit; sed ægre eruitur e nuda formula בריך שמה (A), deficiente ל, et formulæ בריך שמה די רחמנא (C) nuper inventæ omnino repugnat; hæc manifesto vertenda est : *Benedictum in æternum nomen ipsius Misericordis, Boni et Miseratoris!* sine grammatica connexione cum reliquo textu (sub n° 4028). Jam vero unum et eumdem sensum verbis בריך שמה in omnibus hisce locutionibus tribuendum esse verisimile est.

Quod ad originem hujus formulæ et nominis divini præteritionem attinet, si revera antiquitus putaverunt nomen reticendum esse, ne in cognitionem inimicorum qui deum invocarent eique placerent deveniat, tamen apud Palmyrenos, hoc tempore, nonnisi ob reverentiam et pietatem id factum esse omnes profitentur; et probabilius quidem judaico more et influxu. Neminem eruditorum latuit maxima analogia palmyrenæ locutionis cum verbis hebraicis בָּרוּךְ שֵׁם כְּבוֹדוֹ לְעוֹלָם (*Ps.* LXXII, 19; et similia leguntur in pluribus locis : *Ps.* CXIII, 2; *Dan.*, II, 20; etc.), imo perfecta similitudo cum inscriptione quadam hebraica seu samaritana a Clermont-Ganneau Nicopoli Palestinæ inventa : ברוך שמו לעולם (*R. É. S.*, n° 417).

Quis autem inter deos Palmyrenorum his verbis designetur? Quæstio est quæ longius ventilari possit prius quam in certam solutionem deveniamus. Lidzbarski (*Handbuch*, p. 153), et J. Mordtmann (*Palmyrenisches*, p. 43) hunc deum esse Baʿalšamîn opinantur; tum vero, argumentis a Baudissin prolatis (Hauck's *Realencyclopädie*, t. II, p. 339) permotus, Lidzbarski sententiam mutavit, et Belum deum hac locutione designari profitetur (*Ephem.*, I, p. 255); eum sequutus est G. A. Cooke (*Text-Book*, p. 297). Utriusque opinionis rationes exponere et perpendere non vacat : priorem tamen nobis magis arridere fatemur; vide sub n° 3994, v. 2.

Versus 2. מקימו; in apographo מקימן. — Avi nomen non integre descriptum, a litteris טמ incipit; jam vero inter nomina palmyrena hucusque nota טמים (vel טמום) unum est quod his litteris initium habeat : quare conjiciendo illud restituimus; vide sub n° 4409.

Versus 3. Apographum valde imperfectum est : restitutionem proposuit J. Mordtmann, omnino verisimilem; cf. sub n° 3993.

Versus 4. איר, mensis maius. — Fide apographi numerus annorum 314 scriptus est. Is itaque titulus inter antiquissimos palmyrenos numerandus esset, utpote anno 3 post Christum exaratus. Notavit P. Schröder (*Sitz. der Akademie zu Berlin*, 1884, p. 437, n. 1) spatium vacuum servari inter numeros centenarium et decenarium, ac proinde numerum viginti illic fortasse scriptum fuisse, ita ut titulus anno 334 (p. Chr. 23) scriptus fuerit. Nos autem, cum sollemnia verba לבריך שמה in nullo ex titulis ante annum 423 scriptis hucusque invenerimus, et cum scriptura, quantum judicare licet ex apographo, satis diversa sit ab illa quæ adhibetur in antiquis titulis (cf. n°ˢ 4109, 4113), suspicamur signum centenarium in apographo omissum, et veram lectionem esse 414, i. e. ann. p. Chr. 103.

3993

Vogüé, 74.

Ara lapidea in cœmeterium delata; cippus iste corona laurea decoratus est; primus invenit et exscripsit H. Waddington, rursum autem D. Mordtmann. Apographum Waddingtonianum a Vogüé delineatum hic damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 74. — Emendationes proposuit D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 28. — Vide etiam Th. Nöldeke, *Z. D. M. G.*, t. XXIV [1870], p. 88. — J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 23.



[ע]לתא דה דכרן לבריך שמה	1	*[Ar]am hanc memoriale ei cujus benedictum nomen*
[לעל]מא ול(רחמ)נא טבא עבד	2	*[in æ]ternum, misericordi, bono, fecit*
[..]דא בר זבדעתה בר חלד. [על]	3	*[Ḥal]dâ, filius Zabdʿateh, filii Ḥaldâ; [pro]*
[ה]יוהי וחיי בנוהי בירח ת[שרי]	4	*salute sua et salute filiorum suorum; mense T[išrî]*
שנת 423	5	*anni* CCCCXXIII.

Versus 2. נא[רחמ]ול; descripsit Waddington ולעדנא; Mordtmann melius, ut videtur, ולרמנא; unum ergo signum in ipso lapide omissum est. Sub n^is^ 3981, 4027, scriptionem רחמנא invenimus.

Versus 3. Initio דא[זבי] supplevit Vogüé, sed in autographo, ante ד exstat vestigium litteræ ל; hinc conjicere licet lectionem לדא[ח]; cf. gr. Αλδος (Princeton Exped. 1905, n° 139). — Sub finem Waddington descripsit חלדה, quæ lectio parum probabilis videtur; cf. Nöldeke, *loc. cit.* In apographo Mordtmanniano, inedito, traditur חלדן; suspicamur hic quoque legendam חלדא.

Erectus est titulus mense octobri anni p. Chr. 111.

3994

Vogüé, 124.

(Tab. XVII.)

Tribus circiter horis Palmyra Emesam versus, media planitie, sed prope antiquam viam, erecta sunt altaria tria ejusdem magnitudinis et formæ. Singula lapide quadrato constituta sunt, alto 1^m^, 70, lato ad basim circiter 1^m^, 20, ad scapum 0^m^, 80. Disposita sunt in trigoni rationem : pri-

(Impressum mense januario anni 1925.)

mum (A) et alterum (B) ad basim, spatio quattuor passuum interposito; tertium (C) ad summum, quinque passus ab utroque remotum. Unumquodque titulo duplici lingua, græca nempe et palmyrena, exarato insignitum est. Loci et monumentorum fusiorem descriptionem George E. Post dedit, additis imaginibus, in relatione sui itineris infra memoranda. Brevius H. Waddington, qui anno 1861 inscriptiones græcas jam notas, et palmyrenas adhuc ineditas, propria manu descripsit, hæc habet: « . . . trois grands autels à quelques pas l'un de l'autre et de dimension pareille. Sur celui qui est à l'est du groupe, il y a un grand foudre et une inscription grecque et palmyrénienne; sur celui qui est à l'ouest, il y a aussi un foudre et la même inscription sauf une variante dans le palmyrénien; sur le troisième autel qui est brisé, l'emblème paraît être différent, mais ce qui reste de l'inscription est la répétition des deux autres ». Cf. etiam R. Savignac, *Revue biblique*, 1920, p. 368. — Inscriptiones facie altarium ad septentrionem obversa, exaratæ sunt. Imagines tabula damus quas, mensi julio anni 1914, arte photographica expressit rev. Savignac; altaris B solum scapum repræsentavimus.

Græcos titulos primus edidit Vidua inter inscriptiones in Turcico itinere collectas, tab. XXIII, 1, p. 27; unde dedit Letronius, *Journal des Savants*, mars 1827, p. 165, cum nota Sancti-Martini de nominibus propriis, et repetiit in libello *Analyse critique du Recueil d'inscr. gr. et lat. de M. le comte de Vidua*, p. 18. — Tum venerunt in *C. I. G.*, n° 4500. — Rursum descripsit et edidit H. Waddington, *Recueil*, n° 2627. — Recentius vero G. E. Post, in opere infra laudato.

Palmyrenas inscriptiones, a Waddington descriptas, primus edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 124, — et rursum Post, in libello : *Narrative of a second Journey to Palmyre*, quæ relatio vulgata est in diario consociationis Palestine Exploration Fund dictæ, *Quarterly Statement*, anno 1892, p. 258, addita notula rev. H. Porter. — Repetiit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsem. Epigraphik*, p. 474, n° 3. — Cf. Th. Nöldeke, *Z.D.M.G.*, t. XXIV [1870], p. 96, 105.

A. Inscriptio exarata monumento quod ad occidentem erectum est :



B. Inscriptio exarata monumento quod ad orientem erectum est :

Attritis angulis, aliquot litteræ perierunt, quas tuto e græca inscriptione restituere licet. In utroque monumento textus græcus idem est et eodem modo dispositus, nempe versus brevior et majoribus litteris incisus supra textum palmyrenum, et duo versus longiores infra textum palmyrenum, hac ratione :

Supra : Διὶ ὑψίστῳ καὶ ἐπηκόῳ ἡ πόλις εὐχήν.

Infra : Ἔτους εκυ΄ Δύστρου ακ΄, ἐπὶ ἀργυροταμιῶν Ζεβείδου Θαιμοαμέδου, καὶ Μοκίμου Ἰαριβωλέους καὶ Ἰαραίου Νουρβήλου, καὶ Ανάνιδος Μαλίχου.

1 עבדת מדינתא לבריך	1 עבדת מדינתא לבריך
2 שמה לעלמא מן כסף	2 שמה לעלמא מן כסף
3 ענושתא בענושות זבי[דא]	3 ענושתא בענושת זביד[א]
4 בר תימעמד משכו ומק[ימו]	4 בר תימעמד משכו ומקי[מו]
5 בר ירחבולא גמלא ויר[חי]	5 בר ירחבולא גמלא וירח[י]
6 בר נורבל שגרי וענני [בר]	6 בר נורבל שגרי ועננו בר מל[כו]
7 מלכו ענני בירח א[דר]	7 עננו בירח אדר יום 21
8 יום 21 שנת 425	8 שנת 425

C. In monumento quod quinque passus septentrionem versus ab aliis distat. Inscriptiones imo scapo exaratæ sunt, græca ad sinistram figuræ nunc mutilæ, palmyrena ad dexteram, hac ratione :

1	[illegible]
2	[illegible]ΥCΤΡΟΥ
3	[illegible]ΚΕΠΙΑΡΓΥΡΟΤΑΜΙΩΝ
4	[illegible]ΖΕΒΕΙΔΟΥΘΑΙΜΟΑΜΕΔΟΥ
5	[illegible]ΜΟΚΕΙΜΟΥΙΑΡΙΒΩΛΕΟΥC
6	[illegible]ΙΑΡΑΙΟΥΝΟΥΡΒΗΛΟΥΚΑΙ
7	[illegible]ΑΝΑΝΟΥΜΑΛΙΧΟΥ

Textus iidem sunt quos legimus in A et B; sed hic, primus versus græcus : Διὶ ὑψίστῳ κ. τ. λ., qui superius scriptus erat, periit.

Inscriptiones palmyrenæ nullam præbent diversitatem nisi in dispositione versuum, et in scriptura vocis ענושת (A, C) ענושות (B), nominisque עננו (A, C) ענני (B).

Textum ergo semel vertisse satis erit; hæc est translatio :

1 *Fecit civitas ei cujus benedictum*
2 *nomen in æternum, e pecunia*
3 *fisci, sub quæstura Zebîdâ,*
4 *filii Taimoʿamed, (filii) Mašiku; et Moqîmu,*
5 *filii Iarḥibôlê, (filii) Gamilâ; et Iarḥai,*
6 *filii Nurbêl, (filii) Šaggarai; et ʿAnanu, filii Maliku,*
7 *(filii) ʿAnanu; mense ʾAdar, die XXI,*
8 *anno CCCCXXV.*

In textu græco hæ variantes lectiones occurrunt :
A, B : Μοκίμου, C : Μοκείμου.
A, B : Ανάνιδος, C : Ανάνου.

A, B habent καὶ ante nomen cujusque quæstoris, C (in quo singuli quæstores lineam occupant) nonnisi ante ultimi nomen.

In textum palmyrenum hæc adnotanda sunt :

Versus 1. מדינתא, forma plenior; vide sub n° 3194.

Versus 2. לבריך שמה, *Διὶ ὑψίστῳ καὶ ἐπηκόῳ*. Sane inter magnos Palmyrenorum deos reputandum numen quod ipsa civitas deprecatur. At «jaculorum fasciculo» aris insculpto, nonne ille *μέγιστος κεραύνιος* innuitur, qui in titulo bilingui (n° 3912) a Palmyrenis בעלשמן dicitur?

Versus 3. ענושתא «fiscus» seu thesaurus publicus : sensum innuit contextus; sed, spectata etymologia, strictiore sensu כסף ענושתא est pecunia e mulctis collecta; nomen deductum est e verbo ענש «mulctavit». — Inde ענושתא, officium eorum qui de ענושתא curam habebant, et titulo græco dicuntur *ἀργυροτάμιοι* «quæstores».

V. 4. תימעמד, *Θαιμοαμέδου* (gen.); analogia nominum תימאלהי, תימרושרא, תימרצו, etc., suadet ut interpretaremur «servus *τοῦ* עמד»; exposuit Vogüé «Taim sustinuit»; sed Arabes numen coluisse עמ nomine incertum est; cf. Wellhausen, *Reste arab. Heidentums*, p. 61; J. B. Chabot, *Journ. as.*, 1918, II, p. 279. — משכו : occurrit in titulis nabatæis (n° 190); gr. *Μάσεχος* (Wadd., 2064), *Μάσαχος* (Wadd., 2141). Est nomen avi, non gentis; recole dicta sub n° 3980. Quattuor sunt quæstores : singulorum pater et avus nominantur in palmyreno, solus pater in græco.

V. 5. גמלא, cf. in titulis sinaiticis גמלו, græce *Γάμηλος* (Wadd., 2169), et nom. hebr. גְּמַלִיאֵל; omnia e rad. גמל «rependere, benefacere».

Versus 6. שגרי : sic legendum videtur potius quam שנדי. Conjecit Blau (*Z.D.M.G.*, XXVII, p. 347) nomen deductum e *Σίγγαρα*, Mesopotamiae oppido. Sententia non contemnenda; cf. חטרי, מצרי, et alia nomina ejusdem originis.

Versus 7. ענגו, et in altero textu ענני. Quæ sit genuina lectio definire non valemus, cum eadem diversitas in græco textu occurrat. Etymon obscurum; nomen biblicum עֲנָנִי coarctatum ex עֲנַנְיָה, *Ἀνανίας*, suadet repetendum esse e rad. ענן «tegere», id est : tueri.

Versus 7-8. Erectionis tempus accurate notatum est : «die 21 mensis Adar anni 425», in græco : *ἔτους εκυ'*, *Δύστρου αχ'*; hinc observavit Waddington menses palmyrenos cum mensibus græco-syris apprime congruere.

Erecti sunt ergo tituli nostri die 21 mensis martii anni p. Chr. 114.

3995

(Tab. XV.)

Eodem loco, quindecim passus ad austrum altarium de quibus actum est sub n° 3994, aliud effoderunt anno 1914 rev. Jaussen et Savignac, altum $1^{m},05$, latum ad scapum $0^{m},42$. Titulo palmyreno insignitum est. Imaginem tabula damus ad ectypum effictam.



לבריך שמה לעל מא עבדו	1	*Ei cujus nomen benedictum in æternum, fecerunt*
בלידע ועתנורי ומענו [בני]	2	*Bêliadaʿ et ʿAténurî et Maʿnu [filii]*
תימעמד בר בלידע על מ...	3	*Taimoʿamed, filii Bêliadaʿ, pro M...*
אחוהן יום 22 בשב[ט שנת]	4	*fratre eorum; die XXII (mensis) Šeb[aṭ, anno]*
426	5	*CCCCXXV*

Versus 2. בלידע «Bel novit»; cf. nom. biblica יוֹיָדָע, יְהוֹיָדָע, et palmyrenum ידיעבל (sub n° 3911). Id nomen jam legimus sub n° 3970.

Versus 3. Sub finem periit nomen fratris auctorum, excepta prima littera מ; fortasse מלכו.

Erectus est titulus die 22ª februarii, anno p. Chr. 115.

3996

Vogüé, 75.

(Tab. XV.).

Ara lapidea, alta 0m,75, lata ad scapum 0m,32. Primus invenit H. Waddington et apographum sumpsit, quod hic subjicimus. Descripsit etiam D. Mordtmann. Anno 1914, aram mutilam repperit Jaussen in area magni templi, et servatæ partis ectypum fecit quod tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 75. — Retractavit D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 29, addito proprio apographo. — Repetiit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsemit. Epigraphik*, p. 474, n° 5, tab. XXXVIII, 8. — Dein G. A. Cooke, *A Text-Book of North-Semitic Inscriptions*, n° 135.



1 לבריך ש[מ]ה ל[ע]למא
2 טבא ור[ח]מנא
3 עבד פרנ(ך) בר חרי
4 לשמש בר שמשגרם
5 נרקיס בר חרי מלא
6 ברפא על חייהן וחיי
7 בניהן בירח כסלול
8 שנת 437

1 *Ei cujus benedictum nomen in æternum,*
2 *bono et misericordi*
3 *fecerunt Pharnak, libertus*
4 *Lišamš, filii Šamšigeram, (et)*
5 *Narqaios, libertus Malê, (filii)*
6 *Berrephâ; pro salute eorum et salute*
7 *filiorum eorum; mense Kislul*
8 *anni CCCCXXXVII.*

Apographon a Mordtmann editum in hoc tantum a nostro recedit quod, v. 3, exhibet nomen [illegible], omisso tertio signo. Vogüé פרנד legit, Mordtmann : פרד. Conjecit Sachau (*Z.D.M.G.*, XXXV, p. 737) legendum פרנך; cf. nom. Φαρνάκης, Φαρνούχης (apud Justi, *Iran. Nam.*, p. 92, 94), et hebr. : פָּרְנַךְ; LXX : Φαρνάχ (*Num.*, XXXIV, 25).

Versus 5. Ante נרקיס deest copula; sed votum esse duorum patet e suffixis pronom., v. 6–7. — נרקיס, nomen græcum Ναρκαῖος. Libertum alium ejusdem nominis inveniemus sub n° 4173.

Versus 6. ברפא (rursum sub n° 4520) pro בל־רפא «Belus sanavit», nisi sit defectiva scriptio pro בורפא, i. e. בול־רפא; cf. בלחא pro בולחא, sub n° 4560. Exspectes בר ברפא; omissione deceptus interpretatus est Nöldeke בר פא (*Z.D.M.G.*, XXIV, p. 97). — Non pro semetipsis sed pro heris libertos oblationem fecisse verisimile est; cf. num 4000.

Titulus erectus mense decembri anni p. Chr. 125.

3997

Vogüé, 78.

(Tab. XV.)

Ara lapidea in cœmeterium delata, lata ad scapum 0m,34. Invenit et descripsit H. Waddington. Ectypum sumpsit Jaussen, quod tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 78.



1 [ל]בריך שמה [לע]למא עבד זביד[א]
2 בר זבדבל ידיעבל על ביתה
3 בירח אלול שנת 440

1 *Ei cujus benedictum nomen in æternum, fecit Zebîdâ,*
2 *filius Zabdibêl, (filii) Iedi'bêl, pro domo sua;*
3 *mense 'Elul, anni* CCCCXXXX.

Versu 2. זבדבל, nomen recurrit sub nº 4392, et ideo non ausi sumus restituere זבדבול, quanquam persuasum habemus hanc esse genuinam lectionem. — על ביתה «pro domo» i. e. pro familia.

Titulus erectus mense septembri anni p. Chr. 129.

3998

Sobernheim, 34.

(Tab. XV.)

Ara lapidea, alta 1m, 18, lata nunc, fracto angulo, 0m, 48. Jacet in aula templi Castrorum, ubi eam invenit anno 1902 cl. v. Puchstein. Duo tituli inscripti sunt cippo : superior duplici lingua, græca nempe et palmyrena, conceptus est; inferior vero, palmyrena tantum, accuratissime magnis litteris vocibusque spatio distinctis exaratus est. Imaginem ab ectypo quod sumpsit Puchstein effictam tabula damus.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, nº 34 (tab. XVI, XVII). — De titulo egerunt M. Lidzbarski, *Deutsche Literaturzeitung*, 1905, col. 1562, et *Ephemeris*, t. II, p. 295; — Ch. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. or.*, t. VII, p. 19. — *Rép. d'épigr. sém.*, nº 2143.

Hæc in ectypo dispicere licet :

A



B



Quæ sic transcribere et partim complere juvat :

Διὶ ὑψίστῳ καὶ ἐπηκ[όῳ τὸν βωμὸν]
ἀνέθηκεν Ζαβδίβω[λος Ἰαριβωλέους]
τοῦ Λισαμσαίου τοῦ Αἰρ[άνου ὑπὲρ]
ὑγείας αὐτοῦ καὶ τέκνω[ν καὶ]
ἀδελφῶν, ἔτους δμυ' Ὑπ[ερβερεταίου]

1 [קרב דכ]רן קדם בריך שמה לעלמא
2 [זבדבול] בר ירחבולא בר לשמשי
3 [חירן ע]ל חיוהי וחיי בנוהי ואחוהי
4 [בירח תש]רי שנת 444

1 [לבריך ש]מה לעלמא מרא כל
2 [טבא ורחמנא] מודא זבדבול בר
3 [זבדבול על אס]ותא די אנשו[ה]
4 סן לעלמא .....
5 ס זבדבול בר זבדבול .....
6 כתבא דנה .....

Palmyrena verte :

A

1 [*Obtulit(?) me*]*moriale coram eo cujus benedictum nomen in æternum,*
2 [*Zabdibôl,*] *filius Iarḥibôlê, filii Lišamšai,*
3 [(*filii*) *Ḥairan, pro*] *salute sua et salute filiorum suorum et fratrum suorum;*
4 [*mense Tiš*]*rî, anno* CCCCXXXIIII.

B

1 [*Ei cujus benedictum nomen*] *in æternum, domino universi,*
2 [*bono et misericordi,*] *gratias agens Zabdibôl, filius*
3 [*Zabdibôl, ob incolumi*]*tatem suorum*
4 . . . . . *in æternum.*
5 . . . . . *Zabdibôl, filius Zabdibôl*
6 . . . . . *scripto isto.*

Græcum complevimus palmyreni tituli ope; brevior quidem est versus 4, sed quid addendum sit non videmus. — Pro *ὑπὲρ ὑγείας*, sæpius habemus *ὑπὲρ σωτηρίας.*

A. — Versus 1. Sex litteras initio cujusque versiculi periisse ostendit restitutio vers. 2, 3, 4, græco innixa et omnino certa. Hic vero, distincte legimus litteras רן et dubie כ, unde magna cum probabilitate דכרן restituendum est. Ita etiam Lidzbarski. Deficiente verbo per reliquam inscriptionem, illud initio, loco quidem parum apto, præponere fere cogimur : קרב melius quam עבד spatium implere videtur. — Locutionem קדם בריך שמה, rursum sub n° 4004 inveniemus.

B. — Voces spatio distinctæ sunt, ut in nonnullis aliis inscriptionibus.

Versus 1. Initio, restitutio obvia. — מרא כל «Dominus universi», *παντοκράτωρ*; eodem sensu ac מרא עלמא, epitheton quod de deo Baʿalšamin prædicatur sub n° 3912. Apud Syros christianos, teste Bar-Bahlul (ed. Duval, col. 1149), ܡܳܪܳܐ ܟܠ est رَبّ العالمين.

Versus 2. Tot restituimus litteras quot satis sunt ad lacunam implendam, mera conjectura.

Versus 3. Initio nomen fuit aut ירחבולא (ut in A, v. 2), aut probabilius זבדבול (ut hic, v. 5). Dein ratio inscriptionis proferebatur; prima vox partim deleta est; conjecit Lidzbarski בשיזבותא «in salvatione», aut quid simile; melius, opinamur, על אסותא «propter sanationem» seu «sanitatem» proposuit Chabot. — Ultima vox : אנשוה; legere אנשוהי spatium vix permittit; nomen collectivum, e אנש deductum.

Versus 4. Perierunt IX litteræ. Post לעלמא nihil deest.

Versibus 5-6, nova sententia descripta est, qua, opinante Lidzbarski, prohibebatur mutilatio inscriptionis. Restitutiones ס[ויקנ . . . . .] v. 5, et [מן די יחבל] v. 6, ab ipso propositæ, conjecturæ sunt omnino dubiæ. — זבדבול auctor, filius est Zabdiboli, nepos Iarhibolis, qui commemorantur in superiore titulo (A, v. 2).

Prior titulus exaratus est mense octobri anni p. Chr. 132. Titulus inferior ab auctoris filio additus est in gratiarum actionem, quod familia morbum vitavit vel ab eo convaluit aut a quodam periculo libera evasit.

3999

Wood, XIII; Vogüé, 76.

(TAB. XX.)

Ara lapidea in cœmeterium delata, alta circiter metrum, lata $0^{m},44$. Primus invenit Wood, anno 1751, et apographum sumpsit imperita manu; iterum exscripsit Waddington, cujus apographum edidit Vogüé. Imaginem damus ab ectypo Gualteriano effictam.

Edidit R. WOOD, *Les Ruines de Palmyre*, n° XIII. — Inde disseruerunt SWINTON, *Philosophical Transactions*, t. XLVIII, p. 699; tab. 25, n° XIII; — Ulr. Fr. KOPP, *Bilder und Schriften der Vorzeit*, t. II, p. 259; — J. G. EICHHORN, *Marmora Palmyrena*, p. 95; — M. A. LEVY, *Die Palmyrenischen Inschriften*, n° XIII (*Z.D.M.G.*, t. XVIII, p. 94). — Ad. MERX, *Bemerkungen über die jetzt bekannten aramäischen Inschr.* (*Z.D.M.G.*, t. XXII, p. 688). — Demum M. DE VOGÜÉ, *Palmyre*, n° 76. — H. EWALD, *Götting. gel. Anzeigen*, 1869, p. 1490. — — Rursum M. A. LEVY, *Zu den palmyrenischen Inschriften* (*Z.D.M.G.*, t. XXIII, p. 289). — Repetiit G. A. COOKE, *A Text-Book of North-Semitic Inscriptions*, n° 137.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]



1 לבריך שמה לעלמא עבד שלמן בר נשא בר
2 חירא ברק על חיוהי וחיי בנוהי
3 X בירח ניסן שנת 447 X

1 *Ei cujus benedictum nomen in æternum, fecit Šalman, filius Nešâ, filii*
2 *Ḥairê Boraq, pro salute sua et salute filiorum suorum;*
3 *mense Nîsan anni CCCCXLVII.*

Versus 2. Legebat Vogüé צירא, sed vera lectio est חירא; vide sub n° 3939. — ברק, cognomen potius quam

nomen; cf. nomen militis Βόραχος (Lidzbarski, *Ephem.*, II, p. 341), et nomen fabulosi jumenti בֻּרָק; cognatum est nomen palmyr. אברוק (sub n° 3980).

Signum in speciem litteræ X, initio et fine v. 3, quod sive crucis figuram sive initium vocis Χριστός exhibere aliqui olim suspicati sunt, ornandi causa appositum nemo hodie non fatetur.

Titulus erectus mense aprili anni p. Chr. 136.

4000

Mordtmann, 2.

(Tab. XXI.)

Ara lapidea in cœmeterium delata a parte superiore mutila, lata ad scapum $0^{m},19$. Invenit et exscripsit, anno 1870, A. D. Mordtmann. Anno 1914, imaginem sumpsit rev. Savignac, quam tabula damus; hic autem apographum subjicimus.

Edidit A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, n° 2 (p. 36), et denuo J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 28. — Vide etiam M. Lidzbarski, *Ephemeris*, t. I, p. 80.



1 דכרן טב לבריך
2 שמה לעלמא
3 עבד עבנרגל בר
4 חרי תימא בר ענן
5 על חיוה וחיא
6 ענן ברה בירח
7 אב שנת
8 454

1 *Memoriale bonum ei cujus benedictum*
2 *nomen in æternum,*
3 *fecit ʿAbnergal, li-*
4 *bertus Taimê, filii ʿAnan;*
5 *pro salute ejus et salute*
6 *ʿAnan, filii ejus; mense*
7 *ʾAb anni cccc*
8 *liv.*

Versus 3. עבנרגל, nomen coarctatum videtur ex עבד־נרגל «servus (dei) Nergal». Cf. quoad formam nom. עבשלמא, infra, sub n° 4198.

Versus 4. ענן : cf. nom. biblicum עָנָן (*Nehem.*, x, 27), decurtatum e ענניה. Cognatum est ענני (ענגו), sub n° 3994.

Versus 6. ʿAnan filium Thæmi fuisse vix dubitare licet; non ergo pro seipso, sed pro hero et heri filio aram dedicavit libertus; cf. n^{nm} 3996.

Erectus titulus mense augusto anni p. Chr. 143.

4001

Vogüé, 104; Mordtmann, 27; Littmann, 14.

(Tab. XXIII.)

Ara lapidea in cœmeterium delata. Primus invenit H. Waddington, sed cum fere deleta esset scriptura, initium tantum descripsit; D. Mordtmann aliquot signa e reliquis lineis suo apographo addidit. E. Littmann, anno 1900, lapidem eodem loco repperit et novum apographum fecit, sed et ipse nonnisi primos versus exscripsit. Anno 1914, rev. Jaussen et Savignac ectypum sumpserunt ad quod effictam imaginem tabula damus. Totam scapi faciem, altam $0^{m},31$, latam $0^{m},20$, occupat scriptura.

Apographum a Waddington exaratum edidit Vogüé, *Palmyre*, n° 104. — D. Mordtmann suum edidit, *Neue Beiträge*, sub n° 27; accuratius autem recusum est apud J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 34. — E. Littmann, *Semitic inscriptions*, p. 82 (Palm., n° 14), novam delineationem et interpretationem tradidit. — Inde de titulo disseruerunt M. Lidzbarski, *Ephemeris*, t. II, p. 310; — Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'arch. or.*, t. VII, p. 36, et rursum t. VIII, p. 12. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 823.



דכרן טב לבריך שמה 1
לעלמא טבא ורחמנא 2
ולתרן א[חי]א קדישא 3
עבד ו[קר]ב א.... 4
בר חר[י ..... בר] 5
עלבן מ..... 6
..... 7
...ע..... 8
[ועל] חיי ה[ר]מס[· א] 9
תתה בירח ס(י)ון 10
שנת 472 11
ועבד תצבית[א כ]לה 12

1 *Memoriale bonum ei cujus benedictum nomen*
2 *in æternum, bono et misericordi,*
3 *et duobus fra[tri]bus sanctis,*
4 *fecit et obtulit ʾA.....*
5 *liber[tus....., filii]*
6 *ʿOlban M.....*
7 .....
8 .....
9 *[et pro] salute Hermes[iæ u-]*
10 *xoris ejus. Mense Siuan*
11 *anni* CCCCLXXII.
12 *Et fecit ornatum totum.*

Difficultas est in interpretando versu 3. — Initio legi Littmann לתרן, et censet esse vocem græcam Θρόνος, atque vertit «pro throno» dei sancti. — Clermont-Ganneau (*op. cit.*, t. VII, p. 37) quærit num hic lateat proprium dei sancti nomen, peregrinæ originis, et confert nom. div. fem. תדה (vel תרה); postea (*op. cit.*, t. VIII, p. 13), dimissa priore opinione, conjecit apographum emendandum esse et legendum מורן (cf. sub n° 3981). — C. Torrey lectionem למרן «domino nostro», quam rejecerat Littmann, rursum proposuit (*The American Journ. of Semitic Languages*, t. XXI [1905], p. 107). — Conjectavit Chabot : ו[לתרן א[להי]א קדישא «et duobus diis sanctis», Aglibolo nempe et Malacbelo, qui simili modo, sub n° 3981, post deum anonymum commemorantur.

Verum, in ectypo omnia certa sunt præter vocem quæ לתרן sequitur. Vox ergo masculini generis, et plurali numero, quattuor signis constitit א..א; litteram secundam esse ח valde suadent vestigia; tertiam, ob angustum spatium, י fuisse conjicimus : quod comprobari videtur apographo Waddingtoniano tituli sub n° 4002 editi ubi, ni fallimur, eadem vox recurrit. Legendum itaque אחיא «fratres»; lectio אלהיא omnino rejicienda est. Hanc formam אחיא reperies infra, sub n° 4158. Sed hic latiore significatione accipienda videtur, nempe pro «sodales, soliti socii», quo sensu duo fratres sancti forsan sint Arṣu et Azîzu, quibus sacratus est titulus n° 3974, vel Aglibolus et Malacbelus, qui sæpius simul commemorati sunt.

Versus 4. Nomen auctoris periit.

Versus 6. עלבן; cf. gr. Ὄλϐανος (Wadd., 2110).

Versus 9. Post הרמס spatium duas tantum litteras admittit, quarum altera pertinet ad vocem sequentem. Nomen igitur habemus feminis gener. deductum e nom. Ἑρμῆς, sed incerta manet ejus forma.

Versu 10. Nomen mensis lapsu סון scriptum est.

Versus 12. תצביתא «ornatus»; res quædam pretiosæ simul ac ara templo oblatæ, ut conjicere licet e titulo romano (n° 3902).

Titulus erectus est mense junio anni p. Chr. 161.

4002

Vogüé, 77.

(Tab. XXIII.)

Ara lapidea in cœmeterium delata, lata ad scapum $0^{m},30$. Invenit H. Waddington et apographum sum-

(Impressum mense januario anni 1925.)

psit, quod hic subjicimus. Supremæ autem partis imaginem ad ectypum quod expressit rev. Jaussen tabula damus.

Edidit apographum M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 77, nulla tentata interpretatione.



Hæc in ectypo servata sunt :



Ex utroque documento totum partim restituere licet hunc in modum :

1 לבריך שמה לעלמא טבא ורחמנא
2 [ו]ל[תרין אח]יא קדשא עבד עלו[ת]א
3 ....דני ו[ע]ליו בני עשת[רג]א
4 בר דני ....יה... [על חייהון]
5 וחיי בנ[יהו]ן בירח ......]
6 שנת ///

1 *Ei cujus benedictum nomen in æternum, bono et misericordi,*
2 *[et duobus fratri]bus sanctis, fecerunt aras*
3 *(has duas?) Dinai et ʿAliu filii ʿAšt[org]â*
4 *filii Dinai .... [pro salute sua]*
5 *et salute filiorum suorum, [mense ....]*
6 *anni ccc[c] ....*

Versus 2. Initio reposuimus formulam in titulo superiore occurrentem, quæ adæquate lacunam explet. Hic tamen habemus קדשא, non autem קדישא, ut in n° 4001.

Versus 3. Initio deesse scriptum fuit [אלו תרתי]ן «has duas». — Fortasse ex apographo quis conjiciet ערבי, nomen quod occurrit infra, sub n° 4442, vel ערב, quod legimus sub n° 4121; sed litteræ דנ ab ectypo certæ videntur. Cf. nom. gr. Δαειος (Wadd., 2105), et palm. דני (n° 4519) et דנום (n° 4287). — עליו, nomen in usu est apud Nabatæos. — עשתרגא restituimus conjectura, collato nomine עשתרגדא (sub n° 4199).

Versus 6. Numerus annorum partim evanuit; sæculo post Christum secundo adscribendus videtur titulus.

4003

(Tab. XXIV.)

Lapis quadratus, altus 0^m,62, latus 0^m,51. Repererunt anno 1914 rev. Jaussen et Savignac, prope molendinum (Wood, tab. II, 39). Titulus aquis fere deletus quinque versibus græcis et duobus palmyrenis constat. Ad ectypum damus.

In græco titulo hæc certa videntur :



Restitue :

1 [Διὶ ὑ]ψ[ίσ]τῳ καὶ ἐπηκό[ῳ ...]
2 ....σ.ῳ Κα[σσ]ιανὸς Ζη[νοβίου]
3 [τοῦ] Φιλοπάτορος ὑπ[ὲρ σωτηρίας]
4 [αὐ]τοῦ καὶ ἀδελφῶ[ν αὐτοῦ]
5 [ἔ]τους δπυ Π[ερειτίου]

Palmyrenus textus sic se habet :



[בירא]....א בר זבידא אפין על חיוה
[וחיא אחוהי] ב[י]ר[ח] שבט שנת 484

[Gratias agens Cassian]us, filius Zebîdâ Apian, pro salute sua
[et salute fratrum suorum.] Mense Šebaṭ anni CCCCLXXXIV.

Latum est ectypum $0^{m},40$; partem ergo dexteram lapidis, seu spatium sex circiter litterarum græcarum in singulis lineis, non expressit.

In græco, versus 2^{i} initio fuit epitheton divinum, fortasse *μεγίστῳ*. Sequitur nomen auctoris, quod legendum videtur Κα[*σι*]*ανός*. — Ζη[*νοβίου*] : restitutio certa; nomen Ζηνόβιος plerumque respondet palmyreno זבידא (vide sub n^{is} 4031, 4168, etc.). — V. 3. Ad explendam lineam restituimus *ὑγείας*. — V. 4, post numerum annorum, exspectes Περιτίου; sed prima littera sola apparet.

In palmyreno, nomen auctoris evanuit, praeter litteram ultimam. Fortasse קסינא; vide sub n° 3943. — אפין, vel minus probabiliter אסין, est cognomen, nam avi nomen græcum est Φιλοπάτωρ. Non temerarium videbitur אפין ad Ὀπιανός aut simile nomen componere.

Erectus est titulus mense februario anni p. Chr. 173.

4004

Vogüé, 91.

(Tab. XIX.)

Ara lapidea, lata ad scapum $0^{m},23$. In cœmeterio invenit et titulum descripsit H. Waddington, cujus apographum vulgavit Vogüé; imaginem tabula damus ab ectypo quod nobis sumpsit Lud. Vignes.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 91. — De titulo egit S. Reckendorf, *Palmyrenisches* (*W. Z. K. M.*, t. II, p. 327).

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

1 [מוד]א חירן בר
2 [מ]קי[מו] בר ירחי
3 קדם [ב]ריך שמה
4 לעלמא אלה[א ט]בא
5 שנת 488
6 [ביר]ח כנ[ון] יום 19
7 [ע]ל חיוהי וחיא בנוה[י]

1 *[Gratias agens] Ḥairan, filius*
2 *Moqîmu, filii Iarḥai,*
3 *coram eo cujus benedictum nomen*
4 *in æternum, deo bono.*
5 *Anno CCCCLXXXVIII,*
6 *mense Kanun, die XVIIII;*
7 *pro salute sua et salute filiorum suorum.*

Versus 1. חירן nomen dedicantis legimus; Vogüé : חורן; sed secundum signum magis litteram י imitatur quam ו; hæc enim per totam inscriptionem recto, non curvo ductu scripta est.

Versus 3. Initio קדם, legendum; cf. sub n° 3998.

Versus 4. Nota speciem litteræ ע.

Versus 5. Numerus 488 certus. Vogüé male : 565.

Versus 6. Mensem et diem hic notari bene vidit Reckendorf; sæpius quidem mensis anno præpositus est, sed non semper; vide sub n^{is} 4037, 4045. Adverte quomodo hic notetur numerus XV, signis [illegible] et [illegible] in unum coalescentibus.

Erectus est titulus die 19 mensis novembris anni p. Chr. 176.

4005

(Tab. XXIV.)

Ara lapidea, tumulo infixa, lata ad scapum $0^{m},18$. Invenit Savignac. Tituli pars dextera periit. Ad ectypum tabula damus. Schema vide p. 154.

Hæc supersunt :		Complere licet :
[illegible]	1	[בריך שמה ל]עלמא
[illegible]	2	[עבד ומודא] שלמא
[illegible]	3	[בר ... בי]רח אדר
[illegible]	4	[שנת] 90[4]

1 *Benedictum nomen ejus in æternum!*
2 *Fecit et gratias agens (obtulit) Šalmê*
3 *[filius ..... Men]se ʾAdar*
4 *[anni cccc]*LXXXX.

Titulus erectus mense martio anni p. Chr. 179.

4006

(Tab. XXIII.)

Aræ lapideæ fragmentum, altum $0^{m},15$, latum $0^{m},185$. Invenit et ectypum sumpsit rev. Jaussen. Ad ectypum damus.



1 לבריך שמה ל[עלמ]א
2 מודיא ח[נת]א ברת
3 [ע]יד לה ולתימרצו
4 ולבורפא שנת
490 5

1 *Ei cujus nomen benedictum in æternum,*
2 *gratias agens (obtulit) Ḥ[anna]tâ, filia*
3 *[ʿAu]id; pro se, et pro Taimarṣu,*
4 *et pro Bôrrephâ. Anno*
5 CCCCLXXXX.

Versus 2. Restitutio א[נת]ח valde probabilis; nomen occurrit sub n° 4388.

Versus 3. Initio signa duo incerta, lectio probabilior est עויד; vide sub n° 4199. — לה «sibi», id est pro se; in aliis titulis חיה על. Cf. לחיא, sub n° 4046.

Versus 5. Utrum post signum decenarium fuerint monades non liquet.

Annus 490 initium habuit a kal. octobr. anni p. Chr. 178.

4007

(Tab. XXIII.)

Ara lapidea mutila; deest pars inferior. Latum est fragmentum $0^{m},17$. Reppererunt in cœmeterio, prope magnum templum, rev. Jaussen et Savignac. Imaginem ad ectypum damus.

1 בריך שמה לעלמא טבא
2 ורחמנא עבד ומודא
3 ידיעבל בר זב[ד]א לשמש
4 מישן על חיו[הי] וחיי בני
5 [א]חוהי בירח ניסן
שנת 501 6

1 *Benedictum nomen ejus in æternum, boni*
2 *et misericordis! Fecit et gratias agens (obtulit)*
3 *Iedîʿbêl, filius Zabdâ (filii) Lišamši*
4 *Maišan; pro salute sua et salute filiorum*
5 *fratris sui. Mense Nisan*
6 *anni* DI.

Litteras evanidas supplevimus.

Versus 4. מישן : prima vice occurrit; videtur esse cognomen Lisamsi.

Erectus est titulus mense aprili anni p. Chr. 190.

4008

Clermont-Ganneau (α), 1; Simonsen, 35.

(Tab. XVIII.)

Tabula lapidea, alta $0^{m},36$, lata $0^{m},21$, ex ara quadam excisa, ut videtur; anaglypho ornata est, quo exhibentur duæ manus apertæ, dextera et sinistra, palmis intuenti obversis. Supra, inscriptio quinque versibus exarata est. Nunc Hafniæ asservatur, in Glyptotheca. Imaginem ab ipso monumento expressam damus.

Edidit Ch. Clermont-Ganneau in *Revue archéologique*, anno 1886, t. II, p. 16, n° 1; et rursum in libro suo *Rec. d'archéol. orient.*, t. I, p. 117. — Repetiit D. Simonsen, *Sculptures et inscriptions de Palmyre*, n° 35 (p. 46).



1 עלתא דה עבד וה[בא]
2 בר מלכו מלא לבריך
3 שמה לעלמא על חיו[ה]
4 וחיא אחוהי בירח
5 סיון שנת 502

1 *Aram hanc fecit Vah[bâ],*
2 *filius Maliku, (filii) Malê, ei cujus benedictum*
3 *nomen in æternum, pro salute sua*
4 *et salute fratris sui, mense*
5 *Siuan anni* DII.

Versus 1. Auctoris nomen litteris וה incepisse certum est; unde restituendum והבא, vel והבי; ob angustum spatium de nomine והבלת cogitandum non est.

Versus 4. אחוהי, «fratris» vel «fratrum».

Erectus est titulus mense junio anni p. Chr. 191.

4009

(Tab. XXIII.)

Ara lapidea, tumulo infixa. Scapus latus est $0^{m},22$, altus $0^{m},24$. Scriptura partim deleta. Reppererunt rev. Jaussen et Savignac. Ad ectypum tabula damus. Schema vide p. 154.



1 לב[ריך] ש[מה]
2 לעלמא ור[חמנא]
3 טבא מודא [חל]פו
4 נא בר זבדא וב
5 י. על חיו [ו]חיא
6 ביתה כלה .ב..
7 שנת 503

1 *Ei cujus nomen benedictum*
2 *in æternum, et mise[ricordi],*
3 *bono, gratias agens [Ḥala]phô-*
4 *nâ, filius Zabdâ, cum [fi-*
5 *liis], pro salute sua et salute*
6 *totius domus suæ, ...*
7 *anno* DIII.

Scriptura crassior et minus elegans.

Versus 3-4. חלפונא; nomen conjectura supplevimus, collato n° 4031.

Versus 4-5. וב.י : quin lapicida hic erraverit vix dubitamus; scripsisse videtur ובני, pro ובנוהי. Legere ובני, *et Bannai*, prohibet usus suffixi num. sing. — חיו : exspectes חיוהי; cf. tamen בנו, sub n° 4015.

Versus 6. Sub finem, signa obscura e quibus nomen mensis eruere frustra tentavimus.

Annus 503 initium habuit a kal. octobr. anni p. Chr. 191.

4010

Vogüé, 98.

Ara lapidea in cœmeterium delata. Invenit et exscripsit H. Waddington, cujus apographum hic damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 98. — Vide etiam O. Blau, *Z.D.M.G.*, t. XXVII, p. 349. — S. Reckendorf, *W. Z. K. M.*, t. II, p. 327. — J.-B. Chabot, *Notes d'épigr.*, n° 29. — Ch. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. or.*, III, p. 171.



1 עלתא ד[ה לבריך שמה]
2 לעלמא עבדת ומודיא
3 עלא בר[ת ז]בידא בר עתעי
4 דכא על [ח]י[ה ו]על חיא ידי
5 בר תימרצו [תימא] בעלה
6 ועל ה[י]א ב[ניהון ל]עלמא
7 יום [ת]ש[עא בירח ..... ש]נת
8 .....

1 *Aram hanc ei cujus benedictum nomen*
2 *in æternum, fecit et gratias agens (obtulit)*
3 *ʿAlâ, filia Zebidâ, filii ʿAtéʾai*
4 *Dakâ; pro salute sua et pro salute Iaddai,*
5 *filii Taimarṣu (filii) [Taimê], mariti sui,*
6 *et pro salute f[iliorum eorum, in] æternum;*
7 *die [nona mensis ....] anni*
8 .....

Versus 3. עלא, nom. fem.; cf. עלי, עליי, עלית, quæ e rad. עלה, arab. علا « exaltatus est », deducta sunt. Reckendorf עלא revocat ad علّ, et tanquam synonymum nominis שגל « concubina » habet (*Z.D.M.G.*, t. XLII, p. 393, n. 2). — עתעי, rursum occurrit sub n° 4598; deductum videtur e nomine divino עתה, fortasse coarctatum e עתעקב; cf. עתי, sub n° 4146.

Versus 4. In apographo : רפא; sed jam suspicatus est Vogüé legendum esse דכא, nomen quod invenimus sub n[is] 4030, 4050. — ידי, Iaddai, ille qui supra (sub n° 3949) commemoratur, titulo anno 504 (p. Chr. 193) exarato : e quo bene restituit Vogüé nomen avi תימא, versu seq. Inde etiam epocham inscriptionis conjicere licet.

4011

Vogüé, 103.

(Tab. XXIV.)

Ara lapidea, alta o[m],76, lata o[m],37, ad scapum o[m],33. Primus invenit et exscripsit H. Waddington, cujus apographum hic subjicimus. Lapidem paulisper mutilum repperit Jaussen, prope semitam inter fontem et magnum templum. Ad ectypum quod sumpsit imaginem tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 103. — De eo egerunt H. Ewald, *Götting. gel. Anzeigen*, 1869, p. 1493. — J. Halévy, *Mélanges épigraphiques*, p. 106. — S. Reckendorf, *Palmyrenisches* (*W. Z. K. M.*, t. II, p. 327). — Ch. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. or.*, t. VII, p. 344; et *Rép. d'épigr. sém.*, n° 673.



Ectypo et apographo inter se collatis, hanc eruimus lectionem :

1 .....מ.דא...
2 בריך שמה] לעלמא [רחמנא]
3 טב[א עבד ומודא ת]ימא .....
4 בריך שמה לעלמ[א] ר[חמנא]
5 קריה בכול אתר ועניה .....
6 [ל]ה על חיוה וחי מרוהי ו...
7 בירח אב די שנת 510

1 . . . . . .
2 *Benedictum [nomen ejus] in æternum, [misericordis]*
3 *bo[ni; fecit et gratias agens obtulit Tai]mê. . . . . .*
4 *Benedictum nomen ejus in æternum, mi[sericordis]. . .*
5 *invocavit eum in omni loco, et ipsum exaudivit; . . .*
6 *. . pro salute sua et salute dominorum suorum, et . . . . .*
7 *Mense 'Ab anni* DX . .

Conjecturis lacunas partim supplevimus. Versus primus, fortasse scriptus coronæ, non apparet in ectypo.

Versus 5. Post קריה, in apographo sequuntur litteræ בכולאזור; sine interpretatione tradidit Vogüé. Halévy nomen quoddam babylonicum conjecit; Reckendorf לא זוד «sine viatico», proposuit : utraque conjectura inanis. Clermont-Ganneau veram lectionem, quam comprobavit ectypum, assequutus est : בכול אתר «in omni loco»; cf. similem locutionem sub n° 4047. — קריה fortasse sit lapsus in apographo pro קרלה.

Versus 6. Initio, [ל]ה restituit Vogüé; æquo jure conjicies [ד]ה. Est complementum vocis evanidæ sub finem versus quinti.

Versus 7. Numerus annorum 510 (signum decenarium in ectypo), fortasse imperfectus. Titulus ergo erectus est mense augusto, inter annos p. Chr. 199-208.

4012

Vogüé, 80.

(Tab. XXI.)

Ara lapidea in cœmeterium delata; lata ad scapum 0m,23. Primus invenit et exscripsit H. Waddington; postea etiam vidit D. Mordtmann, demum E. Littmann. Nuper autem imaginem photographicam expressit rev. Savignac, quam tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 80. — Vide etiam D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 30. — J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 23. — Ch. Clermont-Ganneau, *Études d'arch.*, II, p. 60. — E. Littmann, *Semitic inscriptions*, p. 84.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]



1 [לב]ריך שמה ל[עלמא]
2 [עבד] ומודא. . . . . .
3 [בר] עודאל על חיוה
4 [ו]חיא בנוה בירח
5 קנין שנת 514

1 *Ei cujus benedictum nomen in æternum,*
2 *[fecit] et gratias agens (obtulit) . . . . .*
3 *[filius] 'Audêl, pro [salute sua]*
4 *[et] salute filiorum suorum; mense*
5 *Qenîan anni* DXIV.

Versus 2. Auctoris nomen evanuit.

Versus 3. Patris nomen partim deletum Vogüé prætermisit; J. Mordtmann conjecit legendum [נ]דראל vel [ע]דראל; Littmann litteras [illegible]דאל exscripsit. Ab ectypo lectio עודאל nobis certa videtur. Nomen עודאל «donum dei» occurrit in inscript. safaiticis; græce Αὔδηλος (apud Lidzbarski, *Ephem.*, II, p. 339, 340).

Erectus est titulus mense julio anni p. Chr. 203.

4013

(Tab. XXIII.)

Aræ lapideæ fragmentum, latum 0m,27. Reppererunt anno 1914 rev. Jaussen et Savignac, in vico, ad occidentem magni templi, austrum versus. Ad ectypum damus.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

1 [לב]ריך שמה לעלמא

2 [אל]הא טבא וסכרא עבד

3 עלתא דנה הרמס בסם

4 [ב]ר חרי מלכו בר והבא

5 [ע]ל חיוהי וחיא בנוהי

6 [ב]ירח סיון יום 24

7 שנת 516

1 [*Ei cu*]*jus benedictum nomen in æternum,*

2 [*de*]*o bono et remuneratori, fecit*

3 [*ar*]*am hanc Hermas Bisam*

4 [*li*]*bertus Maliku, filii Vahbê;*

5 *pro salute ejus et salute filiorum ejus.*

6 *Mense Siuan, die* XXIIII,

7 *anno* DXVI.

Versus 2. סכרא «remunerator»; vide sub n° 3973.

Versus 3. עלתא דנה, pro דה. Etiam sub n^is^ 4014, 4053, etc. — הרמס, nom. gr. Ἑρμῆς, seu quædam hujus nominis forma, ut Ἑρμεῖας, Ἑρμέας, Ἑρμᾶς, vel probabilius Ἑρμᾶς (Wadd., 1851). — בסם «aroma», si vox est aramaica. Videtur esse cognomen auctoris.

Versus 5. Etiam vertere licet «pro salute sua et filiorum suorum»; sed cf. sub n° 4000.

Titulus erectus die 24^a^ mensis junii anni p. Chr. 205.

4014

Mordtmann, 6; Euting, 6.

(Tab. XVIII.)

Ara lapidea, alta o^m^,68, lata ad scapum o^m^,20. Palmyræ, in cœmeterio invenit, anno 1870, et apographum sumpsit D. Mordtmann. Ab hoc tempore cippus venit in possessionem Julii Euting, qui illum Argentoratum detulit. Imaginem tabula damus ab ipso monumento expressam; hic autem apographum subjicimus.

Edidit A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, n° 6 (p. 38). — Repetiit J. Euting, *Epigraphische Miscellen*, n° 6. — Postea M. Lidżbarski, *Handbuch der nordsemit. Epigraphik*, p. 475, n° 6; tab. XL, 3. — *Rép. d'épigr. sém.*, n° 391.



1 לבריך שמה לעלמא

2 טבא ורחמנא עלתא

3 דנה עבדת מכי ברת

4 ענא אתת מלא בר

5 מלכו לחיה ולחיא

6 ברתה בירח טבת

7 שנת 518

1 *Ei cujus benedictum nomen in æternum,*

2 *bono et misericordi, aram*

3 *hanc fecit Makkai, filia*

4 *ʿOgê, uxor Malê, filii*

5 *Maliku, in salutem suam et in salutem*

6 *filiæ suæ; mense Ṭebet*

7 *anni* DXVIII.

Versus 3. דנה pron. demonstr. masc., pro solito דה; ita jam sub n° 4013. — מכי, nomen utriusque generis, ut videtur; cf. n^um^ 4492. Ne confundas cum מקי, nomine pariter utriusque generis (vide sub n° 3910).

Versus 5. Adverte formulam לחיא, pro חיא על; ita etiam sub n^is^ 4046, 4061.

Versus 7. Annum legit Euting 538; sed, attente et ectypo et imagine inspectis, signum 3 dispicere non valemus; quare longe probabilius nobis legendum est 518.

Erectus est ergo titulus mense januario anni p. Chr. 207.

4015

Sobernheim, 13.

(Tab. XXII.)

Ara lapidea. Invenit Puchstein, in privata domo ad latus orientale magni templi nuper exstructa, et ectypum sumpsit. Lapis fractus, nunc altus est $0^{m},29$; ex inscriptione mutila sex versus supersunt. Imaginem ab ectypo tabula damus; hic autem apographum subjicimus.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 13 (tab. VII). — De titulo egit M. Lidzbarski, *Ephemeris*, t. II, p. 287. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2132.



1 ....ל בר ...

2 [נ]בוזא בר נשא

3 [ע]ל חיוה ועל ח[י]

4 א רבנא ונ....

5 בנו בירח ניסן

6 שנת 518

1 *.....l, filius.....*

2 *[Ne]bouzâ, filii Nešê,*

3 *pro salute sua et pro salu-*

4 *[te] Rabbanê et N....*

5 *filiorum suorum; mense Nisan*

6 *anni* DXVIII.

Periit initium inscriptionis.

Versus 1. Ante ל, fortasse ב; בל[ידיע] restitutio longior videtur, בל[נור] aptior.

Versus 2. נבוזא, rursum sub n° 4249.

Versus 4. Sobernheim legit דבנאדנ, prætermissa interpretatione; Lidzbarski : רבנאונ., et conjicit nomen proprium, aliunde ignotum, רבנא[ק]. Sed prima versiculi littera est א, ad vocem antecedentem pertinet; nomen ergo proprium quattuor tantum signis constat. רבנא exstat in nabatæis titulis (*R. E. S.*, n° 470).

Versus 5. בנו, forma rarior; aliud exemplum habes sub n° 4043; cf. etiam חיו sub n° 4009.

Erectus est titulus mense aprili anni p. Chr. 207.

4016

(Tab. XXIV.)

Ara lapidea mutila. Fragmentum altum $0^{m},38$, latum $0^{m},25$, spissum $0^{m},10$; in usum gradus adhibetur in domo privata, templo islamico contigua. Reppererunt anno 1914 rev. Jaussen et Savignac. Imaginem ad ectypum tabula damus.



1 לבריך שמה לעלמא

2 טבא ורחמנא עבד

3 ומודא רדון בר הרמסינא

4 בתשרי שנת 524

1 *Ei cujus nomen benedictum in æternum,*

2 *bono et misericordi, fecit*

3 *et gratias agens (obtulit) Rhodo filius Hermesiani;*

4 *(mense) Tišrî anni* DXXIV.

Nomina auctoris et patris græca sunt : רדון, Ῥόδων; הרמסינא, Ἑρμησιανός.

Titulus erectus mense octobri anni p. Chr. 212.

(Impressum mense januario anni 1925.)

4017

(Tab. XXIV.)

Ara lapidea, a parte superiore mutila; alta $0^{m},39$, lata $0^{m},21$, ad scapum $0^{m},15$. Titulus septem versiculis constat quorum primus toro, ceteri scapo inscripti sunt. In ædibus privatis, prope magnum templum, reppererunt rev. Jaussen et Savignac, anno 1914. Imaginem ad ectypum damus.



1 [לבר]יך שמה לעלמא טבא
2 ורחמנא עבד ומודא
3 בוטא בר שמשגרם על
4 [חי]והי וחיא אמה וחי[א]
5 אחוהי וחיא בניהון
6 בירח אלול שנת
7 527

1 *Ei, cujus nomen benedictum in æternum, bono*
2 *et misericordi, fecit et gratias agens (obtulit)*
3 *Buṭâ, filius Šamšigeram, pro*
4 *salute sua, et salute matris suæ, et salute*
5 *fratrum suorum, et salute filiorum eorum;*
6 *mense 'Elul anni* D
7 *XXVII.*

בוטא, in talmudicis vertit nom. græcum Βάττος (S. Krauss, *Lehnwörter*, s. v.); fortasse etiam Βούτας.

Titulus erectus mense septembri anni p. Chr. 216.

4018

(Tab. XXIV.)

Ara lapidea in cœmeterium delata; alta $0^{m},53$, lata $0^{m},27$, ad scapum $0^{m},19$. Scripturæ scapo versus septem, toro inferiore duo exarati sunt. Reppererunt rev. Jaussen et Savignac. Imaginem ad ectypum tabula damus. Schema vide p. 154.



1 [ב]ריך שמה דרח[מנא]
2 [ט]בא עבד מקי
3 [ו]אחוה בנא
4 ירחי בר זביד[א]
5 אלפי עלי (ח)יא
6 די אמהון ועל
7 חייהון ודי
8 אחתהון בירח
9 אב שנת 530

1 *Benedictum nomen ipsius misericordis,*
2 *boni! Fecerunt Maqqai*
3 *et fratres ejus, filii*
4 *Iarḥai, filii Zebîdâ (filii)*
5 *'Alphai; pro salute*
6 *matris eorum, et pro*
7 *salute ipsorum et*
8 *sororis suæ; mense*
9 *'Ab anni* DXXX.

Versus 1. דרחמנא : pro די רחמנא; cf. sub n° 4028.

Versus 2. מקי; vide sub n° 3910.

V. 3. אחוה «fratres ejus» vel «frater ejus».

Versus 5. אלפי : suspicamur scriptum pro חלפי, græce Ἀλφαῖος; cf. sub n° 3961. — Dein scripsit עלי pro על, et ציא pro חיא.

Versus 8. אחתהון, suffixum plurale nomini sing. junctum, nisi אחת scriptum sit pro plur. אחות.

Titulus erectus mense augusto anni p. Chr. 219.

4019

Vogüé, 119.

Aræ fragmentum. In cœmeterio invenit et titulum exscripsit H. Waddington. Ejus apographum hic damus. Vidit quoque et delineavit D. Mordtmann.

Edidit M. DE VOGÜÉ, *Palmyre*, n° 119. — De eo egit J. MORDTMANN, *Palmyrenisches*, p. 25.



Titulus cursivis, ut aiunt, litteris exaratus. Initio perierunt, monente Waddington, tres versus. Hæc supersunt :

. . . .	3	. . . .
בר סבא. . . .	4	. . . . . . *filius Sabâ,*
על חיוהי וחי	5	*pro salute sua et salute*
שלמת אמ[ה]	6	*Šalmat, matris ejus.*
בי[ר]ח איר [שנת]	7	*Mense 'Iiar anni*
	8	DXXXI.

Versus 6. Lectionem proposuit J. Mordtmann, ex apographo sui patris, satis probabilem.

Erectus est titulus mense maio anni p. Chr. 220, si recte ultimum versum interpretati sumus.

4020

Vogüé, 83.

(TAB. XXII.)

Aram lapideam in cœmeterium olim delatam, primus invenit et exscripsit H. Waddington, cujus apographum edidit M. de Vogüé; postea etiam D. Mordtmann apographum sumpsit et edidit. Ab hoc tempore lapis in museum Constantinopolitanum advectus est, ubi nunc asservatur (*Catal.*, n° 153). Altus est cippus 0m,36, latus 0m,23. Duplex titulus : alter facie, alter a latere exaratus. Imagines damus : A ad ectypum gypseum, quod exstat in museo Britannico: B autem ad ectypum Eutingianum.

Edidit M. DE VOGÜÉ, *Palmyre*, n° 83. — De eo egit TH. NÖLDEKE, *Z. D. M. G.*, t. XXIV, p. 87, 105. — Retractavit D. MORDTMANN, *Neue Beiträge*, p. 31. — Vide etiam J. MORDTMANN, *Z. D. M. G.*, t. XXXVIII, p. 584, et *Palmyrenisches*, p. 24. — S. RECKENDORF, *W. Z. K. M.*, t. II, p. 327.

Ab ectypis hæc certa sunt :





In A, versum quartum, nunc evanidum, Waddington et Mordtmann descripserant in apographis suis :

Lege ergo :

A

1 בריך שמה לעלמא

2 מודיא דומנינא ברת

3 [י]דיעבל בר ירחי דע[נ]ה

4 [שנת] 532

I

1 בריך שמה [ל]ע[ל]מא טבא
2 ורחמנא מודא
3 דומנ[י]א בר[ ]ת ידיעבל

II

1 *Benedictum nomen ejus in aeternum.*
2 *Gratias agens (dedicavit) Dominus filius*
3 *Iedī'bēl, ... quae ...*
4 *anno ...*

III

1 *Benedictum nomen ejus in aeternum, boni*
2 *et misericordis. Gratias agens (dedicavit)*
3 *Dominus [filius] Iedī'bēl.*

3. — Versus 3. דומנא, nomen romanum cf. Domitius (Wadd. [illegible]).

Versu 3, post [illegible] [illegible] Waddington et [illegible] [illegible], [illegible].

Annus 532 initium habuit a kal. octobr. anni p. Chr. 221.

4021

Wood, n. 1; Oxoniensis n° [illegible].

(Tab. XXI, XXII.)

Ara lapidea, alta 0m,89, lata ad truncum 0m,4[illegible]. Palmyrae invenit Wood, anno 1751, et secum attulit in Britanniam. Nunc Oxonii, in museo Ashmoliano asservatur. Imaginem monumenti tabula XXI damus, inscriptionem vero ab ectypo tab. XXII.

Edidit R. Wood, *Les Ruines de Palmyre*, n° 1. — Interpretationem aggressus est J. Swinton, *Philosophical Transactions*, t. XLVIII, p. 690 (tab. 24, n° 1). — Repetiit R. Chandler, *Marmora Oxoniensia*, pars II, p. 29, tab. IV, n° 1. — Inde Comte de Caylus, *Recueil d'antiquités*, t. II, pl. XVII. — Postea interpretatus est Fr. Kopp, *Bilder und Schriften der Vorzeit*, t. II, p. 226. — J. G. Eichhorn, *Marmora Palmyrena*, p. 56. — M. A. Levy, *Die palmyrenischen Inschriften*, n° 1 (*Z.D.M.G.*, t. XVIII [1864], p. 70). — Ad. Merx, *Bemerkungen über die bis jetzt bekannten aramäischen Inschr.* (eadem ephem., t. XXII [1868], p. 675). — Deinceps M. de Vogüé, *Syrie centrale, Palmyre*, n° 123a. — Rursum M. A. Levy, *Zu den palmyrenischen Inschr.* (*Z.D.M.G.*, t. XXIII [1869], p. [illegible]).

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

1 לבריך שמה לעלמא טבא ורחמנא
2 מודא מרון בר זבדבול בר מלכו על
3 חיוהי וחיא אחוה[י] בירח תשרי
4 שנת 533

1 *Ei cujus benedictum nomen in aeternum, bono et misericordi*
2 *gratias agens (dedicavit) Marôn, filius Zabdibôl, filii Maliku, pro*
3 *salute sua et salute fratrum suorum; mense Tišri*
4 *anno 533.*

Versus 2. מרון auctoris nomen, non semel in talmudicis libris legitur; transcriptio graeci nom. Μαρων, quod et ipsum ab aramaeo מרא deductum videtur.

Versus 3. In lapide אחוה, evidenti lapsu, pro אחוהי.

Titulus exaratus mense octobri anni p. Chr. 221.

4022

Spoer, 1.

(Tab. XXII.)

Tabula marmorea, mutila, longa 0m,22, lata 0m,20, titulo duplici lingua, palmyrena scilicet et graeca, concepto insignita, fragmentum arae, ut videtur. Inventa est Palmyrae, mense aprili anni 1904; venit in possessionem cl. v. H. Spoer, et penes eum nunc asservatur. Imaginem ab ectypo damus.

Edidit H. Spoer, *Palmyrene Inscriptions*, n° II, addita tabula, in *Journal of the American Oriental Society*, t. XXV [1904], p. 315. — De titulo egerunt C. Torrey, *ibid.*, p. 316. — M. Lidzbarski, *Ephemeris*, t. II, p. 313. — Ch. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. or.*, t. VII, p. 346. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 719.

Titulus ab initio mutilus; scripturæ palmyrenæ, quæ præter morem supra græcam exarata est, primi versus exciderunt, nec adeo facile restitui possunt. En quæ exhibet ectypum :



ΑΒΒΑΘΑΚΑΙΑΓΓΑΘ
ΡΑΒΒΗΛΟΥΤΟΥΕΙΑ
ΘΟΥΕΥΞΑΜΕΝΟΙ
ΑΝΕΘΗΚΑΝ

Palmyrena lege et verte :

. . . .
[......] בריך שמה
לעלמא רחמנא טבא
[ד]י ענה בירה טבת
שנת 536

. . . .
[. . . . . . . *cujus benedictum nomen*]
in æternum, misericordi, bono,
quia exaudivit; mense Țebet
anni DXXXVI.

Edidit Spoer רענה : sed primam litteram י esse, ut conjecerat Clermont-Ganneau, ab ectypo liquet. — ענה : nudum verbum : nam pronom. suffixum numero plurali apponendum esset.

עסתי (v. 3) et אמצר (v. 5), voces quas alibi non invenimus, cognomina esse videntur peregrinæ originis. Nota lectionem עסתי non omnino certam esse; fortasse עסתיי, vel etiam עסתיו, י minusculo superaddito inter tertiam et quartam litteram. — נשם, idem fortasse nomen ac נשום (sub n° 3932).

4063

Vogüé, 97.

(Tab. XXII.)

Ara quam in cœmeterio invenit et exscripsit primus Waddington; postea etiam D. Mordtmann. Cippus nunc asservatur in museo Constantinopolitano (*Catal.*, n° 154); altus est 0^m,52, latus ad scapum 0^m,16. Imaginem ab ectypo damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 97. — Vide etiam D. Mortdmann, *Neue Beiträge*, p. 32.

[illegible]	1	[illegible]
[illegible]	2	[illegible]
[illegible]	3	[illegible]
[illegible]	4	[illegible]
[illegible]	5	[illegible]
[illegible]	6	[illegible]
[illegible]	7	[illegible]

עבד ומודא	1	*Fecit et gratias agens*
לבריך שמה	2	*ei cujus benedictum nomen*
לעלמא מכתש	3	*in æternum (obtulit) Maktaš,*
בר והבלת בר	4	*filius Vahballât, filii*
. ע . . . . . בא	5	. . . . .
. . . . על חוה	6	. . . . . *pro salute sua*
וחיי אחוהי	7	*et salute fratrum suorum.*

Inscriptio evanida a parte inferiore. Novem versibus constabat, quorum ultimus, quantum e vestigiis judicare licet, annum indicabat.

Versus 3. מכתש; nomen alibi non invenimus.

Versus 5. Clermont-Ganneau (in schedis) conjecit [צעדי בר גר]בא, quæ cum ectypo non omnino consonant.

Versus 6. על חוה, sic in lapide; restitue על חיוה.

4064

Mordtmann, 16.

(Tab. XXIV.)

Ara lapidea in cœmeterium delata, lata ad scapum $0^{m},24$. Invenit D. Mordtmann et apographum fecit; nuper autem ectypum sumpsit rev. Savignac, quod tabula nostra damus.

Edidit D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, n° 16. — Repetiit, emendata lectione, J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 32.

Hæc sunt in ectypo :



Quæ partim complere licet hunc in modum :

1 בריך ש[מה לעל]מא ט[בא]
2 ורחמנא עבד ומו[דא] . . .
3 בר מקי על חיוהי ו[חיא]
4 בנוהי בירח סיון ש[נת . . .]
5 בד אמלך אפכל[א די]
6 מצבעינא

Id est :

1 *Benedictum no[men ejus in æternum, boni]*
2 *et misericordis; fecit et gratias agens (obtulit) . . . .*
3 *filius Maqqai, pro salute sua et [salute]*
4 *filiorum suorum, mense Siuan an[ni . . .]*
5 *eo quod constitutus est (?) custos*
6 *septi (?)fontis.*

Versus 2. Nomen auctoris, breve, sub finem scriptum fuit.

Versus 4. Sub finem, spatium vix trium litterarum; unde suspicari licet numerum fuisse ק״ת, 500 (seu ann. p. Chr. 188).

Versus 5. בר sit fortasse compendiaria scriptio pro בריל די. — אמלך «consilium dedit» significare potest; cf. in titulis neopunicis Calamæ repertis formulam במלך אשרם האש «consilio seu decreto XX virorum»; sed alio sensu : «regnavit», seu munus exercere cœpit, intellegere licet; cf. ἐπιμελητὴς αἱρηθείς (Wadd., 2571 *c*). — אפכלא, vide sub n° 3974. — Sub finem די supplendum, liquet e titulo sequenti.

Versus 6. מצבעינא, vox composita. עינא «fons»; מצבא «stela» (n° 3972), sed etiam «plantatio» secundum etymon. Utriusque vocis connexio quamdam necessitudinem ad cultum fontis sacri indicare videtur; fortasse aream designat in qua erigebantur stelæ; cf. n°s 3976.

4065

Vogüé, 99.

Ara in cœmeterium delata. Invenit primus et exscripsit H. Waddington; postea etiam D. Mordtmann. Apographum Waddingtonianum hic damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 99. — De titulo egerunt D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 32. — J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 24.



Apographum sic interpretandum opinamur :

1 [לבריך שמה]
2 לעלמא עלהא דה
3 עבד [פצ]יאל בר זמ.
4 א[פכ]לא די מצבעינא
5 על חיוה [וע]ל [חי]א. . . .
6 . . . . . .

1 [*Ei cujus benedictum nomen*]
2 *in æternum, aram hanc*
3 *fecit Phaṣîêl, filius Z....*
4 *custos septi fontis*
5 *pro salute sua* [*et salute....*]
6 .....

Inscriptio initio et fine manca.

Versus 3. Auctoris nomen סחיאל descripsit Waddington, יחיאל Mordtmann; utrumque nomen inauditum; monuit Euting veram lectionem esse פציאל, Phasiël; cf. sub n° 4199.

Sub finem, apographum habet זם : initium sane nominis cujusdam, si recte legimus בר. Sed fortasse corrigendum est בד [א]מ[לך], ut in titulo superiore, e quo versum 4^{mm} emendavimus. Initio enim, pro אמלא lectione apographi, legendum est אבצלא.

4066

Vogüé, 101.

Ara in cœmeterium delata. Invenit et titulum exscripsit H. Waddington. Ejus apographum hic damus. Inscriptio, mutila et partim evanida, duplici lingua concepta est, græca et palmyrena.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 101.



Textus græcus : Waddington, n° 2575.

Quinque versibus exaratus fuit, quorum tres priores tantum legere licet, hunc in modum :

Διὶ ὑψίστῳ καὶ ἐπη-
κόῳ τὸν βωμὸν ἀν-
[έθηκεν] εὐχαρίστ[ως]
....

Palmyrenum textum lege et verte :

1 בריך שמה לעלמא טבא
2 ורח[מנא עלת]א דה עבד
3 ומו[דא חירן] בר סריכו
4 חי[רן על חיוהי ו]חיא
5 .....ני.

1 *Benedictum nomen ejus in æternum, boni*
2 *et miseri*[*cordis! Ara*]*m hanc fecit*
3 *et gratias agens* (*obtulit*) [*Ḥairan*], *filius Soraiku,*
4 (*filii*) *Ḥai*[*ran; pro salute sua et*] *salute*
5 .....

Versus 3. Nomen חירן, conjectura restituimus; cum enim versu quarto litteræ חי, initium hujus nominis, satis distincte appareant in apographo, non improbabile duximus auctorem esse חירן בר שריכו בר חירן, qui commemoratus est sub n° 3953; hic סריכו, ibi שריכו vocatur pater ejus, sed frequens est permutatio litterarum ש et ס in hoc nomine.

Versus 5. Litteræ ני ad nomen mensis evanidum pertinent : [ני]סן vel potius [ק]ני[ן].

Si vera est nostra de auctore hypothesis, titulus circa annum 490 exaratus fuit, seu p. Chr. 179.

4067

Vogüé, 105.

(Tab. XXV.)

Ara in cœmeterium delata, lata ad scapum 0^{m}, 24. Invenit et titulum descripsit H. Waddington. Nuper autem ectypum sumpsit rev. Jaussen, quod tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 105.



1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible] O
4 [illegible]

1 מזבא ברת מזבנא

2 מוד[יא] (ל)בריך שמה

3 לעלמא דענה

4 ו]אבוה ואחה

1 *Mazbê, filia Mezabbenâ,*

2 *gratias agens (obtulit) ei cujus benedictum nomen*

3 *in æternum, quia exaudivit ipsam*

4 *[et] patrem ejus et fratrem ejus.*

Versus 1. מזבא, non autem קרבא, ut descripsit Waddington; nomen alibi non occurrit in titulis nostris. Coarctatum videtur e מזבחא; cf. sub n° 4270.

Versus 2. ל omissum est ante בריך.

Versus 3. דענה, pro די ענה. In voce ענה pronomen suffixum 3ᵉᵉ pers. femin. sing. inesse docet contextus.

4068

Vogüé, 106.

(Tab. XIX.)

Aram in cœmeterio invenit et titulum exscripsit H. Waddington; vidit etiam D. Mordtmann et apographum sumpsit. Demum transvectus est lapis in museum Constantinopolitanum ubi nunc asservatur (*Catal.*, n° 156); altus est $0^{m},56$, latus $0^{m},18$. Imaginem damus ab ectypo.

Apographum Waddingtonianum vulgavit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 106. — D. Mordtmann, proprium apographum et transcriptionem dedit, *Neue Beiträge*, p. 33. — Rursum, J. Mordtmann emendationem tentavit, *Bemerkungen* (*Z. D. M. G.*, t. XXXVIII [1884], p. 587), et denuo, *Palmyrenisches*, p. 25.



1 בריך שמה לעלמא טבא

2 ורחמנא [עב]ד אסט[ט]

3 על חיוה [וחיי] סריכו

4 מ.ו.....א

5 שנת .....

6 .....

1 *Benedictum nomen ejus in æternum, boni*

2 *et misericordis! Fecit Astaṭ*

3 *pro salute sua [et salute] Soraiku*

4 .....

5 ..... *anno*

6 .....

Inscriptio evanida et lectu difficilis.

Versus 2. Nomen sit אסטר vel אסטד, secundum J. Mordtmann; re quidem vera, ultima littera in ectypo mutila penultimæ similis est, unde lectio nobis probabilior est אסטט, nomen sane peregrinum quod, deficiente spatio ad quintam litteram scribendam, cum Σλάτιος componere non audemus. Num quid necessitudinis habeat cum nom. pers. *Aštât* (Justi, *Iran. Namenb.*, p. 47) non liquet. — Conjecit etiam Mordtmann lacunam expleri posse : [מו]רא; sed lectio עבר retinenda est : litteræ enim ב vestigia dispicere licet.

Versus 3-4. Nihil certi superest præter litteras quas palmyrena scriptura transcripsimus. Tertium versum conjectura supplevimus. Initio versus 4ⁱ [מ[ר]ו[חי] «heri sui» legere placeret (cf. nᵘᵐ 4011).

Versus 5. שנת, nitida scriptura; ante hanc vocem nomen mensis תשרי legere sibi visus est J. Mordtmann.

4069

Vogüé, 110.

Ara in cœmeterium delata. Invenit et primus titulum exscripsit H. Waddington, cujus apographum hic damus; postea etiam D. Mordtmann.

Apographum Waddingtonianum edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 110. — Proprium apographum interpretatus est D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 33. — Ed. Sachau de hoc titulo egit, *Z. D. M. G.*, t. XXXV, p. 736. — Rursum, J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 25.



1 [לבריך] שמה לעלמא טבא
2 [ע]בד [ו]מודא מ[קי] טבחא
3 [ע]ל חיוה ו[היא את]תה
4 [וב]נוה.....

1 *Ei cujus benedictum nomen in æternum, bono;*
2 *fecit et gratias agens (obtulit) Ma[qqai] lanius (?),*
3 *pro salute sua et [salute uxoris] suæ*
4 *et filiorum suorum.....*

Versus 2. Auctoris nomen prima littera ק esse videtur in apographo; sed מקי spatium satis bene explet. — טבחא «lanius» vel «coquus» : munus aut cognomen auctoris, nam etiam nomen proprium esse potest, ut apud nos *Boucher*. Etiam conjicere licet hac voce, fortasse imperfecta, quoddam genus oblationis notari; cf. דביחתא sub n° 4029.

Versus 3. וחיא אתתה, ita J. Mordtmann; restitutio probabilior quam תח[את] «sororis ejus». Sachau proposuit וחיי בני ביתה, quod non impossibile est, sed de more «domestici» post «filios» commemorantur.

Versus 4. ובנוה : fortasse ובנוהון «filiorum eorum», si de uxore mentio facta est versu superiore.

4070

Vogüé, 112.

Ara lapidea. In cœmeterio invenit et titulum exscripsit H. Waddington; ejus apographum hic damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 112.



1 בריך שמה לעלמא
2 מודא זבי בר
3 זבדא זבד

1 *Benedictum nomen ejus in æternum.*
2 *Gratias agens (obtulit) Zabbai, filius*
3 *Zabdâ, (filii) Zabud.*

Monet Waddington, in suo enchiridio, titulum integrum esse.

Versus 1. In apographo : דשמה; lapsu quidem, ד enim delendum est.

Versus 3. זבד rursum habemus sub n° 4225. Suspicamur esse pro זבוד (n° 4045). Cf. nom. nabat. זבדו, gr. Ζάβδος (Wadd., 2404).

4071

Vogüé, 114.

Aræ fragmentum. In cœmeterio invenit et descripsit H. Waddington cujus apographum hic damus; vidit etiam D. Mordtmann.

Edidit titulum M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 114. — De eo egit J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 25.



1 לבריך שמה לעלמא
2 עבד מלא בר שמעון
3 ה.....
4 ש.....

1 *Ei cujus benedictum nomen in æternum*
2 *fecit Malê, filius Šim'ôn,*
3 .....
4 .....

Versus 2. שמעון : ita apographum Mordtmannianum, et lectio verisimilior putatur; Waddington : שדעון; in alio apographo apud J. Mordtmann servato : שיעון.

4072

Vogüé, 117.

Ara in cœmeterium delata. Invenit et titulum exscripsit H. Waddington. Ejus apographum hic damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 117.



Titulus cursivis, ut aiunt, litteris exaratus. Sic interpretandus videtur :

1 [לבריך שמה] לעלמא
2 טבא ורחמנא עבד
3 ומודא [מ]לכו וירחב[ולא]
4 ברה די אחוהי . . .
5 על חיוהי וחיא
6 אחוה בירח אדר
7 [שנת] . . . . . .

1 *Ei cujus benedictum nomen in æternum,*
2 *bono et misericordi, fecit*
3 *et gratias agens* (*obtulit*) *Maliku, et Iarḥibôlê*
4 *filius fratris ejus . . . . .*
5 *pro salute sua et salute*
6 *fratris sui; mense 'Adar*
7 [*anni*] . . . . .

Versus 3. Nomina בלברך בר עבדצו interpretatus est Vogüé; auctoris nomen nobis potius מלכו; quæ sequuntur dubie legimus וירחבולא ברה די אחוהי « *et Iarḥibolê, filius fratris ejus . . .* ».

Notavit Waddington in enchiridio tres lineas deesse post versum sextum.

4073

Vogüé, 122.

(Tab. XXII.)

Ara quam in cœmeterio olim invenit et exscripsit H. Waddington. Lapis ab illo tempore delatus est in museum Constantinopolitanum, ubi nunc asservatur (*Catal.*, n° 157); altus est $0^{m},57$; latus $0^{m},20$. Imaginem ab ectypo damus.

Apographon Waddingtonianum edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 122, nulla addita interpretatione. — Conjecturas proposuerunt Th. Nöldeke, *Z.D.M.G.*, t. XXIV, p. 105, et J. Mordtmann, *Bemerkungen*, etc. (*ibid.*, t. XXXVIII [1884], p. 587).

Ectypo legimus :



1 בריך שמה [לעלמ]א
2 טבא רחמנ[א מודא]
3 סיענא בר זב[י]דא

1 *Benedictum nomen ejus in æternum,*
2 *boni, misericordis!* [*Gratias agens*] (*obtulit*)
4 *Si'onâ, filius Zeb*[*î*]*dâ.*

Inscriptio tribus hisce versiculis constat.

Versus 2. מודא, lectio fere certa e litterarum vestigiis.

Versus 3. סיענא : hæc lectio recurrit sub n° 4304; probabiliter idem nomen quod alibi plenius scriptum est סיעונא; vide infra sub n° 4300. — Nomen patris restituit Mordtmann.

4074

Schröder, 12; Simonsen, 20.

(Tab. XVII.)

Cippus lapideus quadratus, altus 0^m, 46; latus 0^m, 20. Facies anterior anaglypho ornata est, quo repræsentatur mulier cum puero : stant ambo, elevatis ad cælum manibus; fascia superna exaratus est titulus. Nunc Hafniæ, in Glyptotheca asservatur. Imaginem damus ad ipsum monumentum expressam.

Edidit P. Schröder, *Palmyrenische Inschriften*, in diario *Zeitschr. der Deut. morgenl. Gesellsch.*, t. XXXIX [1885], p. 356, n° 12. — Rursum D. Simonsen, *Sculptures et inscriptions de Palmyre*, n° 20 (p. 45), cum accurata delineatione ab Euting efficta.



לבריך שמה לעלמא עבד[ת]
מלהא והרמז על חיא ברה.

1 *Ei cujus benedictum nomen in æternum fecit*
2 *['A]mallahâ cum Hormiz, pro salute filii sui.*

Versus 1. עבדת, 3ª pers. fem. sing.; litteræ ת vestigia supersunt.

Versus 2. Initio periit littera; eam א fuisse suadent vestigia. Nomen feminæ voventis restituit Simonsen ימלהא, collato, nescio quo jure, nomine ימלא (n° 4032). — הרמז, nomen persicum : هرمز «dominus sapiens» (Vullers). In libris targumicis invenies lectionem הורמיז, nostræ consonam; vide quæ de nomine adnotavit B. Fischerus in sua editione Lexici Buxtorfiani (p. 324); cf. etiam Justi, *Iranisches Namenbuch*, p. 7.

4075

Mordtmann, 14.

Ara lapidea in cœmeterium delata. Invenit D. Mordtmann et apographum sumpsit quod hic damus.

Edidit A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, n° 14; — et denuo J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 31.



Quæ, paulisper emendato apographo, sic transcribenda et vertenda videntur :

1 בריך שמה [לעלמא]
2 [ט]בא ורחמנא
3 (ת)ירא מודא כ(ל י)
4 ום כיתות בר
5 כית[ו]ת .....
6 [על חיוה]י וח[יא]
7 .....

1 *Benedictum nomen ejus in æternum,*
2 *boni et misericordis,*
3 *exorabilis. Gratias agens quoti-*
4 *die (obtulit) Kîtôt, filius*
5 *Kîtôt* .....
6 [*pro salute*] *sua et sa*[*lute*]
7 .....

Versus 3-4. כל יום «quotidie» seu «continuo»; vide sub n° 3981.

Versus 5. Post nomen כיתות, hic dubiæ lectionis, occurrunt signa נמתפד, quæ nullum præbent sensum, et ideo perperam descripta suspicamur. De ipso nomine כיתות, vide quæ dicta sunt sub n° 4115.

4076

Mordtmann, 19.

Ara lapidea in cœmeterium delata. Invenit et exscripsit D. Mordtmann; ejus apographum hic subjicimus.

29
(Impressum mense januario anni 1925.)

Edidit A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, n° 19. — Denuo J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 32. — Cf. Clermont-Ganneau, *Rec. d'archéol.*, t. III, p. 245.



1 בריך שמה לעלמא ט[ב]א ורחמנ[א]
2 [ותירא ע]לתא דה [מו]דא גדיא ב[ר]
3 ח[ירן ב]גדן ולב[ריך] שמה [לע]ל[מא]
4 .....'.....ר.....

1 *Benedictum nomen ejus in æternum, boni, et misericordis*
2 *et miseratoris. Aram hanc* [*gratias*] *agens* (*obtulit*) *Gadîâ, filius*
3 *Ḥairan,* (*filii*) *Bagadan. Et ei cujus benedictum nomen in æternum*
4 .....

Complementa proposuit J. Mordtmann, conjecturis vere solidis innixus. Verum, pro בר חירן, conjicere licet בר חרי «libertus». Occurrunt nomina, גדיא sub n^is 4116, 4117, et בגדן, sub n^is 4340, 4402. Quæ habet Clermont-Ganneau minus placent.

Mirum est formulam לבריך שמה iterum recitari, v. 3; fortasse nova inscriptio superaddita fuerit, sicut in n^is 3998, 4020, 4036.

Versus quartus, et subsequentes si exstiterunt, penitus deleti sunt.

4077

Mordtmann, 20.

(Tab. XXII.)

Ara lapidea, quam in cœmeterium delatam invenit et exscripsit D. Mordtmann. Lapis nunc in museo Constantinopolitano asservatur (*Catal.*, n° 158); altus est o^m, 32, latus o^m, 23. Imaginem ab ectypo effictam tabula damus.

Edidit A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, n° 20. — Repetiit J. Mordtmann, *Bemerkungen*... (*Z. D. M. G.*, t. XXXVIII, p. 589.)

Inscriptio mutila; deest pars inferior. Hæc supersunt :



1 בריך שמה לעלמא
2 [ו]רחמנא טבא עבד
3 [ומ]ודא עגילו בר חיר[א
4 [על חיוהי וחי]א.....

1 *Benedictum nomen ejus in æternum*
2 *misericordis, boni! Fecit*
3 [*et gratias*] *agens* (*obtulit*) *ʿOgîlu, filius Ḥair*[*ê*],
4 [*pro salute sua et salu*]*te*.....

Versus 2. ורחמנא; litteræ ו apparent vestigia.

Versus 3. חירא; litteræ א pars suprema superest.

In hoc titulo, litteræ ג, ט, ל a consueta forma recedunt; ל (v. 1) ad speciem litteræ ג vergit.

4078

Chabot (γ), xxvi.

(Tab. XX.)

Ara lapidea. Inter ectypa nobis a J. St. Gautier transmissa illud invenimus ad quod efficta est imago nostra. Latus est titulus o^m, 22. Ubinam sit lapis ignoramus.

Edidit J.-B. Chabot, *Journ. asiat.*, 1918, II, p. 300.



Sic restituendus est textus :

1 בריך ש[מה לע]למא טב[א]
2 ורחמנא עבד ומודא
3 מקימו בר זבד[ב]ול ב[ר]
4 חברי על [חי]והי וחיא
5 [בנ]והי בירח נ[יסן שנת]...

1 *Benedictum nomen ejus in æternum, boni*
2 *et misericordis! Fecit et gratias agens (obtulit)*
3 *Moqîmu, filius Zabdibôl, filii*
4 *Ḥabrai, pro salute sua et salute*
5 *[filiorum] suorum; mense N[isan anni...]*

Versus 4. חברי, nomen in nostris titulis novum; lectio certa. Etymon fortasse repetendum e nom. loci חבר; cf. חטרי, ערבי, etc.

4079

(Tab. XXV.)

Ara lapidea mutila. Fragmentum, in muro exstruendo nuper adhibitum, Palmyræ reppererunt anno 1914 rev. Jaussen et Savignac. Latum est $0^m,27$. Imaginem ad ectypum damus.



1 בריך שמה לעלמא טבא
2 [ור]חמנא עבד ומודא עלתא
3 [דה ע]נא בר זבדבול בר
4 מי על חיוהי וחיא.....
5 .....'...

1 *Benedictum nomen ejus in æternum, boni*
2 *et misericordis! Fecit et gratias agens (obtulit) aram*
3 *[hanc ʿO]gê, filius Zabdibôl, filii*
4 *....mî; pro salute sua et salute*
5 .....

Versus 2. Primum sculpsit lapicida מרא et dein emendavit in מודא.

Versus 3. ענא : litteræ ע vestigium superest.

Versus 4. Initio perierunt quattuor vel quinque litteræ; restitutio מי[אויל] lacunam satis bene expleret, sed partem supremam litteræ ל, ante מ, dispicere non valemus.

4080

Spoer, III.

(Tab. XXVI.)

Tabulæ lapideæ fragmentum, altum $0^m,20$, latum $0^m,15$ circiter. Anno 1904, Palmyræ invenit Hans Spoer, Americanus, et sibi comparavit. Penes eum nunc asservatur. Imaginem ab ectypo tabula damus.

Edidit H. Spoer, *Palmyrene Inscriptions found at Palmyra in April 1904*, in diario *Journal of the Americ. Orient. Soc.*, t. XXV [1904], p. 317; n° III. — De titulo disseruerunt M. Lidzbarski, *Ephemeris*, t. II, p. 315. — Ch. Clermont-Ganneau, *Rec. d'arch. orient.*, t. VII, p. 349. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 720.

Hæc in ectypo legere licet :



Id est, litteris hebraicis :

1 לבריך שמ[ה לעלמא]
2 טבא ורחמ[נא . . . . .
3 הדירא ברת . . . . . .
4 מרקלא מודיא . . .
5 ושמע בקלה∧מוא[לא בר
6 אתפני בר מרקלא
7 ורוחא בת מקי
8 ומרקלא ב[ר] . . . . .
9 ורפא[ל בר] . . . . .
10 ו. . . . . .

Quæ vertenda sunt :

1 *Ei cujus benedictum nomen* [*in æternum*]
2 *bono et misericordi* . . . . . .
3 *Hadirâ, filia* . . . . . .
4 *Marcelli, gratias agens* . . . .
5 *et audivit vocem ejus.* — *Mau*[*êlâ filius*]
6 *'Atophani, filii Marcelli,*
7 *et Ruḥâ, filia Maqqai,*
8 *et Marcellus, filius* . . .,
9 *et Repha*[*êl, filius*] . . .
10 *et* . . . . . .

Versus 2. Probabiliter supplendum עבדת «fecit».

Versus 3. הדירא «ornata»; cf. הדירת sub n° 4147. Deest nomen patris. Conjecit Clermont-Ganneau restituendum [מקי בר] ברת, eo quod suspicatus est רוחא (v. 7) sororem esse Hadiræ.

Versus 4. מרקלא, nomen latinum *Marcellus;* avus vel fortasse maritus Hadiræ. Sub finem exspectes verbum : דענה «quia exaudivit ipsam», vel melius די קרת לה «quia (ipsa) invocavit eum», si spatium tot litteras restituere permittit. Cf. tamen sub n° 4083, ubi legimus קרלה pro קרת לה.

Versus 5. שמע בקל, formula trita in titulis punicis. Post קלה, signum interpunctionis; sequuntur litteræ מו, fere certæ, et signum mutilum quod ד esse putavit et inde complevit Clermont-Ganneau מודן, partic. plur. mascul. gen. Verumtamen Lidzbarski recte, nostro judicio, legit . . . מוא; initium sane nominis מואלא quod sub n° 4601 habemus.

Utrum singulis versibus 6-10, post nomen patris etiam nomen avi scriptum fuit, ut mos est in hujusmodi dedicationibus (vide sub n^is 3980, 3994), non liquet; sed parum probabile censet Clermont-Ganneau, spatio deficiente. Lidzbarski affirmativam sententiam tenet, et idcirco sub finem v. 1 longiorem fingit restitutionem hunc in modum :

לבריך שמ[ה לעלמא אלהא]
טבא ורחמנ[א . . . . עברת]
הדירא ברת [. . . . אתת]
מרקלא מודיא [די עניה]
ושמע בקלה ∧ מוא. .]

אלהא rarissime in formula initiali adhibetur. Exemplum habes sub n° 4013.

Versus 7. רוחא, nom. femin.; contulit Clermont-Ganneau nomen judaicum Ῥούα (*R.É.S.*, n° 664). — מקי, integrum est nomen, sequente spatio scriptura vacuo.

Versus 9. Legerunt רפא, *Rufus;* nomen רפאל nobis probabilius; vide sub n° 3916.

Notandus usus promiscuus duplicis formæ vocis ברת (v. 3) et בת (v. 7).

4081

(Tab. XXIV.)

Ara lapidea mutila; alta o^m,48, lata o^m,37, ad scapum o^m,26. Periit pars inferior; titulus tamen fere integer servatus est. Anno 1914, in aula privatæ domus, prope magnum templum, occidentem versus, reppererunt rev. Jaussen et Savignac. Imaginem ad ectypum damus.



1 בריך שמה לעלמא טבא
2 מודא הרמס ואמתבל
3 לרחמ[נא] על חיא תימרצו
4 ואתעמן וימלא בנה
5 לעלמא טבא

1 *Benedictum nomen ejus in æternum, boni!*
2 *Gratias agens (obtulit) Hermas cum 'Amatbêl*
3 *misericordi, pro salute Taimarṣu*
4 *et 'Atê'aman et Iamlê filiorum ejus,*
5 *in æternum bonum.*

Versus 1. Primum sculpsit [illegible], et postea emendavit [illegible].

Versus 2. הרמס; vide sub n° 4013. אמתבל «ancilla Beli»; cf. אמתלת, sub n° 4367, et nomen punicum אמתבעל. — Ambo probabiliter conjuges, et servi seu liberti Thæmarsi.

Versus 3. Ob angustum spatium fortasse sit legendum לרחמא potius quam לרחמנא.

Versus 4. אתעמן : fortasse pro עתעמן, id est עתה־ עמן «Athê nobiscum»; cf. nom. bibl. עַמְנוּאֵל. — ימלא; vide sub n° 4032. — בנה : correctum e בוה; exspectes בנוה, filii «ejus», i. e. Thæmarsi.

Versus 5. Ad quid hic iteratæ sint voces לעלמא טבא, non liquet; num quia erravit lapicida in illis primo versu describendis?

4082

(Tab. XXI.)

Ara lapidea, alta o^{m}, 58, lata ad scapum o^{m}, 20. In cœmeterio repperit Jaussen. Imaginem expressit R. Savignac quam tabula damus. Schema vide p. 154.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

1 בריך שמה לעלמא
2 טבא ורחמנא עב[ד]
3 ומודא [א]ל[הכ]ל ב[ר]
4 . . . . .

1 *Benedictum nomen ejus in æternum,*
2 *boni et misericordis! Fecit*
3 *et gratias agens (obtulit) 'El[ahbê]l fi[lius]*
4 . . . . . .

Versus 3. Nomen auctoris, fere evanidum, e vestigiis restituere licet : אלהכל; vide sub n° 4134.

Exeso lapide reliqua perierunt.

4083

(Tab. XXV.)

Ara lapidea; alta o^{m}, 53, lata o^{m}, 24, ad scapum o^{m}, 18. In cœmeterio invenerunt rev. Jaussen et Savignac. Imaginem ad ectypum tabula damus; schema vide p. 154.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

1 בריך שמה לעלמ[א]
2 מודיא שלמ[ת בת]
3 אלה די קרלה
4 וענה

1 *Benedictum nomen ejus in æternum!*
2 *Gratias agens (obtulit) Šalm[at, filia]*
3 *'Elah; quia invocavit eum,*
4 *et exaudivit eam!*

Versus 1. בריך. Scripsit ל pro ך.

Versus 2. מודיא, particip. femin. generis; sequitur nomen mulieris mutilum, probabiliter שלמת (cf. sub n° 4340).

Versus 3. אלה; nomen patris; fortasse decurtatum ex אלהבל aut alio nomine eadem ratione efformato. Attamen nom. propr. אלה pluries occurrit in inscript. safaiticis (Dussaud, *Nouv. arch. des Missions*, t. X, p. 208); cf. etiam אלהו, supra, sub n° 3980. — Pro קרלה exspectes קרת הל.

4084

(Tab. XXV.)

Ara lapidea, alta 0^m, 60, lata ad summum 0^m, 35, ad scapum 0^m, 25. In cœmeterio reppererunt rev. Jaussen et Savignac. Ad ectypum damus.



1 לבריך שמה לעלמא
2 רחמנא וחננא
3 ותירא מודא דורא
4 בר זבדבול מלכא
5 אתנדורא אפוקח
6 [די] קרלה ..ב..
7 וב...א...

1 *Ei cujus nomen benedictum in æternum,*
2 *misericordi, et clementi,*
3 *et miseratori, gratias agens (obtulit) Dôrê*
4 *filius Zabdibôl (filii) Malkê, (qui et)*
5 *Athenodorus Aphôqaḥ;*
6 *[quia] invocavit eum.....*
7 .....

Versus 2. חננא «clemens, propitius».

Versus 3. דורא; nomen nobis novum; breviatio, ut videtur, e nomine אתנדורא, Ἀθηνόδωρος, quod conjicimus esse cognomen τοῦ Malkê, avi auctoris. Cf. nom. græc. Δῶρος.

Versus 5. אפוקח : lectio certa; significatio nos latet; fortasse sit nomen gentis. Eadem ratione efformata sunt אקופע (n° 4031), אעויד (n° 4318), etc. Cf. arab. فغ «floruit».

Versus 6. Pars posterior, simulque v. 7, exeso lapide perierunt. E paucis vestigiis libenter legeremus : ביבשא ובימא; vide sub n° 4047.

4085

(Tab. XXIII.)

Aræ lapideæ fragmentum, latum 0^m, 17. In cœmeterio repperit Savignac. Ad ectypum tabula damus; hic autem delineationem subjicimus.



לבריך שמה 1 *Ei cujus nomen benedictum*
לעלמא טבא 2 *in æternum, bono*
ורחמנא עבד 3 *et misericordi, fecerunt*
נשרי וניקא 4 *Nešrai et Nikê;*
[ד]י קרו לה 5 *quia invocaverunt eum*
[ועני]נן שנת 6 *[et exaudivit] eos. Anno*
... 7 ...

Versus 4. Auctores duo, probabiliter vir et uxor : נשרי, cf. græc. nom. Νεσραῖος (Lidzbarski, *Ephem.*, II, p. 340); quod etiam nomini נצרי æque bene respondet. — ניקא, lectio probabilior quam נימא; nomen scilicet græcum Νείκη.

Versus 6. Scripsisse videtur lapicida ענונן, pro עננן (vide sub n° 4053).

4086

(Tab. XXV.)

Ara lapidea, alta 0^m, 50, lata ad summum 0^m, 20, ad scapum 0^m, 14. Reppererun tanno 1914 rev. Jaussen et Savignac in ædibus privatis, prope murum septentrionalem magni templi. Ad ectypum imaginem tabula damus; hic autem delineationem subjicimus.



לבריך שמה 1 *Ei cujus nomen benedictum*
לעלמא עבד 2 *in æternum, fecit*
סבינס בר 3 *Sabinus filius*
ירחבולא 4 *Iarḥibôlê,*
ירחי 5 *(filii) Iarḥai*

סבינס, nomen latinum; græc. Σαβῖνος, Σαβεῖνος.

Adverte in scriptura tituli fere nullum esse discrimen inter litteras ו et י.

4087

(Tab. XVIII.)

Ara lapidea in cœmeterium delata; alta 0^m, 60, lata 0^m, 265, ad scapum 0^m, 20. Fracto lapide, pars tituli dextera periit. Repperit Savignac; imaginem ab ipso expressam tabula damus; hic autem apographum subjungimus. Schema vide p. 154.



[ב]ריך שמה 1 *Benedictum nomen ejus*
[ל]עלם עבדת 2 *[in æ]ternum ! Fecit*
..רבנא על 3 *..rbana, pro*
חיה וחיא 4 *salute sua et salute*
..יה 5 ..... *suorum.*

Votum muliebre, ut ostendunt verbum עבדת et pronomen suffixum femin. generis. Auctoris nomen ab initio mancum est; fortasse fuit translatio vocabuli græci in *-ρβανη* vel *-ρβάνα* desinentis. Urbana ?

Versus 2. עלם, forma absoluta, ut sæpius in titulis nabatæis (n^{is} 199, 212, etc.).

Scriptura crassior et parum elegans.

4088

(Tab. XXV.)

Ara lapidea, alta 0^m, 45, lata ad summum 0^m, 20, ad scapum 0^m, 14. Titulus fere deletus est. Opposita facie insculptæ sunt manus ambæ. Palmyræ in aula templi islamici repperit anno 1914 rev. Jaussen.

Hæc in ectypo dispicere nobis visi sumus :



לבריך שמ[ה] 1 *Ei cujus nomen benedictum,*
רחמנא [מוד]א 2 *misericordi, [gratias agens]*
פציא[ל בר תי]מ[א] 3 *Phaṣî[êl, filius Taï]mê,*
ב[ר]..... 4 *filii .....*
על חיוה וחיא 5 *pro salute sua et salute*
אחוה ..... 6 *fratris sui, ...*
ב[יר]ח... שנת 7 *mense...., anni*

פציאל, lectio non omnino certa; nomen vide sub n° 4199.

Numerus annorum toro inferiori inscriptus fuit.

4089

Chabot (γ), XXII.

(Tab. XVIII.)

Ara lapidea, lata ad scapum $0^m,14$. Una facie titulus inscriptus est; facie opposita ambæ manus exsculptæ sunt. Asservatur Hafniæ, in Glyptotheca. Duplicem imaginem tabula damus.

Edidit J.-B. Chabot, *Journ. asiat.*, 1918, II, p. 297.



1 [*Ei*] *cujus nomen benedictum in æternum*
2 [*je*]*cit Šim*ʿ*ôn, filius*
3 [*Ga*]*dîâ, gratias agens.*

גריא, vide sub n° 4116.

4090

Vogüé, 107.

(Tab. II.)

Ara lapidea, lata ad scapum $0^m,21$. In cœmeterio invenit et titulum exscripsit H. Waddington. Ectypum Jaussenianum tabula damus. Coronæ inscripta est vox græca, et infra torum leguntur duo versus palmyreni.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 107.



[מ]ודא זבד[כו]ל [בר]
. . . . [ב]רעתה

Gratias agens (obtulit) Zabdi[bô]l, [filius] Barʿateh . . . . .

Εὐχή «deprecatio, votum». Cf. num 4091.

4091

(Tab. II.)

Ara lapidea mutila, tumulo infixa, in cœmeterio ad orientem magnæ columnæ eversæ (n° 3931). Reppererunt rev. Jaussen et Savignac. Latum est fragmentum $0^m,14$. Ad ectypum imaginem damus.



[מ]ודא ירחי בר 1
בריך לרחמנא 2

[Ε]ὐχή

1 *Gratias agens Iarḥai filius* . . . . .
2 *Benedictus (sit) a misericordi,* . . . .

Ad sinistram deesse circiter VIII litteras suadet locus vocis *εὐχή*.

Versus 2. Participium בריך hic videtur accipiendum fere eodem sensu ac דכיר in nonnullis titulis; cf. num 4103.

4092

Vogüé, 111.

(Tab. XXI.)

Ara lapidea in cœmeterium delata, alta $0^m,61$, lata ad coronam $0^m,27$, ad scapum $0^m,18$. Schema vide p. 154. Invenit et exscripsit H. Waddington. Nuper autem imaginem photographicam sumpsit Savignac quam tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 111.



1 *Gratias agens misericordi, bono,*
2 *No'im, filius Gaddilât,*
3 *quia invocavit eum, et exaudivit.*

Primus versus coronæ, ceteri scapo exarati sunt.

Media linea secunda, leviore stilo incisum est nomen נדילת, cui postea superscriptus est totus versus. — נעם, nomen integrum videtur; occurrit sæpius in inscriptionibus safaiticis. Restituere נעם[מ] (safait.), vel נעם[א] (saf. et nabat.), ægre sinit spatii angustia. — נדילת nom. masc., quod alibi non recurrit in titulis palmyrenis; e נד «fortuna» et nomine divino אלת compositum, «fortuna mea Allât» interpretandum; cf. נדיבול, sub n° 4231. Cf. etiam נדלת, נדל in inscript. safaiticis.

Versus 3. עני; ita etiam sub n° 4038.

4093

(Tab. XVIII.)

Ara lapidea, alta $0^m,50$, lata $0^m,24$ ad summum, $0^m,18$ ad scapum. In asperitatem exsculptæ sunt manus duæ apertæ; supra manus exaratus est titulus nunc paullum mutilus. Reppererunt anno 1914 rev. Jaussen et Savignac, in aula templi islamici. Ad ipsum lapidem imaginem expressit Savignac, quam tabula damus.



Scriptura accuratissima. — Imaginem manuum nostræ similem vide sub n° 4008.

Votum unius dedicantis fuit; nam in titulo sub n° 3981 edito, ubi duo fuerunt auctores, quattuor manus exsculptæ sunt. Voventis nomen reticetur.

Perierunt initio prioris versus litteræ quattuor, initio versus inferioris duæ. מורא restituimus, tum quia vestigia litteræ ר dispicere nobis visi sumus, tum quia melius quam דכרן vox lacunam explet.

Versu inferiore tria verba habemus, quæ, ni fallimur, adhibita sunt in 1ª pers. sing.

Res ardua est e consuetis significationibus verborum נבע «erumpere» et זכר «evocare» sensum congruum eruere. וכר tamen stare potest pro דכר «meminisse». Sensus ergo incertus manet, et ad indicandam potius syntaxim quam adæquatam significationem, hæc translatio conjecturalis proponitur :

[Gratias agens] misericordi, bono,
[fec]i et protuli et memor fui.

Scriptio נביעת, cum י inter secundam et tertiam radicalem, monstrat linguæ Palmyrenorum affinitatem cum dialecto palæstinensi quæ in Targumis servata est. Exempla vide apud G. Dalman, *Grammatik des Jüdisch-Palästinischen Aramäisch.*

4094

Vogüé, 123.

(Tab. XXV.)

Ara in cœmeterium delata, alta $0^m,54$, lata ad coronam $0^m,30$, ad scapum $0^m,20$. Exeso lapide, textus evanidus est. Invenit et titulum exscripsit H. Waddington. Ectypum sumpsit Savignac ad quod expressam imaginem tabula damus.

Apographon edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 123.

Hæc in ectypo dispeximus :



(Impressum mense januario anni 1925.)

1 *Gratias agens Seleucus*
2 *filius Miccali, [filii]*
3 *Theodori, filii*
4 *..laguri ...*
5 *.... [anno* D*]*L.

Versus 1. [א]סלוק vel [וס]סלוק, Σέλευκος; vide sub n° 4048. — Cuncta nomina tituli sunt græca.

Versus 2. In apographo מקונא, sed ab ectypo potius מקולא. Cf. nom. Μίκυλος, Μίκκαλος.

Versus 3. Secundum signum dubium : תי vel תו.

Versus 4. Ante ל evanuit littera, ב, כ vel פ, ut videtur. Hic latet nomen græcum in *-γόρας* vel *-γυρος* desinens. Fortasse Φιλάργυρος (ρ assimulato).

Numerus annorum ab initio mancus; legendus est 550 (238-239 p. Chr.).

4095

Vogüé, 120.

Aræ fragmentum. In cœmeterio invenit et titulum exscripsit Waddington. Ejus apographum hic damus.

Apographum edidit M. DE VOGÜÉ, *Palmyre*, n° 120.

Ex inscriptione aliquot tantum litteræ supersunt, pleræque dubiæ lectionis :



Initio videtur legendum : ...מודא וה.

4096

(TAB. XXVI.)

Ara lapidea, lata ad scapum 0^m, 20. In cœmeterio invenit Savignac. Imaginem ad ectypum damus.



מודא זבוד לבר- 1
יך שמה לעל- 2
מא טבא 3

1 *Gratias agens Zabud (obtulit) ei*
2 *cuius nomen benedictum in*
3 *æternum, bono!*

זבוד; vide n° 4045.

4097

(TAB. II.)

Ara lapidea, alta 0^m, 40, lata 0^m, 19, ad scapum 0^m, 145. Anno 1914 invenerunt rev. Jaussen et Savignac in domo privata, intra peribolum magni templi, ad murum septentrionalem. Scriptura, ut aiunt, cursiva. Imaginem ad ectypum tabula damus. Schema vide p. 154.



מודא שלמן 1 *Gratias agens Šalman*
בר עגילו 2 *filius ʿOgîlu.*

שלמן, nom. occurrit etiam in titulis nabatæis. Cf. Σαλμανος, Σαλάμανος, Σαλαμάνης, in titulis græcis Syriæ.

4098

(TAB. II.)

Aræ fragmentum, altum 0^m, 065, latum 0^m, 13. Reppererunt in cœmeterio rev. Jaussen et Savignac. Supersunt tantum primi versus duo et vestigia tertii; reliqua perierunt. Ad ectypum tabula damus.



[מ]ודא חירא 1
[ב]ר זבידא על 2
.ב..... 3

1 [*Gra*]*tias agens Ḥairê*
2 [*fi*]*lius Zebîdâ; pro*
3 [*salute* .....]

4099

(Tab. XXIV.)

Aræ lapideæ fragmentum, altum $0^m,06$, latum $0^m,21$. In cœmeterio reppererunt anno 1914 rev. Jaussen et Savignac. Ad ectypum damus.



1 [illegible]

2 [illegible]

1 מודא עשי לרחמנ[א]

2 טבא (ד)י קרלה ו[ענה]

1 *Gratias agens ʿAšai (obtulit) misericordi,*

2 *bono; quia invocavit eum, et [exaudivit eum].*

עשי, nomen novum, aut peregrinum aut e longiore forma coarctatum. Cf. עסי in inscript. safaiticis (Vogüé, 227, 386), et gr. Ὁσαιέλος (Wadd., 2330), Ἄσεος (Princeton Exped., n° 326).

רי pro די, in lapide.

4100

(Tab. XXVI.)

Ara lapidea mutila; deest pars inferior; lata est $0^m,26$, ad scapum $0^m,18$. Tituli versus duo coronæ, ceteri scapo inscripti sunt. Scriptura partim evanida et lectu difficilis. Ad ectypum imaginem tabula damus. Schema vide p. 154.

Edidit J.-B. Chabot, *Revue biblique*, 1920, p. 376.



1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

1 [ת]שעא טבא ושמיעא ....

2 .....ו.....

3 ....ה די קרו לה

4 בעקא ועננון

5 ברוחא בירח

6 [... שנת ...]

1 *Fama bona et celebranda [....]*

2 .....

3 *.... ejus; quia invocaverunt eum*

4 *in angustia, et exaudivit eos*

5 *in latitudinem; mense*

6 *[... anni ...]*

Versus 1. Locutio nova, hucusque singularis. תשעא (litteræ ת pars sinistra superest), nomen e verbo שעה «narrari» deductum conjicimus; apud Syros ܬܫܥܝܬܐ — Ectypum hujus versus (longum tantum $0^m,21$) non integram scripturam exhibet : desunt, probabilius in fine, quattuor litteræ.

Versus secundi, fascia infima coronæ scripti, vestigia vix conspicua in ectypo.

Versus 3. Initio evanuerunt quattuor signa.

Versus 4. עקא «angustia, tribulatio»; syr. ܥܩܐ, ܥܩܬܐ.

Versus 5. Initio, etsi litteræ fractura paulisper mutilæ sunt, minime dubium nobis est quin legendum sit רוחא «spatium, latitudo», et metaphorice «recreatio, liberatio».

Aliquid judaïcum redolet inscriptio; similis enim locutio non uno loco Psalmorum legitur; vide ex. gr. Ps. cxviii, 5, ubi versio syriaca fere ad verbum consonat cum nostro titulo : ܡܢ ܐܘܠܨܢܐ ܩܪܝܬ ܠܡܪܝܐ ܘܥܢܢܝ ܡܪܝܐ ܒܪܘܚܬܐ; Vulg. (cxvii) : «de tribulatione invocavi Dominum, et exaudivit me in latitudinem Dominus». Pro ܐܘܠܨܢܐ, ipsam vocem עקתא habet versio targumica : מן עקתא קריתי יה (Lagarde, *Hagiographa chaldaice*, p. 69).

4101

Vogüé, 102.

(Tab. XXVI.)

Cippus hexagonus in cœmeterium delatus. Unaquæque facies lata est ad coronam $0^m,16$, ad scapum

o^{m},12. Invenit et titulum exscripsit H. Waddington. Ad ectypum quod sumpsit rev. Jaussen imaginem tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 102.

עלתא דנה	1	*Aram hanc*
עבד עבא	2	*fecit ʿAbê,*
בר [כי]לי ב[ר]	3	*filius* [*Kî*]*lai, filii*
ע[בא]	4	*ʿAbê.*

Versus 1. דנה : pronom. masc. gen., cum עלתא conjunctum jam pluries invenimus. Vide sub n° 4013.

Versus 3. Nomen patris probabiliter כילי; vide sub n° 4029; verumtamen ultimum sigum ו melius quam י imitatur.

4102

Sobernheim, 37.

(Tab. XXV.)

Aræ fragmentum, latum o^{m},15. Invenit Puchstein, in regione « Castrorum Diocletiani », et ectypum sumpsit ad quod efficta est imago nostra.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 37 (tab. XVIII). — Retractavit M. Lidzbarski, *Ephemeris*, t. II, p. 299. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2146.

Hæc supersunt :

עלתא דה ל....	*aram hanc τῷ....*
.....ודכיר ובר	*et commemoratus et....*

Initium tituli num habeamus, nescimus.

Versu 2 legerunt Sobernheim et Lidzbarski דכירו בר, atque דכירו tanquam nomen proprium habent; sed in lapide voces spatio distinctæ sunt; lectio nostra ectypo innititur; fortasse complendum ...[יד]ובר. — Cf. n^{um} 4103.

4103

Vogüé, 121.

(Tab. XVI.)

Aræ fragmentum, latum o^{m},15, altum o^{m},05. In cœmeterio invenit et exscripsit H. Waddington. Fatum lapidis ignoramus; sed apud nos ectypum asservatur, ad quod efficta est imago quam tabula damus.

Apographon Waddingtonianum edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 121, nulla tentata interpretatione. — Interpretari conatus est J.-B. Chabot, *Journ. asiat.*, 1918, II, p. 300 minus feliciter.

Scriptura cursiva. Legendum :



[ד]כיר אוטכא	[*Com*]*memoratus sit Eutyches*
[ד]עבד עלתא דה	[*qui*] *fecit aram hanc.*

Perfecta videtur inscriptio hisce duobus versiculis. אוטכא, nomen græcum Εὐτύχης.

4104

Vogüé, 113.

Aræ fragmentum. In cœmeterio invenit, et titulum mutilum exscripsit H. Waddington. Ejus apographum hic damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 113.

Hæc tantum supersunt :



...ו תימא בר...	... *Taimê, filius*.....
....ע..	.....

Versus inferioris signa fortasse sunt numeralia.

4105

Vogüé, 62.

Aram lapideam in cœmeterio invenit H. Waddington, et titulum toro inscriptum delineare conatus est. Apographum edidit Vogüé (*Palmyre,* n° 62), et textum nimis mutilum inter titulos funereos recensuit; unde interpretationem omnino rejiciendam proposuit.

Hæc sunt in apographo :

[illegible]

Imperfectum est apographum. Hanc interpretationem tentavimus :

דכיר בעלי ורחמ[והי] כלהו[ן]
ודכיר [כ]ל.....

Commemoratus sit Baʿlai et amici [*ejus*] *omnes;*
et commemoratus sit quicumque.....

Formula non dissimilis ab ea quam legimus sub finem n[i] 3973.

De nomine בלעי, vide sub n° 3974.

4105 *bis*

Ara lapidea, alta o[m], 50, lata o[m], 24 ad basim, o[m], 145 ad scapum. Anaglypho fictus est vir tunicatus, stans, brachiis elevatis. In summo altari excavata est scutella. Coronæ latiore fascia duobus versiculis inscriptus est titulus, nunc fere evanidus. Repperit rev. Savignac. Schema vide p. 154.

In ectypo hæc tantum expiscari potuimus :

[illegible] 1

[illegible] 2

4105 *ter*

(Tab. V, XXI.)

Cippus votivus anaglypho ornatus, altus o[m],60 circiter. Injurias temporis multum passus est. Sculptæ sunt effigies dei, hastam dextera gerentis, et viri voventis. Margine dextero, recta linea, exarata fuit inscriptio, quæ videtur mutila. Monumenti imaginem quam sumpsit H. Ingholt, damus tabula XXI, inscriptionis vero ad ectypum expressam, tabula V.

[illegible]
ורוד ארנבטא .....

..... *Vorôd argapetes.*

De hoc viro, vide n[um] 3938 et seq.

4106-4108

Mordtmann, 25, 29, 30.

Apographa Mordtmanniana tria, e quibus aliquot verba eruere vix licet, hic tradimus, ne quid prætermisisse videamur. Vide A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge,* n[is] 25, 29, 30, et J. Mordtmann (*Palmyrenisches,* p. 34).

4106 (Mordtmann, 25). — Cippus in cœmeterio repertus. Titulus evanidus.

[illegible] 1 [ד]כ[ר]ן טב לבן[ריך]
2 [ש]מה ל[עלמא ...
3 .....
4 בירח .... שנת
5 4[..]

1 *Memoriale bonum ei cujus benedictum*
2 *nomen in æternum.....*
3 .....
4 *Mense .....* [*anni*]
5 *cccc....*

4107 (Mordtmann, 29). — Cippus in cœmeterio repertus. Scriptura, quantum videtur, satis bene præservata, sed parum accurate descripta.



Initium conjicimus legendum :

בריך שמה לעלמא
מודא גדא בר

Cetera imperfecta nimis ut interpretationem tentaremus. — Nomen גדא, *Gadda*, vide sub n° 3981.

4108 (Mordtmann, 30). — Cippus Palmyræ, penes incolam quemdam repertus. Inscriptio evanida fere tota.



ARTICULUS IV.

TITULI FUNEREI.

Ceteros numero superant tituli funerei Palmyræ reperti. Duplicis quidem sunt generis. Ad priorem classem spectant inscriptiones longiores fronti monumentorum exaratæ, quibus jus peculiare ad honorem sepulturæ sibi et familiæ vindicant aut alienis concedunt sepulcri conditores. Alterum genus constituunt epitaphia brevia juxta statuas inscripta, aut apposita imaginibus defunctorum anaglypticis umbilico tenus protensis, quas Græci προτομὰς dicunt. Hujusmodi simulacris parietes intimorum conclavium decorati erant. Multa humi jacent confracta; multa etiam integra reperta sunt, quæ lucri causa, nostris temporibus, e loco exciderunt Arabes, pagi incolæ, mercatoribusque tradiderunt qui illa in varias regiones transvexerunt; plura in publicis museis, non pauca in privatis ædibus nunc asservantur. Titulos eis adscriptos sedulo collegimus et quos ad unum monumentum aut ad unam familiam pertinuisse suadebat genealogia proximos in serie posuimus.

Inter mirabilia Palmyræ sepulcralia monumenta merito recenseri omnibus notum est; tanta enim arte ædificata sunt ut videantur cives in hisce conditoriis exstruendis contendisse ut alter alteri sumptibus et magnificentia anteirent. Illa autem fusius describere a scopo nostro alienum est; maxime cum id egregie præstiterint et exploratores et viri rei architectonicæ periti; qui plura desiderat eorum libros adeat; præ ceteris commendandi sunt Robertus Wood, in opere tam sæpe laudato, *Les Ruines de Palmyre;* P. Cassas, *Voyage pittoresque de la Syrie* (Paris, 1799); Raphaël Bernoville, *Dix jours en Palmyrène* (Paris, 1868); M. de Vogüé, *Syrie Centrale*, t. I, p. 73, pl. 26 (Paris, 1877); C. Abamelek-Lazarew, Пальмира (Petropoli, 1884); J. Strzygowski, *Orient oder Rom* (Leipzig, 1901); B. Farmakowsky, Живопись въ Пальмирѣ (Constantinopoli, 1903).

Sepulcra per varias urbis regiones inventa sunt. Exstitit series duplex, ad mille passus porrecta, mausoleorum, sibi invicem in adversis viæ interpositæ lateribus respondentium, media valle qua Damasco Palmyram petentibus patet ingressus in civitatem, et quæ, hac de causa *Wâdî el-Qebûr* (وادى القبور) i. e. « Vallis sepulcrorum » vulgo dicitur. Alia reperta sunt in regione septentrionali oc-

cidentem versus, sive planitie, quæ inter magnam porticum et collem protenditur, exstructa, sive collis lateribus effossa, quo Arabum castellum ædificatum est. Alia in regione australi prostabant clivo collis qui ad fontem vergit. Alia denique exstiterunt in regione orientali, ultra magnum templum; sed ruinosa sunt a longo tempore et eorum rudera hodie e solo vix emergunt. Quonam loco inventæ sint singulæ inscriptiones, quantum scire potuimus, notavimus; sed cum plures sint quas certo loco assignare non possumus, omnes secundum ordinem chronologicum, exponere decrevimus.

His præmissis jam ad explicationem titulorum deveniamus.

4109

Vogüé, 30.

(Tab. XXVII.)

Regione dicta *Wâdi el-Qebûr*. Sepulcrum in speciem turris infabre ædificatum repperit H. Waddington. Ejus muris tabulæ marmoreæ duæ, una (A) austrum versus, duodecim circiter pedes supra portam, altera (B) ad septentrionem, pedes viginti a solo, insertæ sunt, titulo eodem insignitæ. Inscriptiones delineavit Waddington, cujus apographa hic subjicimus. Inscriptionis A ectypum sumpserunt rev. Jaussen et Savignac, ad quod effictam imaginem tabula damus; $o^m,40$ latus est titulus, $o^m,34$ altus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 30. — Repetiit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsemitischen Epigraphik*, p. 412 (tab. XL, n° 11). — Postea, G. A. Cooke, *A Text-Book of North-Semitic Inscriptions*, n° 141.

B



A



In titulo B aliquot litteræ evanuerunt, sed, alterius ope, tuto restitui possunt; uterque textus sic legendus est :

1	קברא דנה די עתנ[תן]	B
2	בר כהילו די בנו ע[לו]ה[י]	
3	בי(נו)הי כהילו וחירן	
4	ב(נו)הי די [מן] בני מי[תא]	
5	בירח כ[נון] ש[נ]ת 304	

1	קברא דנה די	A
2	עתנתן בר כהילו די	
3	בנו עלוהי בנוהי	
4	כהילו וחירן בנוהי	
5	די מן בני מיתא	
6	בירח כנון שנת 304	

A 1 *Sepulchrum hoc (est)* τοῦ
2 *ʿAtênatan, filii Kohailu, quod*
3 *ædificarunt pro eo filii ejus :*
4 *Kohailu et Ḥairan, filii ejus,*
5 *qui (sunt) e stirpe Maitæorum.*
6 *Mense Kanun anni* CCCIV.

B 1 *Sepulcrum hoc (est)* τοῦ *ʿAtênatan,*
2 *filii Kohailu, quod ædificarunt pro eo*
3 *filii ejus : Kohailu et Ḥairan,*
4 *filii ejus, qui (sunt) e stirpe Maitæorum.*
5 *Mense Ka*[*nun*] *anni* CCCIV.

V. 2. כהילו, jam invenimus in titulis nabatæis (supra, n° 197), cf. nomen arab. كَهَيْلٌ (Ibn Doreid, p. 111); infra habemus כהילי (4462, 4463). Cf. græc. Χεεῖλος (Princeton Exped., *Southern Syria*, n° 242).

V. 3, 4 : בנוהי. In titulo B, descripsit Waddington ברהי; bene autem conjecit Nöldeke (*Z.D.M.G.*, t. XXIV, p. 98) mendum esse, sive lapicidæ sive apographo tribuendum, atque restituendum בנוהי, ut habemus in altera inscriptione. Savignac, qui, ob vehementiam venti, ectypum exprimere non valuit, in enchiridio notavit hanc inscriptionem priori omnino similem esse.

V. 5. מן בני מיתא, ad litteram «e filiis Maita». Vide sub n° 4119.

Mensis Kanun anni 304 respondet novembri anni 9 ante æram christianam. Sunt ergo tituli nostri omnium titulorum palmyrenorum qui epocham adnotatam habent antiquissimi.

4110

Eodem monumento. Intra conclave inferius, in pariete dextero, ad loculum primum in ordine supremo, litteris trullissationi inscriptis. Repperit anno 1914, et apographum, quod hic subjicimus, fecit rev. R. Savignac.



עבדבל . *ʿAbdibêl [et ?]*

כהילו *Kohailu.*

עבדבל, «servus Beli»; vide sub n° 3978. — In palmyrena rariora quam in vicinis dialectis sunt nomina cum עבד efformata.

4111

Eodem monumento. Supra loculum qui occurrit ad sinistram adscendenti per gradus ad superius tabulatum; litteræ cum trullissatione partim exciderunt. Repperit et apographum, quod hic damus, fecit Savignac.



חבל כהילו ו *Heu! Kohailu et*
חירן בני עתנתן *Ḥairan filii ʿAtênatan,*
ובנ..... *et.....*

Fortasse complendum [יהון]ובנ «et fi[lii eorum».]

4112

Ledrain (δ), III; Clermont-Ganneau (β), 6.

(Tab. XXVII.)

Tabula lapidea a dextera parte mutila, ita ut initio cujusque versus inscriptionis tres vel quattuor litteræ exciderint; pars reliqua alta est $0^m,43$, lata $0^m,40$. Monumentum, anno 1891, e Syria nostro

Clermont-Ganneau missum est. Exstat nunc Parisiis in museo Luparensi (A. O. 2205). Imaginem ad ipsum expressam damus.

Edidit E. Ledrain, *Inscriptions sémitiques inédites*, n° III, in *Revue d'assyriologie*, t. III, p. 118. — Retractavit et emendavit Ch. Clermont-Ganneau, *Bustes et inscriptions de Palmyre*, in opere inscripto *Études d'archéologie orientale*, t. I, p. 118, addita imagine nitidissima. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1073.

En quæ supersunt, et quomodo complenda videntur :



1 [בירח] ניסן שנת
2 [3]08 קברא
3 [דנה] די זבדבול בר
4 . . . .]ה בר עתרשורי
5 [די מן] בני כמרא די
6 [עבד] לה ולבנוהי

1 [*Mense*] *Nisan anni*
2 [*ccc*]*viii. Sepulcrum*
3 [*hoc*] (*est*) τοῦ *Zabdibôl, filii*
4 . . . .*h, filii ʿAtaršur*[*i,*]
5 [*qui e*] *Chomarenis; quod*
6 [*fecit*] *sibi et filiis suis.*

V. 4, initio, nomen fortasse complendum ה[ברעת]. — עתרשורי, «Atar (est) murus meus», i. e. protectio mea. Nomen recurrit sub n° 4158; hic autem ultima littera, exeso lapide, fere evanuit. Ceteroquin lectio עתרשור non mira esset; cf. בלשור pro בלשורי, sub n° 4129.

V. 5. בני כמרא; vide sub n° 3915.

In epocha notanda numeri centenarii fractura exciderunt. Restituimus : ccc. Lacuna enim ita expletur, et species scripturæ antiquissimam ætatem redolet. Omnino similis est scriptura tituli sub n° 4109 editi. Consonat etiam tituli brevitas. Erectus est igitur mense aprili anni ante Chr. 4.

4113

Schröder (α), 1.

(Tab. XXVII.)

Palmyræ, mense martio anni 1883, titulum repperit et delineavit cl. v. Lütticke Germani consulis Damasci vices gerens, qui apographum erudito viro Paulo Schröder vulgandum commisit.

(Impressum mense augusto anni 1925.)

Anno autem 1914, invenerunt rev. Jaussen et Savignac, in domo privata, prope templum islamicum. Inscriptus est tabula lapidea $0^{m},50$ alta, et totidem lata. Imaginem ad ectypum effictam tabula damus.

Edidit P. Schröder, *Neue Palmyrenische Inschriften*, n° 1, in *Sitzungsberichte der Königl. Preuss. Akademie der Wissensch. zu Berlin*, anno 1884, p. 437. — Repetiit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsemitischen Epigraphik*, p. 478, n° 2 (tab. XL, 9). — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2209.



בירח אדר שנת	1	*Mense 'Adar anni*
קברא 320	2	*cccxx. Sepulcrum*
דנה די שלמן x	3	*hoc (est) τοῦ Šalman,*
בר תימרצו בר	4	*filii Taimarṣu, filii*
שכיי די מן פחד	5	*Šokaït, qui (est) e stirpe*
בני מתבול	6	*Mattaboliorum.*

V. 3. שלמן : hujus viri neptis commemoratur sub n° 4149. — Ad finem lineæ signum expletivum in speciem crucis additum est : quantum a verisimilitudine aberrabant qui hujusmodi signis christianam originem assignaverunt, ipsa tituli ætas demonstrat. Cf. n°s 3966, 3999.

V. 5. שכיי, græce Σοχαίεις, in titulo bilingui (infra sub n° 4134); vocales deminutivum e שכי innuunt; nomen coarctatum, fortasse e שכיבל; vide sub n° 4238. — פחד; de proprio sensu hujus vocis, diximus sub n° 3978.

Erectus est titulus mense martio anni 9 æræ christianæ.

4114

Chabot, 20.

(Tab. XXVI.)

Regione dicta *Wâdî el-Qebûr,* exstat turris sepulcralis simplicioris structuræ, nullo ornatu decorata. Tabula marmorea $0^{m},32$ alta, $0^{m},52$ lata, supra portam affixa, inscriptus est titulus palmyrenus. Vidit H. Waddington, sed primum versiculum tantum exscripsit. Anno autem 1895, Æmilius Bertone delineationem satis imperfectam fecit, quam vulgavit Chabot. Denique ectypum sumpserunt rev. Jaussen et Savignac, ad quod effictam imaginem tabula damus.

Edidit J.-B. Chabot, *Notes d'épigraphie et d'archéol. orient.*, n° 20. — De eo egit Ch. Clermont-Ganneau, *Notes d'épigraphie palmyrénienne,* in *Recueil d'archéol. orient.*, t. III, p. 166. 167. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2186.



בירח כנון שנת 345	1	*Mense Kanûn anni* CCCXXXXV.
קברא דנה די חירן בר בלשורי	2	*Sepulcrum hoc (est)* τοῦ *Ḥairan, filii Bêlšurî*
בר גדרצו די מתקרה בר בעא	3	*filii Gaddarṣu, qui vocatur Bar-Baʿâ;*
די מן פחד בני כנבת ודכיר	4	*qui (est) e stirpe Channabatiorum; et commemoratus sit*
בלשורי ברה די חירן	5	*Bêlšurî, filius Ḥairan*
דנה ב[ט]ב עד עלמא	6	*illius, in bono, in æternum.*

V. 3. גדרעתה ediderat Chabot; in גדרצו recte emendavit Clermont-Ganneau. Nomen vide sub n° 4027. — בר בעא, cognomen viri; ejus græcam transcriptionem habemus sub n° 4124 : Βαᾶ (in genit. casu). Vox ejusdem generis est ac בר־שעד, בת־ענא, בת־עתי aliaque nomina particulis בר, בת nomini proprio præpositis efformata; vide sub n° 3971. Adverte hanc particulam in transcriptione græca prætermissam esse. Nomen בעא hucusque seorsum non invenimus; sed quin exstiterit non est dubitandum; probabiliter coarctatum e longiore vocabulo a בעל- exordienti.

V. 4. כנבת, nomen gentis; arabicæ originis videtur; alibi non recurrit.

V. 5. Restitutionem a Clermont-Ganneau propositam confirmat ectypum. Vide stemma familiæ sub n° 4129.

Titulus erectus mense novembri anni p. Chr. 33.

4115

Vogüé, 33 *b*.

Regione dicta *Wâdî el-Qebûr*. Sepulcrum magnum in modum turris ædificatum visitavit H. Waddington, ibique duos titulos invenit et sedulo exscripsit; unus, quem hic tradimus, in fronte monumenti positus erat, infra concamerationem pedes triginta et amplius a solo dispositam, imaginibus viri recumbentis et trium personarum stantium decoratam. Hunc titulum anno 1914 non reppererunt rev. Jaussen et Savignac; erat fortasse tabula exaratus quæ exciderit. Apographum Waddingtonianum hic subjicimus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 33. — De utroque titulo egerunt Th. Nöldeke, *Beiträge zur Kenntniss der aram. Dialecte*, in *Zeitschr. der deutsch. Morgenl. Ges.*, t. XXIV, p. 89. — A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 27. — J. Halévy, *Mélanges d'épigraphie et d'archéol. sémitiques*, p. 105. — P. Schröder, *Neue Palmyrenische Inschriften*, in *Sitzungsber. der k. Preuss. Akad. der Wissenschaften zu Berlin*, 1884, p. 437.



1 בירח סיון שנת 3[52] קברא דנה די כיתות

2 בר תימרצו בר כיתות בר תימחא רבא די מן פחד בני

3 [מת]בול די עבד לה ולבנוהי לעלמא

1 *Mense Siuan anni* ccc[lii]. *Sepulcrum hoc* (*est*) τοῦ *Kîtôt*,

2 *filii Taimarṣu, filii Kitôt, filii Taimaḥê senioris, qui* (*est*) *e stirpe*

3 [*Matta*]*boliorum; quod fecit sibi et filiis suis in æternum.*

V. 1. Numerum annorum 352 restituimus ex altero titulo (4115 *bis*).

V. 2. כיתות : et sensum et veram pronunciationem nominis ignoramus. Habemus infra, sub n° 4173, nomen כפתות, cujus lectio ab ectypo certa est; inde proposuit Lidzbarski (*Ephem.*, II, p. 272) hic quoque illud restituere. Sed Waddingtoni lectionem confirmat ectypum alterius tituli. — תימחא; edidit Vogüé תימצא, quæ lectio ubique corrigenda est. תימחא enim nitide scriptum est sub n° 4130. Forma nominis feminina אמתחא (n° 4151) et lectionem confirmat et etymon indicat; תימ־ est «servus», sicut אמת־ est «ancilla»; sed quid חא significet, conjicere temerarium erit. Utrum nomen quoddam divinum in has litteras coarctatum est, an potius substantivum אחא «frater» ibi agnoscendum? Id alterum magis arridet. *Taimaḥê* scribimus ad analogiam nominis תימשא, quod græce transcriptum est Θαιμισᾶς, vocali inter utrumque elementum intercedente. — רבא «major, senior», cognomen esse videtur, quod diversis personis adscriptum est; vide sub n^is^ 4118, 4149, 4188, 4289. — Sub finem legendum בני; ultimum signum, in speciem litteræ ך, est numerus *2* quo Waddingtonius in enchiridio lineam notavit.

V. 2-3. בני מתבול, conjectura restituimus nomen quod sæpius quam בני זבדבול, et præsertim quam בני גדבול, occurrit.

4115 *bis*

Vogüé, 33 *a*.

(Tab. XXVII.)

Titulus alter de quo superius dictum est, supra imagines in concameratione collocatas scriptus. Mancus est a parte dextera; quattuor litteræ initio cujusque versiculi jam perierant quando illum descripsit Waddington; ab eo tempore adhuc major facta est lacuna, ut videre est in ectypo quod sumpsit Jaussen anno 1914, ad quod effictam imaginem tabula damus. Apographum autem Waddingtonianum hic subjicimus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 33 *a*. — De titulo egerunt docti viri quos recensuimus sub n° 4115. — Adde, S. Reckendorf, *Palmyrenisches*, in diario *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, t. II [1888], p. 325. — J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 21.



בירח סיון שנת 352 [בירח]	1	[*Mense*] *Siuan anni* CCCLII.
צלמי]א אלן די ביתות בר[צלמי]	2	[*Imagin*]*es hæ* (*sunt*) τοῦ *Kitôt*, *filii*
תימר]צו ודי מישא ברת[תימר]	3	[*Taimar*]*su; et* τῆς *Maišâ*, *filiæ*
. . . . ו אתתה ודי לשמש	4	[. . . .]*u*, *uxoris ejus; et* τοῦ *Lišamš*,
אחוה] ודי שלמן ברה ודי[אחוה]	5	[*fratris ejus;*] *et* τοῦ *Ṣalman*, *filii ejus; et* τοῦ
. . . . ו עלימה	6	[. . . .]*u*, *servi ejus*.

V. 1. Ad fidem ectypi numerum legimus 352, qui in apographo scriptus est 351.

V. 3. מישא; O. Blau merito contulit græcum Μαῖσα, nomen aviæ Elagabali imperatoris, lat. *Mæsa* (*Z.D.M.G.*, XXV, p. 534). Idem videtur ac nomen hebr. masc. מֵישָׁא (I *Chr.*, VIII, 9) quod decurtatum est e מִישָׁאֵל, id est מיש־אל; sed quid significat מיש, non liquet. Nomina judaica מיישא, מיאשא, sicut et mandeum מישא, nihil commune habent cum nostro, sed a מוֹשֶׁה, *Moses*, deducta sunt, ut recte observavit S. Frænkel (*W.Z.K.M.*, IV, 333). Non audiendus ergo Reckendorf qui conjecit esse legendum קישא, collatis nabatæis nominibus קישא, קישו. Femininum קישא (sub n° 209) est nomen divinum (pro solito קישה), et קישו (sub n° 249) est arabicum قيْس.

V. 5. Initio restituit Vogüé ברה «filius ejus»; multo probabilior conjectura nostra.

V. 6. עלימה «servus ejus»; recte legerunt Nöldeke, Mordtmann, Halévy. Cf. titulum palmyrenum latine exaratum, in Dacia repertum, in quo familiares quoque commemorati sunt (*C. I. L.*, III, 907; infra, in Appendice I).

Mensis Siuan anni 352 respondet junio anni p. Chr. 41.

4116

Vogüé, 32.

Regione australi civitatis. Titulus lapidea tabula exaratus, fronti inserta sepulcralis monumenti. Repperit et delineavit H. Waddington. Ejus apographum hic subjicimus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 32. — Vide H. Ewald, *Götting. gelehrte Anzeigen*, 1869, p. 1491. — Th. Nöldeke, *Z. D. M.G.*, t. XXIV, p. 106. — Repetiit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsemitischen Epigraphik*, p. 479, n° 3 (tab. XL, 10); cf. etiam p. 146, n. 10.



קברא דנה בת עלמא	1	*Sepulcrum hoc domus æternitatis*
די עתעקב בר גדיא	2	*(est) τοῦ ʿAtéʿaqab, filii Gadîâ,*
בר עתעקב די מן פחד	3	*filii ʿAtéʿaqab, qui (est) e stirpe*
בני מיתא די בנא	4	*Maitæorum; quod ædificavit*
בחיוהי ליקרה וליק[ר]	5	*in vita sua, in honorem suum et in honorem*
בנוהי על גדיא אבו[ה]	6	*filiorum suorum, pro Gadîâ patre suo;*
בירח ניסן שנת 367	7	*mense Nîsan anni* CCCLXVII.

V. 1. בת עלמא «domus æternitatis»; synonymum vocis קברא. Ita etiam in V. T. : הֹלֵךְ הָאָדָם אֶל־בֵּית עֹלָמוֹ (*Eccl.*, XII, 5); apud Phœnicios : בת עלם (I, 124). Ægyptios quoque sepulcra vocavisse *ἀΐδίους οἴκους*, testatur Diodorus Sic. (I, LI, 2).

V. 2. עתעקב «ʿAthê secuta est» seu «visitavit»; gr. Ἀθηάχαβος, in titulo bilingui sub nº 4203. Unum e vocabulis cum nomine deæ עתה compositis, ut עתנורי, עתנתן, etc. Scriptum est אתעקב, sub nº 4159, et עתיעקב, sub nº 4390. — גדיא, «hædus». Latine *Gadia* (Furtwängler, *Die antiken Gemmen*, tab. XIX, nº 64); græce Γαδίας (Jos., *Ant. Jud.*, XV, VII, 8). Cf. etiam nom. phœnicum גדא (I, 101, 106, etc.); memoratur apud Appianum, *De rebus punicis*, cap. XXIV : Ἀσδρούβας ὁ ἔριφος, qui a T. Livio (XXX, XLII) vocatur *Asdrubal Hædus* (Nöldeke apud Lidzbarski, *Ephem.*, II, p. 122).

Erectus est titulus mense aprili anni p. Chr. 56.

4117

Gottheil, 7.

(Tab. XXXVI.)

Ex eodem monumento, ut videtur. Lapis altus $0^{m},54$, latus $0^{m},40$. Anaglypho ficta est protome viri. Titulus margine dextero exaratus est. Exstat Eboraci Novi in Museo Metropolitano Artium. Imaginem ad monumentum effictam tabula damus.

Edidit R. Gottheil, *Seven unpublished Palmyrene Inscriptions*, in diario *Journal of the Americ. Orient. Society*, vol. XXI [1900], p. 109; nº 7. — De titulo egerunt J.-B. Chabot, *Note sur quelques inscriptions palmyréniennes récemment publiées*, in *Journ. asiat.*, 1901, I, p. 348, et inde *Notes d'épigr. et d'archéol. orient.*, p. 172. — M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. I, p. 215. — *Rép. d'épigr. sémit.*, nº 160.

עקיבא	1	*ʿAqibâ,*
בר עתעקב	2	*filius ʿAtéʿaqab,*
גדיא	3	*(filii) Gadîâ.*
חבל	4	*Heu!*

Lapidem e sepulcro ereptum esse, ad quod pertinet titulus sub n° 4116 editus, suadet viri genealogia.

עקיבא; e rad. עקב. Cf. nomen judæum עקיבה (aliquando עקיבא), quod illustrarunt plures talmudistæ doctores.

Scriptura, ut aiunt, cursiva, ad formas syriacas vergens.

4118

Müller (δ), B. M. 1.

(Tab. XXXVIII.)

Ex eodem monumento, ut videtur. Lapis altus $0^m,61$, latus $0^m,49$. Anaglypho ficta est protome viri; titulus margine dextero nitidissime exaratus est; fracto tamen lapide, duæ litteræ perierunt. Exstat Londinii, in Museo Britannico (Semitic Room, n° 583). Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften* (Anhang), p. 23. — Vide J. Mordtmann, *Zu den palmyr. Inschr.*, in *Zeitschr. für Assyr.*, t. XIII, p. 188. — St. A. Cook, *Proceeding of Soc. of Biblical Arch.*, t. XXI, p. 68. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1624.

מקימו	1	מקימו	*Moqîmu,*
בר גדיא	2	בר גדיא	*filius Gadîâ,*
עתעקב	3	עתעקב	(*filii*) *ʿAtêʿaqab,*
[ז]בדא	4	[ז]בדא	(*filii*) [*Za*]*bdâ*
[ר]בא	5	[ר]בא	*majoris.*

Versus 2. Müller legit גריא, sed punctum quod sibi visus est dispicere non exstat.

Versus 4. Notissimum nomen זבדא conjicimus. Legit Müller : עבדא, quod sane minus bene congruit cum spatio.

V. 5. רבא; cf. sub n° 4114.

E tribus titulis (4116-4118) hoc eruitur stemma :

4119

Ledrain (η), II; Clermont-Ganneau (β), II.

(Tab. XXVII.)

Tabula lapidea alta $0^m,45$, lata $0^m,35$. Excavata est ad scripturam recipiendam, ita ut proeminenti margine, $0^m,06$ lato, circumdatus sit titulus. Anno 1891, a viro Darricarrère nomine, Berytensi, monumentum accepit noster Clermont-Ganneau, unaque alium titulum, quem tradimus sub n° 4218, et aliquot anaglypha; de hoc titulo coram sociis Academiæ egit diebus 21 et 28 julii anni 1893. Ipso instigante, jure emptionis venit in museum Luparense, ubi nunc exstat (A. O. 2203). Imaginem ad ipsum expressam tabula damus.

Edidit E. Ledrain, *Inscriptions sémitiques inédites*, n° II, in *Revue d'Assyr.*, t. III, p. 28. — Melius Ch. Clermont-Ganneau, *Bustes et inscriptions de Palmyre*, in opere inscripto : *Études d'archéol. orientale*, t. I, p. 119. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1072.



1 *Mense Nîsan anni*
2 *CCCLXVIII. Domus æternitatis*
3 *hæc (est)* τοῦ *'Ogîlu, filii 'Ašai*
4 *filii Kohailu, Palmyreni, qui (est)*
5 *e stirpe Maitæorum; quam*
6 *fecit sibi in vita sua, domum*
7 *æternitatis suæ, ad honorem suum et ad honorem*
8 *filiorum suorum et fratrum suorum, in domum æternitatis.*

Nomina jam nota. אושי, vide sub n° 3969; עגילו, sub n° 3922.

V. 4. תדמריא, *Palmyrenus*. Nomen gentis בני מיתא invenimus sub n^is 4109, 4116; sed ibi auctores non se dicunt «Palmyrenos». Inde conjecit Clermont-Ganneau jus civitatis novissime concessum fuisse huic familiæ, cujus peregrinam originem jam innuebant nomina כהילו, עגילו, quæ potius nabatæam et arabicam indolem quam palmyrenam sapiunt.

Erectus est titulus mense aprili anni p. Chr. 57.

4120

(Tab. XXVI.)

Tabula lapidea lata $0^m,445$, alta nunc $0^m,28$; pars suprema periit. Ei inscriptus fuit titulus bilinguis, partim mutilus, partim evanidus. Invenerunt anno 1914 rev. Jaussen et Savignac, in aula privatæ domus templo islamico contiguæ. Ad ectypum imaginem tabula damus.

Edidit J. B. Chabot, *Revue biblique*, 1920, p. 379.





[—33]3—

TOMNHMATOYTOKAITOCΠHΛAIOHΩ
KOΔOMHCEN [redacted] TOYNOY
PBHΛOYTOYAK [redacted] MOYΦ [redacted] C
MAΓEPHNΩNEICTHNEAYTOYTEI
MHNKAIOΓHΛOYTOYAΔEΛΦOYAY
TOYKAITΩNYIΩNAYTΩNEICTON
AIΩNAMHNOCΞANΔIKOYETOYCOT



3[70] בירח ניסן שנת

Τὸ μνῆμα τοῦτο καὶ τὸ σπήλαιο(ν) ᾠ-
κοδόμησεν. . . . . τοῦ Νου-
ρβήλου τοῦ Ἀκ. . . . μου Φ[υλῆ]ς
Μαγερηνῶν εἰς τὴν ἑαυτοῦ τει-
μὴν καὶ Ὀγήλου τοῦ ἀδελφοῦ αὐ-
τοῦ καὶ τῶν υἱῶν αὐτῶν, εἰς τὸν
αἰῶνα· μηνὸς Ξανδικοῦ ἔτους οτ'.

In græco, v. 1 : *σπηλαιον*, pro *σπήλαιον*. — V. 2. Cum articulus omittitur ante nomen patris, probabile est Nurbelum auctoris avum fuisse. — V. 4. *Φυλὴ Μαγερηνῶν* alibi non apparet in nostris titulis. Forma semitica nominis, quod arabicam indolem sapit, nondum reperta est, nisi quis velit eam inveniri in voce מגרת, si ita legendum sit, sub n° 3978.

In palmyreno numerus annorum e græco restituendus. Titulus erectus est mense aprili anni p. Chr. 59.

Titulum funereum anno 384 (p. Chr. 73) exaratum, vide infra sub n° 4193.

4121

Vogüé, 34.
(Tab. XXX.)

Regione dicta *Wâdî el-Qebûr*. Titulum $1^{m},67$ longum, hyperthyride magni sepulcri exaratum, invenit et delineavit H. Waddington. Postea ectypum chartaceum sumpsit Lud. Vignes, ad quod efficta est imago quam tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 34.



—3333—

קברא דנה עבד בני ואלהשא וארום בני תימשא בר בני די מתקרה ארונא להון ולבניהון
ליקרהון די בת עלמא בירח ניסן שנת 390

1 *Sepulcrum hoc fecerunt Bannai et 'Elahšâ et 'Aréum filii Taimišâ, filii Bannai, qui vocatur 'Aruana, sibi et filiis suis,*
2 *in honorem domus æternitatis eorum, mense Nisan anni* CCCLXXX.

בני, *Bannai;* ita transcribimus, collato nomine latino BANNAEI [genit.], (*C.I.L.*, III, 907; infra, Append. I). Etymon incertum. Cf. nom. nabat. בני (n° 285), et græc. Βάνιος (Wadd., 2268); בני frequens quoque occurrit in titulis safaiticis.

אלהשא, græce Ἐλασσᾶ [gen.], in titulo bilingui sub n° 4187. Interpretandum «deus (est) Šamš». In nominibus hujus formæ, שא pro שמש scriptum esse, patet e transcriptione græca nominis אטרשא, sub n° 3931.

אראום; Vogüé : אראום; ita etiam Lidzbarski, qui cum Sachau contulit nom. syriacum ܐܪܗܡ in titulo quodam Edesseno (*Z.D.M.G.*, t. XXXVI, p. 162); sed et ibi, deficiente puncto, ܐܪܘܡ legere licet. Potius conferendum nobis videtur nomen ראומא, supra sub n° 3989; cf. אברוק et ברוקא, sub nis 3980, 4311.

תימשא, græce Θαιμισᾶς, in titulo græco Palmyræ reperto; (*R.É.S.*, n° 2161; vide Appendicem I). Sensus est «servus (dei) Šamš».

ארונא; etiam legere licet אראונא, cum Vogüé et Lidzbarski; sed cf. syriacum ܥܪܘܢܐ «vitulus, *μόσχος*» : quod tanquam cognomen apte adhiberi potuit.

Erectus est titulus mense aprili anni p. Chr. 79.

4122

Vogüé, 35.

(Tab. XXVII.)

In regione boreali civitatis, quadringentos circiter passus a castris Diocletiani septentrionem versus. Titulum duplici lingua conceptum, tabula lapidea $o^m,45$ alta, $o^m,68$ lata, fronti monumenti, viginti pedes a solo, inserta exaratum, invenit et delineavit H. Waddington. Ectypum sumpserunt rev. Jaussen et Savignac, ad quod effictam imaginem tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 35. — Repetiit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsemitischen Epigraphik*, p. 479, n° 4 (tab. XXXIX, 1). — De eo egit S. Reckendorf, *Palmyrenisches*, in *Wiener Zeitschr. für d. Kunde d. Morgenl.*, t. II [1888], p. 325. — J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 20.

Textus græcus infra palmyrenum exaratus : Waddington, n° 2613. — Sic legendus est :

Τὸ μνημ[ε]ῖον τοῦτο καὶ τὸ σπήλεον
αὐτοῦ ᾠκοδόμησεν Μάλιχος Μοκείμου
τοῦ Βωλβαράχου Φυλῆς Κλαυδιάδος
αὐτῷ καὶ υἱοῖς αὐτοῦ καὶ ἀδελφοῖς
εἰς τειμὴν αἰωνίαν, ἔτους αζτ'

Palmyrenum textum, supra græcam inscriptionem exaratum, sic legimus :



1 קברא דנה ומערתא די בנא *Sepulcrum hoc et hypogeum (sunt) quæ ædificavit*

2 מלכו בר מקימו בר ב[ול]ברך חומי *Maliku, filius Moqîmu, filii Bôlbarak, (filii) Ḥumai,*

3 לה ולבנוהי ולאחוהי ליקרהן *sibi et filiis suis et fratribus suis, in honorem eorum*

4 די עלמא שנת 391 *æternum. Anno* CCCLXXXXI.

In græco, v. 1, traditur *μνημιον*, et v. 5, *αιωνιαιαν*.

V. 1. מערתא, «crypta, spelunca», pars monumenti subterranea; græce dicitur *σπήλεον*, alibi *σπήλαιον*, et etiam *ὑπόγειον* (sub n° 4209).

V. 2. בולברך «Bôl benedixit», e græco Βωλβάραχος restituimus nomen; sed ectypo litteræ ול non apparent, et spatium inter utrumque ב satis angustum est; non multum miraremur si quis legeret בוברך vel בלברך. Cf. n^um 4072. — חומי, loco hujus appellationis commemorat græcus nomen tribus : *φυλῆς Κλαυδιάδος*; sic ab imperatore Claudio appellatam fuisse notavit Waddington. חומי fortasse idem sit ac nomen חמי, in titulis safaiticis.

V. 3. לאחוהי «fratribus ejus», in num. plurali, teste græco titulo.

Annus 391 initium habet a kal. octobr. anni p. Chr. 79.

4123

Vogüé, 36 *b*.

(Tab. XVI.)

Regione dicta *Wâdi el-Qebûr*, insigne monumentum in speciem contabulatæ turris erectum, tunc fere integrum, anno 1853 vidit et delineavit M. de Vogüé (*Syrie centrale. Architecture*, pl. 26). Vide imagines quas arte photographica expressit R. Savignac et nuper vulgavit J. B. Chabot in opere inscripto *Choix d'inscriptions de Palmyre* (Paris, 1922), tab. X, XII, XIII.

Jam illud visitaverant Guilielmus Halifax anno 1691, et Rob. Wood, anno 1751 : uterque enim græcum titulum exscripsit. H. Waddington, anno 1861, etiam palmyrenas inscriptiones delineavit. Demum, anno 1914, ectypa fecerunt rev. Jaussen et Savignac. Duo sunt tituli, duplici lingua, græca et palmyrena, ferme iisdem verbis concepti. Priore loco ponimus titulum hyperthyride inscriptum, 1^m,59 longum. Ad ectypum imaginem tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 36 *b*. — Cf. H. Ewald, *Götting. gelehrte Anzeigen*, 1869, p. 1491.

Textus græcus : Wood, 1, et inde *C.I.Gr.*, n° 4504.

Græcam inscriptionem prætermisit Waddington, qui cum alteram omnino similem (vide sub n° 4123 *bis*) exscripsisset, prima et ultima linearum verba tantum in enchiridio suo adnotavit. Duobus versiculis supra palmyrenum titulum exarata est hunc in modum :

ΜΝΗΜΕΙΟΝΑΙΩΝΙΟΝΓΕΡΑCΩΚΟΔΟΜΗCΕΝΙΑΜΑΙΚΟCΜΟΚΕΙΜΟΥΤΟΥΚΑΙΑΚΚΑΛΕΙCΟΥΤΟΥΜΑΑΙ
ΧΟΥΕΙCΤΕΕΑΥΤΟΝΚΑΙΥΙΟΥCΚΑΙΕΓΓΟΝΟΥCΕΤΟΥCΔ̅Ϙ̅ΤΜΗΝΙΞΑΝΔΙΚΩ



Palmyrena sic transcribenda et vertenda :

דכרנא דנה די הו יקר בת עלמא בנא ימלכו בר מקימו די מתקרה אקליש בר מלכו בר בלעקב
תדמריא ליקרה וליקר בנוהי ובני בנוהי עד עלמא בירח ניסן שנת 3[94]

1 *Monumentum hoc, quod est honor domus æternitatis, ædificavit Iamliku, filius Moqimu, qui vocatur Aqqališ, filii Maliku, filii Bêl'aqab,*

2 *Palmyrenus, in honorem suum et in honorem filiorum suorum et nepotum suorum in æternum; mense Nisan anni* CCCLX[XXXIV].

V. 1. דכרנא «monumentum», respondet græco *μνημεῖον*; דכר enim, hebraice זכר, arab. ذكر, «recordari, meminisse», significat. — ימלכו, græce Ἰάμλιχος, apud scriptores Ἰάμβλιχος, latine *Iamlichus* (*C. I. L.*, VIII, 3332), *Iamblichus*. Ad seriem pertinet nominum in quibus detracto subjecto solum verbale elementum perstat. Cf. hebr. יַמְלֵךְ (I *Chron.*, IV, 34) «regnare fecit (Deus)». Ad hanc classem revocanda sunt nomina ימלא (n° 4032), ירעו (n° 4175), ירבו (n° 4491, si recta est lectio); apud hebræos יעקוב, יוסף, יפלט, etc. Nostri Iamlichi imaginem habemus in tessera figulina infra edenda (Vogüé, p. 125). — אקליש, gr. Ἀκκάλεισος, cognomen Mocimi; cf. arab. قلش. Adverte in hujus formæ nominibus radicalem ק plerumque reduplicari : אקיח Ἄκκεος (n° 3917), אקסל Ἀκκίμαλος (n° 4167); cf. tamen אקופע Ἀκόπαος, sub n° 4031.

V. 2. בני בנוהי, græce hic ἔγγονοι, sed alibi sæpius υἱωνοί.

Titulus erectus mense aprili anni p. Chr. 83.

4123 *bis*

Vogüé, 36 *a*.

Eodem monumento. Titulus bilinguis, græce et palmyrenice conceptus, grandioribus litteris accuratissime exaratus. Inscriptus est tabula marmorea fronti sepulcri affixa, infra concamerationem quæ altiore loco, duodecim circiter metra a solo, ad statuam viri recumbentis recipiendam disposita est. Hæc statua nunc periit, sed hinc inde statuæ duæ etiam recumbentium exstant. Textus delineavit H. Waddington. Ejus apographum palmyrenum hic damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 36 *a*.



Textus græcus : Waddington, n° 2614. — A. D. Mordtmann eamdem inscriptionem dedit (*Neue Beiträge*, p. 27), sed cum perperam descripsisset, et apographum suum a Waddingtoniano dissimile videret, aliam esse sibi finxit.

Inscriptio græca, supra palmyrenam, quinque versibus exarata est, hunc in modum dispositis :

ΜΝΗΜΕΙΟΝΑΙΩΝΙΟΝΓΕΡΑCΩΚΟΔΟΜ
ΗCΕΝΙΑΜΛΙΧΟCΜΟΚΕΙΜΟΥΤΟΥΚΑΙ
ΑΚΚΑΛΕΙCΟΥΤΟΥΜΑΛΙΧΟΥΕΙCΤΕ ꝺ
ΕΑΥΤΟΝΚΑΙΥΙΟΥCΚΑΙΕΓΓΟΝΟΥCΕΤΟΥCΔϘΤ



Palmyrena sic transcribenda et vertenda sunt :

1 בירח ניסן שנת 394
2 קברא דנה בנא ימלכו בר מקימו אקליש בר מלכו
3 אבנית בר בלעקב בר מיכא בר מתא תדמריא לה
4 ולבנוהי ולבני בנוהי ליקרהן עד עלמא

1 *Mense Nisan, anni* CCCLXXXIV.
2 *Sepulcrum hoc ædificavit Iamliku, filius Moqimu Aqqalîš, filii Maliku*
3 *Abbanît, filii Bêl'aqab, filii Mîkâ, filii Mattâ, Palmyrenus; sibi*
4 *et filiis suis et nepotibus suis, ad honorem eorum, in æternum.*

Textus græcus iisdem verbis ac in titulo altero conceptus est, non autem palmyrenus.

V. 3. אבנית, cognomen Malichi prætermissum in priore titulo; contulit Vogüé vocem talmudicam אבניתא «milvus», sed sine jure. Suspicamur vocabulum e themate בנת deductum, eadem ratione ac אקליש e קלש. — Producitur genealogia usque ad sextam generationem. מיכא; fortasse ipsum nomen hebraicum מִיכָה; in textu biblico idem vir qui vocatur מיכיה (*Nehem.*, XII, 35) appellatur מיכא (*ibid.*, XI, 17). — מתא, græce Μαθθᾶ [gen.], in titulo bilingui, sub n° 4168.

Titulus erectus mense aprili anni p. Chr. 83.

4124

Chabot (α), 19.

Titulus bilinguis, græcus et palmyrenus, tabula lapidea inscriptus, quæ supra portam affixa est turri sepulcrali, juxta turrim ad quam pertinet titulus sub n° 4114 traditus erectæ. Pars græca fere integra manet; sed aliquot litteræ palmyrenæ, exeso lapide, perierunt. Primus repperit H. Waddington et titulum græcum exscripsit, palmyreno prætermisso. Anno 1895, Æmilius Bertone

utriusque textus delineationem fecit, rudem et imperfectam; ejus apographum palmyrenum hic subjicimus. Viderunt quoque rev. Jaussen et Savignac, sed propter altum tituli locum, duodecim circiter metra a solo, ectypum exprimere non potuerunt.

Titulum palmyrenum primus edidit J.-B. Chabot, *Notes d'épigraphie et d'archéol. orient.*, n° 19; ubi et græcam inscriptionem retractavit. — De ipso egit Ch. Clermont-Ganneau, *Notes d'épigraphie palmyrénienne*, in *Recueil d'archéol. orient*, t. III, p. 163; et rursum : t. V, p. 98; t. VII, p. 340, n. 3. — M. Lidzbarski, *Ephem. für sem. Epigr.*, t. I, p. 83. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2185.

Titulus græcus : Waddington, n° 2612. — Novum apographum exscripsit J. R. S. Sterrett, Americanus, et edidit in opere inscripto *The Wolfe Expedition to Asia Minor* (Boston, 1888), n° 643. Postea apographum Bertoneianum dedit Chabot, *loc. laud.* E tribus documentis inter se collatis lectio in omnibus fere certa elici potest, quæ sic se habet :

ΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝΚΑΙΤΟCΠΗΛΑΙΟΝΩΚΟΔΟΜΗC[ΑΝ]
CΑΒΕΙCΝΕΒΟΥΖΑΒΑΔΟCΘΑΙΜΑΙΟCΚΑΙΝΕΒΟΥΛΑCΟ[Ι]
ΒΗΛCΟΥΡΟΥΑΙΡΑΝΟΥΤΟΥΒΗΛCΟΥΡΟΥΤΟΥΓΑΔΔΑΡ
[C]ΟΥΤΟΥΕΠΙΚΑΛΟΥΜΕΝΟΥΒΑΑΕΙCΤΕΕΑΥΤΟΥCΚΑΙ
[ΥΙ]ΟΥC[ΚΑΙ]ΕΚΓΟΝΟΥCΜΗΝΙΞΑΝΔΙΚΩΤΟΥ[ΔϘΤΕΤΟΥC]

Τὸ μνημεῖον καὶ τὸ σπήλαιον ᾠκοδόμησ[αν]
Σαβεῖς Νεβουζάβαδος Θαιμαῖος καὶ Νεβούλας ο[ἱ]
Βηλσούρου Αἰράνου τοῦ Βηλσούρου τοῦ Γαδδάρ-
[σ]ου τοῦ ἐπικαλουμένου Βαά· εἰς τε ἑαυτοὺς καὶ
[υἱ]οὺς [καὶ] ἐκγόνους. Μηνὶ Ξανδικῷ τοῦ [δϙτ' ἔτους.]



Apographum imperfectum, ope græci textus et collato titulo sub n° 4114 edito, emendare et partim complere licuit hunc in modum :

1 קב[רא] דנה ומערתא בנו שבי ונבוזבד ות[ימי ונבולא]
2 בני בלשורי בר חירן בר בלשורי בר גדרצו .....
3 [בעא] ל[הון] ולבניהון ליקרהון די בת ע[ל]מ[א] . ש..
4 [ביר]ח ניס[ן] שנת 394

1 *Sepulcrum hoc et hypogeum ædificarunt Sabî et Nebuzabad et Taimai et Nebulá*
2 *filii Bélšurî, filii Ḥairan, filii Bélšurî, filii Gaddarṣu (qui et*
3 *Baʿâ); sibi et filiis suis, in eorum honorem domus æternæ .....*
4 *Mense Nîsan anni* CCCLXXXIIII.

V. 1. שבי, Σαβεῖς; cf. שבא, sub n° 3927. E quonam vocabulo coarctatum sit nomen, non liquet. Sub finem, תימי ונבולא; græco innixi hæc nomina restituimus : prius frequens occurrit, alterum habemus sub n[is] 4249, 4256.

V. 2. בני, «filii» quattuor Belsuri; in græco *οἱ* Βηλσούρου legendum; cf. *οἱ* Αἰράνου..., sub n° 4168. — גדרצו, sic bene legit Clermont-Ganneau; et inde Γαδδάρ[σ]ου restituit in græco: ediderat Chabot גדרעתה. גדרצו interpretandum «Τύχη Arṣu». Post hoc nomen restituit Chabot די בנו, quæ parum apta videntur; proposuit Clermont-Ganneau : די מתכני, vel די מתכנה «qui cognominatur», et, initio versus sequentis, בעא vel בר בעא; quidquid est de lectione, verisimile est hoc loco cognomen viri inscriptum fuisse, habemus enim sub n° 4114 : גדרצו די מתקרה בר בעא. — Post בת עלמא, occurrit vox evanida.

Titulus exaratus mense aprili anni p. Chr. 83.

4125

Chabot (α), 21.

(Tab. XXVI.)

Ex eodem monumento. Ante januam jacet lapis mutilus quo exsculptæ sunt imagines viri, mulieris et trium puerorum: supra imagines currit inscriptio palmyrena, o[m],65 longa, uno versu; præterea, ad singula puerorum capita adscriptum est idem nomen ter repetitum. Apographum valde imperfectum delineavit Æmilius Bertone. Ad ectypum quod sumpserunt rev. Jaussen et Savignac imaginem tabula damus.

Edidit J.-B. Chabot, *Notes d'épigraphie et d'archéol. orientale*, n° 21. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2187.



צלמיא אלן בנו [ב]לשורי בר שבי בר בלשורי
שבי שבי שבי

Imagines hæ (sunt) filiorum Bélšurî, filii Ṣabî, filii Bélšurî.
Ṣabî *Ṣabî* *Ṣabî*

בנו : mira scriptio, ab ectypo certa; videtur esse pro בני. — Mira quoque repetitio nominis שבי.

4126-4127

(Tab. XXVI.)

Prope hoc monumentum invenit, anno 1914, rev. Savignac magnum lapidem quo exsculptæ sunt imagines duarum mulierum et viri ad dexteram stantis. Ad capita inscripti erant tituli, nunc mutili aut evanidi, ut videre est in imagine photographica quam tabula damus.

De inscriptione ad dexteram capitis viri, i. e. supra humerum ejus sinistrum, scripta nihil superest præter ultimam litteram : [illegible]ל (probabiliter e voce חבל).

4126. — Inter virum et proximam mulierem :

[illegible]ל	...ל..	.....
[illegible]ר	.ר....	.....
[illegible]ירן	[ח]ירן..	..[*H*]*air*[*an*],
בני בלשורי	בר בלשורי	*filii Bêlšûri.*

4127. — A. Inter capita utriusque mulieris :

[illegible]	.....	.....
[illegible]ב	.....ב	*B*.....
שבי בר	שבי בר	*Šabî, filii*
בלשורי	בלשורי	*Bêlšûri.*

B. Fuit quoque inscriptio ad sinistram capitis sed fractura periit; e quattuor vel quinque versibus quibus integra constabat vix duo signa supersunt :

[illegible]	.....	.....
[illegible]ב	.....ב	*B*.....
[illegible]ח	[ח]בל	*Heu!*

C. Ex hoc lapide excisum fuisse fragmentum quod J. Euting secum adsportavit Argentoratum et edidit, *Epigraphische Miscellen,* n° 10, olim censuimus. At vero spatium inter lineas scripturæ in fragmento fere nullum (vide ectypum in tabula sub *c*) satis grande esse in lapide monstrat accuratior inspectio. Legit Euting :

ס[ו]..	.....*us*
[ח]בל	*Heu!*

4128

Euting, 8.

(Tab. XXVI.)

Ex eodem monumento. Fragmentum e lapide sculptura ornato resectum; altum $0^m,215$, amplum ad latiorem partem $0^m,115$. Palmyræ anno 1883 invenit Euting et secum Argentoratum adsportavit. Ad ectypum imaginem tabula damus.

Edidit J. Euting, *Epigraphische Miscellen*, n° 8. — Retractavit J.-B. Chabot, *Notes d'épigraphie*, sub n° 19. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 393.

[illegible]	1	.....	.....
בר ש	2	בר ש[בי]	*filius Ša*[*bî*]
בר בלש..	3	בר בלש[ורי]	*filii Bêlš*[*urî*],
בר חירן	4	בר חירן	*filii Ḫairan,*
בלשורי	5	בלשורי	*filii Bêlšurî.*
חבל	6	חבל	*Heu!*

V. 1. Superest littera mutila. Censuit Euting esse ג, unde restituit Chabot [א]נ[בו], collato n° 4129; sed littera videtur fuisse prima aut secunda vocabuli. Amares legere [ב]ל[שורי], collato n° 4125; at in scriptura hujus tituli litteræ בל coalescunt, hic autem et nullum litteræ ב apparet vestigium.

4129

(Tab. XXXVII.)

Ex eodem monumento. Lapis altus $0^m,41$, latus $0^m,28$, tribus lateribus toro circumdatus, et anaglypho ornatus. Monumentum Palmyræ repperit et sibi comparavit, anno 1874, h. v. Jusefowitsch, Moscovitæ gentis consul Damasci degens. Exstat nunc Petropoli in museo «de l'Ermitage» dicto. Anaglypho exhibentur, stantes, juvenes duo, puer a sinistra, puella a dextera, affabre sculpti, ut videre est in imagine quam tradimus tabula nostra. Titulus duplex, alter inter capita, alter margine inferiore, uterque accurate incisus.

Edidit, imperfecte quidem, Otto Blau, *Palmyrenisches Relief mit Inschrift*, in *Zeitschrift der deutsch. Morgenl. Gesellschaft*, t. XXVIII [1874], p. 73-76. — Rectius vero D. Chwolson, *Ein Relief aus Palmyra mit zwei palmyrenischen Inschriften*, in *Mélanges asiatiques tirés du Bulletin de l'Acad. impériale des sciences de Saint-Pétersbourg*, t. VII [1875], p. 433-446 (*Bulletin*, t. XX, p. 522-531). — Repetiit W. Wright, *Trans. of the Soc. of Biblical Archæology*, vol. VII, p. 2. — Vide etiam quæ animadvertit J.-B. Chabot, *Notes d'épigr. et d'archéol. orient.*, sub n° 19.

(Impressum mense augusto anni 1925.)

Tituli sic interpretandi sunt :

A. Inter capita :

𐤇𐤁𐤋	1	חבל	*Heu!*
𐤁𐤏𐤋𐤕𐤂𐤀	2	בעלתגא	*Baʿltagê*
𐤅𐤏𐤋𐤉𐤔𐤀	3	ועלישא	*et ʿAlaïša,*
𐤁𐤍𐤉 𐤁𐤅𐤍𐤀 𐤁𐤓	4	בני בונא בר	*liberi τοῦ Bônnê, filii*
𐤔𐤁𐤉	5	שבי	*Šabî.*

B. Margine inferiore :

1	𐤁𐤉𐤓𐤇 𐤊𐤍𐤅𐤍 𐤔𐤍𐤕 426 𐤑𐤋𐤌𐤉𐤀 𐤀𐤋𐤍 𐤇𐤓𐤅𐤉𐤄𐤍
2	𐤃𐤉 𐤏𐤋𐤉𐤔𐤀 𐤅𐤁𐤏𐤋𐤕𐤂𐤀 𐤁𐤍𐤉 𐤁𐤅𐤍𐤀 𐤁𐤓 𐤔𐤁𐤉 𐤁𐤓
3	𐤁𐤋𐤔𐤅𐤓 𐤁𐤓 𐤇𐤉𐤓𐤍 𐤇𐤁𐤋

1 *Mense Kanun anni* CCCCXXVI. *Imagines hæ duæ*
2 (*sunt*) *τοῦ ʿAlaïšâ et τῆς Baʿaltagê liberorum τοῦ Bônnê, filii Šabî, filii*
3 *Bêlšur, filii Ḥairan. Heu!*

בעלתגא, nomen femininum. Obvia est interpretatio בעלת־גא. Litteris גא numen quoddam significari ostendunt nomina עבדאלגא (supra, sub n° 157) et 𐤀𐤁𐤃𐤀𐤋𐤂𐤀 (Levy, *Siegel und Gem.*, p. 51) in quibus vocabula עבד, אמת «servus, ancilla» optime juncta sunt nomini divino. Hic autem minus bene intellegitur connexio vocis בעלת «domina». Chwolson, qui erronee putabat nomen esse masculinum, interpretatus est בעל־תגא «dominus coronæ». At גא probabilius est compendiosa scriptio, fortasse pro גרא, Τύχη, ut conjectavit Lidzbarski. In hac sententia sensus erit Βααλτὶς-Τύχη. Eadem ratione interpretari potest nomen עסתורגא i. e. *Istar-Fortuna.*

עלישא, nomen masculinum; interpretandum עלי־שא «extulit Šamš», ad instar nominum, אלה־שא, תימ־שא, etc.; cf. nomen biblicum עֲלִי, Ἠλί, et nominis palmyreni deminutivum עליו (sub n° 3913, I, 3). Græcam transcriptionem in nomine Ἀλαίσας fortasse habemus sub n° 4213.

Nota scriptionem בלשורי pro בלשורי.

Erectus est titulus mense octobri anni p. Chr. 114.

E titulis 3929, 4114, 4124-4129, eruitur stemma familiæ :



(1) 4114, 4124. — (2) 3929, 4114, 4124, 4126, 4128. — (3) 3929. — (4) 4114, 4124, 4126, 4128, 4129. — (5) 4114, 4124-4129. — (6) 4124. — (7) 4124, 4125, 4127-4129. — (8) 4129. — (9) 4125.

4130

Clermont-Ganneau (γ); Müller (δ), 43.

(Tab. XXXI.)

Tabula lapidea alta $0^{m},20$, lata $0^{m},77$, Palmyra in locum Qarietein dictum transvecta, ubi nunc penes loci præfectum asservatur. Anno 1895, tituli delineationem accepit Clermont-Ganneau a discipulo Carolo Chediac, non quidem ad ipsum monumentum sed ad apographum quoddam, Beryti effictam. Ectypum chartaceum sumpsit, anno 1897, Dr. Alois Musil, et vulgandum tradidit D. Henrico Müller. Titulus accurate scriptus, vocabulis parvo spatio distinctis. Imaginem ad egregium ectypum expressam, quod nobis fecerunt rev. Jaussen et Savignac, tabula damus.

Edidit primus Ch. Clermont-Ganneau, in opella *Le calendrier palmyrénien d'après une nouvelle inscription*, in *Études d'arch. orient.*, t. II, p. 55 et seq. — Repetiit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsemitischen Epigraphik*, p. 479, n° 5. — Dein G. A. Cooke, *A Text-Book of North-semitic Inscriptions*, n° 142. — Rursum dedit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n° 43. — Vide etiam St. A. Cook, *Proc. of Soc. of Bibl. Arch.*, t. XXI, p. 43. — J. Mordtmann, *Zu den palmyr. Inschriften*, in *Zeitschr. für Assyr.*, t. XIII, p. 185. — J.-B. Chabot, *Notes d'épigr.*, obs. 28. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1079.



בת עלמא דנה עבד מתני בר נורבל בר מלכו
בר תימחא על נורבל אבוהי ועל נבי אמה ליקרהן
וליקר בנוהי די עלמא צלמיא אלן די מתני בר
נורבל בר מלכו בר תימחא בר מתני בר בונא בר
מתני די מתקרה מהוי ודי נורבל אבוהי ודי
נבי אמה בירח אב שנת 406

1 *Domum æternitatis hanc fecit Mattanai, filius Nurbêl, filii Maliku,*
2 *filii Taimaḥê, pro Nurbêl, patre suo, et pro Nabbai, matre sua, in honorem eorum,*
3 *et in honorem filiorum suorum æternum. — Imagines hæ (sunt)* τοῦ *Mattanai, filii*
4 *Nurbêl, filii Maliku, filii Taimaḥê, filii Mattanai, filii Bônnê, filii*
5 *Mattanai, qui vocatur Mâhôê, et* τοῦ *Nurbêl patris ejus, et* τῆς
6 *Nabbai, matris ejus. Mense 'Ab anni* CCCCVI.

V. 1. מתני; cf. מתנא, sub n° 3980. Simili modo se habent nomina מענא et מעני Μανναῖος; שלמא et שלמי Σαλαμαῖος; תימא et תימי Θαιμαῖος; etc. Cf. nom. bibl. מתני (*Esdr.*, x, 33; *Nehem.*, xii, 19).

V. 2. תימחא, ita legendum, non autem תימצא, monstrat sedula ectypi inspectio. Vide sub n° 4115. — נבי; coarctatum videtur e vocabulo cum nomine dei נבו efformato. Duplicandam esse secundam litteram suadet analogia nominum זבי Ζαββαῖος, מקי Μακκαῖος, ידי Ἰαδδαῖος, etc.

V. 5. מהוי. Nomen conferri potest cum ماهو, nomine proprio auctoris arabicæ tribus (*Qâmus*), et multo melius cum nomine parthico ماهوي; cf. Justi, *Iranisches Namenbuch*, p. 187.

Erectus est titulus mense augusto anni p. Chr. 95.

4131

(Tab. XXXVIII.)

Ex eodem monumento. Lapis altus o^{m},55, latus o^{m},40. Anaglypho ficta est protome mulieris. Exstat Constantinopoli, in Museo. Imaginem damus ad monumentum expressam.

Edidit V. Scheil, *Recueil de travaux relatifs à la philologie et à l'archéol. égypt. et assyr.*, t. XXI, p. 29. — Retractavit Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéol. orient.*, t. III, p. 183. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephem.*, t. I, p. 85. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 356.

תמא ברת	1		*Tammâ, filia*
חרשא	2		*Ḥarŝâ,*
אתת מתני	3		*uxor Mattanai,*
בר נורבל	4		*filii Nurbêl, (filii)*
מהוי חבל	5		*Mâhôê. Heu!*

תמא. Lectio certa. Nomen femininum : itaque e -תימ «servus» deduci nequit. Contulit Euting hebr. תַּמָּה «integra».

חרשא; gr. Αρσας; vide sub n° 3937. — מתני; is est conditor sepulcri, auctor tituli sub n° 4130 editi.

מהוי : utrum vox sit cognomen Nurbeli, an cognomen patris ejus, dubitare licet. Sensus erit : «Nurbêl (ὁ καὶ) Mâhôê» vel «Nurbêl (filius Maliku τοῦ καὶ) Mâhôê». Id posterius nobis probabile, cum sit mos in hujusmodi epitaphiis nomen avi referre. Titulos habemus quibus certe nominis loco cognomen usurpatur; vide, inter alia, stemmata sub n^{is} 4133, 4287 proposita.

4132

Müller (δ), 34; Chabot (α), 46; Ronzevalle (γ), 27.

(Tab. XXVI.)

Ex eodem monumento, ut videtur. Lapis anaglypho ornatus : protome mulieris. Ectypum sumpserunt Al. Musil, postea rev. M. J. Lagrange; denique cum esset monumentum penes Bernardum, virum viæ ferreæ in Auranitide exercendæ præpositum, vidit et titulum exscripsit rev. Seb. Ronzevalle. Imaginem ad ectypum expressam tabula damus.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n° 34. — De eo egerunt Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéol. orient.*, t. III, p. 184, n. 1. — J. Mordtmann, *Zeitsch. für Assyr.*, t. XIII, p. 184. — J.-B. Chabot, *Notes d'épigr. et d'archéol. orient.*, n° 46. — M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigr.*, t. I, p. 213. — Rursum dedit S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 27. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1618.

תמא	1		*Tammâ,*
ברת תימי	2		*filia Taimai,*
מהוי	3		*(filius) Mâhôê.*

מהוי; probabilius cognomen avi, i. e. Mattanæi; vide sub n° 4133.

4133

Chabot (β), 4.

(Tab. XXXVII.)

Ex eodem monumento, ut videtur. Lapis altus o^{m},42, latus o^{m},24. Imago anaglyptica pueri stantis, dextera

uvam, sinistra avem tenentis. A dextera, juxta caput, inscriptus est titulus. Exstat Hafniæ, in Glyptotheca. Monumentum tabula nostra exhibetur.

Edidit J.-B. Chabot, *Notes sur quelques monuments épigraphiques araméens*, n° 4. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 728.

אחא	1	חבל	*Heu!*
נרבל	2	נורבל	*Nurbêl,*
בר תימ[י]	3	בר תימ[י]	*filius Taimai,*
מתני	4	מתני	(*filii*) *Mattanai.*

V. 3. תימי; restituerat Chabot תימחא; sed post מ litteræ י vestigia in ectypo dispicere licet.

מתני is, ni fallimur, qui sub n° 4132 מהוי nuncupatur.

Cognationem personarum, quæ sub n^is 4130-4133 commemoratæ sunt, ita intellegimus :



(1) 4130. — (2) 4131. — (3) 4130, 4131. — (4) 4131. — (5) 4130, 4131, 4133. — (6) 4132. — (7) 4133.

4134

Vogüé, 37.

Loco dicto *Wâdi el-Qebûr.* Sepulcrum amplum, summa munificentia exstructum et egregiis sculpturis decoratum, visitavit H. Waddington : illud est quod descripsit R. Wood, in opere *Les Ruines de Palmyre*, pl. LV, LVI, LVII. Conclavis imagines arte photographica, anno 1914, expressit R. Savignac, quas nuper vulgavit Chabot in opere inscripto *Choix d'inscriptions de Palmyre*, tab. XI, XII.

In fronte, supra portam et infra concamerationem, tabula marmorea muro affixa exaratus est titulus duplici lingua conceptus, græca et palmyrena : textum græcum jam anno 1691 exscripsit Guilielmus Halifax, et rursum, anno 1751, Wood; utrumque vero Waddington. Ejus apographum palmyrenum infra subjicimus. Ectypum sumere opus arduum est, ob altum tituli locum.

Titulum edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 37.

Textus græcus : Wood, n° 11, et inde *C. I. Gr.*, n° 4505; Waddington, n° 2615; Dittenberger, n° 630. — Quattuor versibus constat, sic legendis :

1 Τὸ μνημεῖον ἔκτισαν Ἐλάθηλος Μ-
2 ανναῖος Σοχαίεις Μάλιχος Οὐαβαλ-
3 λάθου τοῦ Μανναίου τοῦ Ἐλαθήλου αὐτ-
4 οῖς καὶ υἱοῖς· ἔτους διυ' μηνὸς Ξανδικοῦ.



Palmyrenus titulus transcribendus et vertendus est :

1 קברא דנה בנא אלהבל ומעני ושכיי

2 ומלכו בני והבלת בר מעני אלהבל

3 להון ולבניהון בירח ניסן שנת 414

1 *Sepulcrum hoc ædificarunt 'Elahbêl et Ma'nai et Šokaii*
2 *et Maliku, filii Vahballât, filii Ma'nai, (filii) 'Elahbêl,*
3 *sibi et filiis suis. Mense Nîsan anni* CCCCXIV.

Erectus est titulus mense aprili anni p. Chr. 103.

אלהבל, Ἐλάβηλος, «deus (est) Bêl»; cf. אלהשא, sub n° 4121.

מלכו, is est, ut videtur, cui erecta est statua anno p. Chr. 120-21; vide sub n° 3921.

4135-4157

Vogüé, 38-59.

(Tab. XXVIII.)

Sub his numeris inscriptiones traduntur quæ intra dictum sepulcrum reppertæ sunt. Uniuscujusque locum schemata hic proposita lucide monstrant.

1° Intimo pariete conclavis parata est ampla concameratio, ubi statua viri lecto recumbentis olim reposita fuit; quam statuam fortasse comitabantur aliæ imagines viriles. Supra enim concamerationem, parieti insculptæ sunt breves inscriptiones decem, duplici ordine dispositæ. Hæ inscriptiones nullo colore depictæ sunt. Infra concamerationem, exstant imagines muliebres novem : quinque ordine inferiore, quattuor superiore. Earum inscriptiones supra humerum sinistrum juxta caput, illarum autem imo margine exaratæ sunt, litteris incisis et postea minio deductis.

Inscriptiones viriles

4144	4143	4142	4141	4140
4139	4138	4137	4136	4135
Concameratio cum lecto				
4148	4147	4146		4145
4152	4151	4150	mutila	4149

Imagines inscriptionesque muliebres

2° Eodem conclavi, supra portam qua per scalas patet adscensus ad superius tabulatum, ex sculptæ erant imagines quinque : tres superiore, duæ inferiore ordine; singulæ, una excepta, cum propria inscriptione.

3° Supra portam ipsius monumenti, sed intra conclave, etiam anaglypho protome viri ficta est, adscripto titulo (n° 4157).

4° Denique, tabulato superiore inscriptionem nuper detexerunt rev. Jaussen et Savignac (n° 4158).

Inscriptiones sedulo delineavit H. Waddington. Quattuor ectypa expressit Lud. Vignes; omnium autem imagines sumpsit Savignac, necnon ectypa quæ tabula damus.

Tradimus primum inscriptiones viriles, summo pariete, supra concamerationem exaratas.

4135. — Vogüé, 42.

Inscriptio in ordine inferiore prima a dextera.



צלם אתפני בר 1 *Imago Atophanî, filii*
מ|עני בר והבלת 2 *Maʿnai, filii Vahballât.*

אתפני, nomen vide sub n° 3956.

4136. — Vogüé, 41.

Inscriptio secunda a dextera.



צלם והבלת בר 1 *Imago Vahballât, filii*
שכיי בר והבלת 2 *Šokaî, filii Vahballât.*

4137. — Vogüé, 40.

Inscriptio tertia seu media.



צלם אלהבל בר 1 *Imago ʾElahbêl, filii*
שכיי בר והבלת 2 *Šokaî, filii Vahballât.*

4138. — Vogüé, 39.

Inscriptio quarta a dextera.



צלם מעני בר 1 *Imago Maʿnai, filii*
אלהבל בר והבלת 2 *ʾElahbêl, filii Vahballât.*

4139. — Vogüé, 38.

Inscriptio in ordine inferiore quinta, seu ultima ad sinistram.



צלם מעני טליא *Imago Maʿnai junioris,*
בר והבלת בר [מענ]י *filii Vahballât, filii* [*Maʿna*]*i.*

Nomen avi evanuit, excepta littera ultima; tuto restituere מעני licet.

4140. — Vogüé, 47.

Inscriptio in ordine superiore prima a dextera.



צלם אלהבל בר 1 *Imago ʾElahbêl, filii*
מעני בר אלהבל 2 *Maʿnai, filii ʾElahbêl.*

4141. — Vogüé, 46.

Inscriptio in ordine superiore secunda a dextera.



צלם והבלת בר 1 *Imago Vahballât, filii*
אלהבל בר והבלת 2 *ʾElahbêl, filii Vahballât.*

4142. — Vogüé, 45.

Inscriptio tertia.



צלם והבלת בר 1 *Imago Vahballât, filii*
מלכו בר והבלת 2 *Maliku, filii Vahballât.*

4143. — Vogüé, 44.

Inscriptio quarta a dextera.



צלם בלעקב בר 1 *Imago Bêlʿaqab, filii*
אלהבל בר והבלת 2 *ʾElahbêl, filii Vahballât.*

בלעקב, is cujus imago supra portam exsculpta est, vide sub nº 4157.

4144. — Vogüé, 43.

Inscriptio in ordine superiore quinta, seu ultima ad sinistram.

צלם והבלת בר 1 *Imago Vahballât, filii*
מעני בר והבלת 2 *Maʿnai, filii Vahballât.*

Sequuntur inscriptiones muliebres ad imagines infra concamerationem exsculptas appositæ.

4145. — Vogüé, 53.

Protome mulieris in ordine superiore prima a dexteris.



אמתא ברת 1 *'Amtâ, filia*
אלהבל בר והבלת 2 *'Elahbêl, filii Vahballât;*
אתת שכיי בר 3 *uxor Šokaït, filii*
והבלת 4 *Vahballât.*

אמתא; nom. femin., quod respondet masculino עבדא. Est ergo, vel vox אמא «ancilla» in statu emphatico, vel (et tunc probabiliter *Amtê* efferendum) nomen coarctatum e אמתלת, אמתחא aut similibus. Cf. nom. græcum Ὄμβα, in quodam titulo Edesseno christiani ævi (*Z.D.M.G.*, t. XXXVI, p. 166).

4146. — Vogüé, 54.

Protome mulieris in ordine superiore secunda a dextera.

עתי ברת שלמלת 1 *'Attai, filia Šalamallât,*
בר מעני אתת מלכו 2 *filii Ma'nai; uxor Maliku,*
בר והבלת 3 *filii Vahballât.*

עתי, græce Ἀθθαία (Chabot, *Notes d'épigr.*, p. 142; S. Ronzevalle, *Monuments palmyr.*, n° 38; vide infra, in App. I). Coarctatum esse e quodam nomine theophoro suadet reduplicatio litteræ ת. Apud Syros, ܥܬܝ nomen est femininum cujusdam numinis Adiabeni (Pseudo-Melito, ed. Cureton, *Spic. syr.*, p. ܟܕ). Etiam tanquam nomen viri adhibetur; vide sub n° 3967.

4147. — Vogüé, 55.

Protome mulieris in ordine superiore tertia.

הדירת ברת מעני 1 *Hadîrat, filia Ma'nai,*
בר והבלת 2 *filii Vahballât.*

הדירת «ornata»; cf. הדירא, sub n° 4080, et הדירתא, sub n° 4255. Videtur esse partic. pass. femin. generis e verbo הדר «ornavit»; ejusdem formæ sunt ידיעת חליפת, etc.

4148. — Vogüé, 56.

Protome mulieris, in ordine superiore quarta seu ultima ad sinistram.



שגל ברת שכי[י בר] 1
והבלת אתת בל[עקב] 2
בר אלהבל והבלת 3

1 *Šegel, filia Šokaït, [filii]*
2 *Vahballât; uxor Bêl[aqab],*
3 *filii 'Elahbêl, (filii) Vahballât.*

4149. — Vogüé, 49.

Protome mulieris, in ordine inferiore prima a dextera. Ad ectypum quod sumpsit Vignes inscriptionem tabula damus.

שגל ברת שכיי בר שלמן בר חימר[צו] 1
רבא אתת והבלת בר מעני 2

1 *Šegel, filia Šokaït, filii Šalman, filii Taim[arṣu]*
2 *senioris; uxor Vahballât, filii Ma'nai.*

(Impressum mense augusto anni 1925.)

שנל : mater virorum qui sepulcrum condiderunt.

תימרצו : sic restituendum est nomen mutilum, collato n° 4113, ut iam bene vidit P. Schröder, *Neue Palmyr. Inschr.*, p. 437.

Vox רבא nunc excidit.

— — —

Protomen huic proximam, seu in ordine secundam, mutilam esse notavit Waddington et titulum evanidum.

4150. — Vogüé, 50.

Protome mulieris, in ordine inferiore tertia. Inscriptionem ad ectypum quod sumpsit Vignes tabula damus.



. מת ברת והבלת בר מעני

. . .mat, filia Vahballât, filii Ma'nai.

Mulieris nomen ab initio mancum, probabiliter fuit אקמת; vide sub n° 4190. Lectio שלמת quam proposuit J. Mordtmann (*Palmyrenisches*, p. 21) non congruit cum vestigiis; nomen autem מליחת, quod conjecit Nöldeke (*Z. D. M. G.*, XXIV, p. 106), nunquam inventum est; vide sub n° 3954.

4151. — Wood, XII; Vogüé, 51.

Protome mulieris, in ordine inferiore quarta a dextera. Inscriptionem ad ectypum quod sumpsit Vignes tabula damus.

Primus proprium apographum edidit R. Wood, *Les Ruines de Palmyre*, n° XII. — Inde disseruerunt J. Swinton, *Philosoph. Transactions*, t. XLVIII, p. 705 (tab. 25, n° XII). — G. Eichhorn, *Marmora palmyrena*, p. 119. — M. A. Levy, *Die palmyrenischen Inschriften*, n° XII (*Z.D.M.G.*, t. XVIII, p. 193). — Ad. Merx, *Bemerkungen*... (*ibid.*, t. XXII, p. 688). — Repetiit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 51. — Postea rursum M. A. Levy, *Zu den palmyr. Inschriften* (*Z.D.M.G.*, t. XXIII [1869], p. 289. — J.-B. Chabot, *Notes d'épigraphie*, obs. 12.

1 אמתחא ברת בלעקב בר נשא

2 אתת אלהבל בר והבלת

1 *'Amataḥê, filia Bêl'aqab, filii Nešê;*

2 *uxor 'Elahbêl, filii Vahballât.*

אמתחא, vide nomen masc. תימחא, sub n° 4115.

Litteræ רוהבל exciderunt ex quo tempore factum est ectypum.

4152. — Wood, XI; Vogüé, 52.

Protome mulieris, in ordine inferiore quinta seu ultima ad sinistram. Inscriptionem ad ectypum quod sumpsit Vignes tabula damus.

Primus proprium apographum edidit R. Wood, *op. laud.*, n° XI. — Inde disseruerunt J. Swinton, *Philosoph. Transactions*, t. XLVIII, p. 705 (tab. 25, n° XII). — J. G. Eichhorn, *Marmora palmyrena*, p. 118. — M. A. Levy, *Die Palmyrenischen Inschriften*, n° XI (*Z.D.M.G.*, t. XVIII, p. 193); cf. observationes Abr. Geiger, (*ibid.*, p. 598). — Ad. Merx, *Bemerkungen*... (*ibid.*, t. XXII, p. 687). — Repetiit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 52. — Rursum M. A. Levy, *Zu den palmyr. Inschr.* (*Z.D.M.G.*, t. XXIII, p. 288).

1 בלתיחן ברת אתפני אתת

2 מעני בר והבלת

1 *Beltiḥan, filia Atophanî; uxor*

2 *Ma'nai, filii Vahballât.*

בלתיחן. Etymon incertum, fortasse ab antiquo nomine assyrio repetendum, «Belti (est) gratia»? Mulier eadem est quæ cum marito commemoratur sub n° 4158.

4153. — Vogüé, 59.

Supra portam. Protome mulieris, in ordine superiore, dextrorsum.



אמתא ברת 1 *'Amtâ, filia*
שכיי בר 2 *Šokaï, filii*
והבלת 3 *Vahballât;*
ואתת 4 *et uxor*
והבלת 5 *Vahballât*
בר 6 *filii*
מעני 7 *Ma'nai.*

Ad imaginem (virilem, ut videtur) quæ medium tenet locum, in ordine superiore, inscriptio nunquam incisa est, teste Savignac.

4154. — Vogüé, 58.

Supra portam. Protome mulieris in ordine superiore, sinistrorsum.



הדירת ברת 1 *Hadîrat, filia*
אלהבל בר 2 *'Elahbêl, filii*
והבלת בר 3 *Vahballât, filii*
מעני 4 *Ma'nai.*

4155. — Vogüé, 57.

Supra portam. Protome mulieris, in ordine inferiore, ad dexteram.



שגל ברת 1 *Šegel, filia*
אלהבל בר 2 *'Elahbêl, filii*
והבלת 3 *Vahballât;*
אתת והבלת 4 *uxor Vahballât,*
בר מלכו 5 *filii Maliku,*
בר והבלת 6 *filii Vahballât.*

4156. — Vogüé, 60.

Supra portam. Protome mulieris, in ordine inferiore, ad sinistram.



שגל ברת מלכו בר 1 *Šegel, filia Maliku, filii*
והבלת בר מעני 2 *Vahballât, filii Ma'nai.*

4157. — Vogüé, 48.

Supra portam sepulcri, intra monumentum. Protome viri. Titulus grandioribus litteris exaratus, o m. 35 longus.



1 צלם בלעקב בר אלהבל
2 בר והבלת בר מעני
3 אפמלטא די נמשא דה

1 *Imago Bêl'aqab, filii 'Elahbêl,*
2 *filii Vahballât, filii Ma'nai,*
3 *curatoris hujus monumenti.*

V. 1. בלעקב : is qui sub n° 4143 commemoratus est.
V. 3. אפמלטא, vox gr. *ἐπιμελητής*; vide sub n° 3976.
נמשא : vox nobis ignota, femin. generis. Facile conjicies scriptam pro נפשא «sepulcrum»; mirum tamen videtur virum linguæ gnarum in voce bene nota erravisse, et, si lapicida ignarus præ oculis exemplar habuit, ægre intellegitur quomodo potuerit litteram ב in מ commutare. Defuncti loculum ناموس vocant Arabes palæstinenses.

4158

(Tab. XXVIII.)

Titulus supercilio januæ inscriptus, in tabulato superiore. Prima linea $0^{m},87$ extensa est. Invenerunt, anno 1914, rev. Jaussen et Savignac. Ad ectypum quod fecerunt imaginem tabula damus.



1 בירח תשרי שנת 433 יום 30 חבל מעני בר והבלת מעני אחד מן
2 ארבעא אחיא די בנו קברא דנה ובלתיחן ברת אתפני בר מלכו
3 עתרשורי אתתה

1 *Mense Tišrî anni* CCCCXXXIII, *die* XXX. *Heu! Ma'nai, filius Vahballât, (filii) Ma'nai, unus e*
2 *quattuor fratribus qui ædificarunt hoc sepulcrum; et Beltîḥan filia Atophanî, filii Maliku,*
3 *(filii) 'Ataršurî, uxor ejus.*

Titulus erectus die 30ª octobris anni p. Chr. 121.
V. 1. אחד «unus», cum א prostetico.
V. 2. אחיא «fratres», in stat. emphat. plur.; hanc formam jam inveninus sub n° 4001. — בלתיחן; ad ejus imaginem inscriptus est n^us^ 4152.
V. 3. עתרשורי : nomen vide sub n° 4112.

Inscriptiones modo expositæ, si ultimam exceperis, non sunt stricto sensu epitaphia, sed imaginibus personarum quæ adhuc in vivis erant adscriptæ sunt. Id factum esse in aliis etiam sepulcris dubitandum non est.

Hinc intellegitur cur in multis titulis sepulcralibus exclamatio חבל non occurrat; immo, ubi legitur, eam aliquando post mortem auctoris superadditam fuisse conjicere licet.

Ex inscriptionibus supra editis stemma familiæ describere licet, hunc in modum :



(1) 4134. — (2) 4149. — (3) 4150. — (4) 4152, 4158. — (5) 4134, 4158. — (6) 4145. — (7) 4151. — (8) 4134. — (9) 4146. — (10) 4147. — (11) 4135. — (12) 4144. — (13) 4153. — (14) 4137. — (15) 4136. — (16) 4148. — (17) 4143, 4157. — (18) 4141. — (19) 4138. — (20) 4154. — (21) 4155. — (22) 4142. — (23) 4156. — (24) 4139. — (25) 4140. — (26) 4113. — (27) 4158.

In hanc tabulam observandum est :

1° Genealogias non esse integras evidens est.

2° Neque e dispositione imaginum in parietibus, neque e genealogiis, ordinem generationis fratrum definire licet.

3° Elahbelus primus inter fratres recensetur, fortasse non quod sit natu maximus, sed quod habuerit partes præcipuas in opere perficiendo; et hinc imagines quæ ad ejus progeniem spectant numerosiores sunt. Natu maximus fuisse videtur Mannæus qui nomen avi paterni accepit.

4° Utrum Acmatha (3) filia Vahballathi, soror sit conditorum sepulcri, an potius Mannæi junioris (24); an Elahbelus pater Amthæ (6) idem sit ac Elahbelus conditor, non liquet.

5° Mos fuit ut filia patrueli in matrimonium traderetur.

6° Rationem qua nomina eligebant Palmyreni aliquo modo edocemur : filio primogenito nomen avi paterni, secundo nomen avi materni, tertio nomen proavi paterni imponebant; filiæ autem primogenitæ nomen aviæ paternæ.

Quo melius hæc perciperentur, generationes summatim resumendæ sunt :

Conditores sepulcri, filii Vahballathi et Segelæ :

I. Elahbelus (nomen gerit proavi paterni);
II. Mannæus (nomen avi paterni);
III. Sochæis (nomen avi materni);
IV. Malichus.

I. Progenies Elahbeli, mariti Amathahæ :

filii :

Vahballathus (nomen avi paterni);
Belacabus (n. avi mat.), maritus Segelæ, consobrinæ;
Mannæus (n. proavi paterni);

filiæ :

Segela (n. aviæ pat.), uxor Vahballathi, patruelis;
Hadiratha;

nepos :

Elahbelus filius Mannæi.

II. Progenies Mannæi, mariti Belthihannæ :

filii :

Vahballathus (n. avi pat.), maritus Amthæ, consobrinæ;
Athophanæus (nom. avi materni);

filia :

Hadiratha;

nepos :

Mannæus junior, filius Vahballathi.

III. Progenies Sochæis, mariti Amthæ :
filii :
Vahballathus (nomen avi paterni);
Elahbelus (nomen avi materni);
filiæ :
Segela (n. aviæ pat.), uxor Belacabi, patruelis.
Amtha (nomen matris), uxor Vahballathi, patruelis.

IV. Progenies Malichi, mariti Atthaiæ, consobrinæ :
filius :
Vahballathus (nomen avi paterni);
filia :
Segela (nomen aviæ paternæ).

4159

Sobernheim (α), 3; Littmann, 7.

(Tab. XXXIII.)

Cum verno tempore anni 1887 civis noster Jos. Steph. Gautier Palmyram visitaret, recenter effoderant Arabes sepulcrum, collis clivo ducentos passus circiter ad austrum fontis obrutum, atque in lucem reduxerant titulum palmyrenum tabula lapidea supra portam affixa inscriptum. Inscriptionem adhuc in situ vidit, anno 1892, v. cl. Ludovicus de Contenson et exscripsit apographum quod rev. M. J. Lagrange vulgandum tradidit. Ab hoc tempore, lapis e loco avulsus, in domum viri salinis exercendis præpositi translatus est; ibi eum reppererunt M. Sobernheim et postea Enno Littmann. Anno autem 1914 etiam viderunt rev. Jaussen et Savignac, sed, lapide in usum mensæ converso, scriptura, ultimo versu excepto, jam penitus evanuerat. Altus est lapis $1^{m},17$, latus $0^{m},85$, medio orbiculata fenestella perforatus; summam partem occupat inscriptio, lata $0^{m},85$, alta $0^{m},25$. Delineationem fecit E. Littmann, quam hic subjicimus. Imaginem autem tabula damus ab egregio ectypo chartaceo quod nobis obtulit Gautier.



Titulum edidit J.-M. Lagrange, *Une inscription palmyrénienne,* in ephemeride *Revue biblique,* t. I [1892], p. 436. — Repetiit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften,* n° 3, in *Beiträge zur Assyriologie,* t. IV, p. 209. — De ipso egit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigr.,* t. I, p. 198; t. II, p. 309. — Enno Littmann proprium apographum edidit, *Semitic Inscriptions. Palmyrene Inscriptions,* n° 7. — *Rép. d'épigr. sémit.,* n° 369.



1 מערתא דה חפר מן כיסהון בת עלמא
2 זבדעתה בר אתעקב בר זבדעתה בר סרי בר
3 זבדעתה בר מלכו די מתקרא אראש ומקימו
4 בר זבדא בר מקימו בר עתעקב בר מקימו בר
5 מלכו די מתקרא אראש לחון ולבניהון ולבנא
6 בניהון דכריא לעלמא בירח ניסן די שנת
425 7

Quod vertendum est :

1 *Hypogeum hoc effoderunt de crumena sua, domum æternam,*
2 *Zabdᵉateh, filius ʾAtᵉaqab, filii Zabdᵉateh, filii Soraî, filii*
3 *Zabdᵉateh, filii Maliku, qui vocatur ʾArâš; et Moqîmu,*
4 *filius Zabdâ, filii Moqîmu, filii ʿAtᵉaqab, filii Moqîmu, filii*
5 *Maliku, qui vocatur ʾArâš; sibi et filiis suis et nepo-*
6 *tibus suis maribus, in perpetuum. Mense Nisan anni*
7 *CCCCXXV*

Scriptura accurata. Littera ר ubique puncto notata. Vocabula plerumque spatio distincta.

V. 2. אתעקב, sic; lapsus esse videtur pro עתעקב; cf. tamen nabat. אהרעתה pro עתרעתה (supra, sub n° 423). — סרי; nomen coarctatum e סריכו opinatur Lidzbarski; vide sub n° 4219.

V. 3. אראש, cognomen Malichi. Contulit Nöldeke (apud Euting, *Epigraph. Miscellen*, n° 13) arab. ٱلرَّأْس «magnum caput».

Utrum ad hoc sepulcrum pertineant tituli sub n^is 4219, 4222, 4225 editi, quibus recurrit cognomen אראש, non liquet.

V. 6. דכריא «mares». Ubicumque in hujusmodi titulis sermo est de «maribus», agitur de jure possidendi, non autem de jure sepeliendi; quin filiæ, uxores, ancillæ in sepulcro maribus assignato reconderentur minime prohibitum fuit.

Exaratus est titulus mense aprili anni p. Chr. 114.

4160

Sobernheim (α), 6.

Regione australi civitatis occidentem versus. Titulum duplici lingua conceptum, græca scilicet et palmyrena, supra speluncæ portam inscriptum, primus repperit et exscripsit M. Sobernheim, anno 1899.

Edidit sine delineatione M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 6, in *Beiträge zur Assyriologie*, t. IV, p. 210. — Inde *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 29. — De titulo egit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 199. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1650.

Titulus græcus supra palmyrenum quatuor versibus inscriptus est; eum sic legit Sobernheim :

1 Συμώνης Φειλᾶ τοῦ Συμώνου
2 τοῦ Μοφλέου τὸν ταφεῶνα
3 κατεσκεύασεν εἰς τειμὴν Φειλᾶ
4 τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· ἔτους ϛκυ'.

Palmyrenum textum transcripsit et edidit hunc in modum :

1 בת קבורא דנה עבד שמעון בר פילא
2 בר שמעון מפל[יס] לה ולבנוהי
3 ליקר פילא אבוהי די עלמא בשנת 426

1 *Sepulturam hanc fecit Šim'ôn, filius Phîlâ,*
2 *filii Šim'ôn (filii?) Mophl[iu?], sibi et filiis suis,*
3 *in honorem æternum Phîlâ, patris sui; anno* CCCCXXVI.

V. 1. בת קבורא «domus (i. e. locus) sepulturæ», sepulcrum; בית מקברתא, in quodam titulo Edesseno (*Z.D.M.G.*, t. XXXVI, p. 164) et sæpius apud scriptores Syros; in plur. num. בית מקברתא «cœmeterium». Cf. בת מקברתא, infra, sub n° 4170. — פילא «elephas»; ita Sobernheim. Lidzbarski autem conjicit nomen coarctatum e פלינא, Φιλεῖνος (n° 3944).

V. 2. מפליס. Sic legit editor; sed cum duæ litteræ ultimæ dubiæ sint, Lidzbarski, collato arabico مُفْلِح, conjecit מפלח; at exspectes מפלחו, monente Nöldeke (apud Lidzbarski, *Ephem.*, II, 123). Fortasse legendum מפליו e rad. פלא; vox enim non est græca; eam pro nomine habemus potius quam pro cognomine, cum textus græcus ferat τοῦ Μοφλέου, non τοῦ καὶ M. — ולבנוהי; emendavit Lidzbarski, apographo Sobernheimi usus.

Annus 426 initium habuit a kal. oct. anni p. Chr. 114.

4161

(Tab. XXXIII.)

Hyperthyride e loco amota. Titulus tabella inscriptus $0^m,50$ lata, $0^m,14$ alta. Tribus versibus constat, sed duo supremi partim evanuerunt. Lapidem, anno 1914, invenerunt rev. Jaussen et Savignac prope prætorium, humi jacentem. Ad ectypum quod sumpserunt imaginem tabula damus.

Hæc in ectypo dispicere licet :



Et sic complenda videntur :

[קברא ד]נה [עב]ד נשא ובו[נא בנ]י
נשא בר תימ[א להון ולב]ניהון
בירח ניסן שנת 426

Sepulcrum hoc fecerunt Nesê et Bô[nnê fi]lii
Nesê, filii Taim[ê, sibi et] filiis suis.
Mense Nîsan anni CCCCXXVI.

V. 1. [בו[נא : nomen restituimus e vestigiis.
Titulus erectus mense aprili anni p. Chr. 115.

4162

(Tab. XXXIII.)

In regione septentrionali occidentem versus, quinquaginta passus ultra murum civitatis. Hyperthyrium humi jacens inter rudera turris, in partes fractum. Titulus bilinguis. Primus invenit H. Waddington et inscriptionis relliquias exscripsit. Anno 1914 nonnisi partem dexteram, 0^m,55 longam, reppererunt rev. Jaussen et Savignac. Ad ectypum quod fecerunt imaginem tabula damus.

Hæc descripsit Waddington :

ΠΟΠΛΙΟCΑΙΛΙΟCΟΒΑΙΑΝ ... ΥΝΟΥΡΒΗΛΟΥΤΟΜΝΗΜЄΙΟΝЄ ...
CЄΝΚΑΙΑΦΙЄΡѠCЄΝ ... ΟΙCЄΤΟΥCΘ̄Κ̄Ῡ ΜΗΝΟCΞΑΝΔ ...



Et ita restituit græcum :

Πόπλιος Αἴλιος Ὀϐαιαν[ός .... το]ῦ Νουρϐήλου τὸ μνημεῖον ἔ[κτι-]
σεν καὶ ἀφιέρωσεν [ἑαυτῷ καὶ τοῖς υἱ]οῖς· ἔτους θκυ' μηνὸς Ξανδ[ικοῦ].

Palmyrenum restitue et verte :

[קבר]א דנה בנא ואקדש אבי...

[Sepul]crum hoc ædificavit et consecravit 'Obai[anus . . . . . .]

Textum græcum edidit Waddington sub n° 2616; ubi hæc adnotavit : «Au-dessus du grec il y a quatre lignes de palmyrénien dont je n'ai pu copier que quelques lettres.» Quæ per lapsum dicta sunt, nam in enchiridio suo scripsit ad fragmentum dexterum nostri tituli : «Quatre lignes de palmyrénien au-dessous; belle inscription, mais il faudrait pouvoir soulever la pierre.» V. 2, conjectura Waddingtoni non omnino placet, nam in similibus titulis ante *υἱός* rarissime articulum ponunt. Melius restituendum *αὐτῷ καὶ υἱοῖς καὶ υἱωνοῖς*; immo, addere licet *καὶ ἐγγόνοις*, si Nurbelus fuerit auctoris proavus.

Quattuor versibus constitisse titulum palmyrenum parum probabile, sed uno vel duobus absolutum fuisse censemus. Verisimiliter reliqua ad novum cujusdam concessionis titulum pertinent.

אקדש, *ἀφιέρωσε*; conjugatio causativa verbi קדש. — אבי..., primæ litteræ nominis quod respondet græco Ὀϐαιαν[ός]; in titulis safaiticis scriptum est אבין (Dussaud, *Mission*, n^{is} 244, 525, etc.). Hinc restitutio græci Ὀϐαιδνης non minus probabilis quam Ὀϐαιανός. Vocales deminutivum innuunt.

Erectus est titulus mense aprili anni p. Chr. 118.

4163

(Tab. XXXIII.)

Tabula lapidea a parte suprema mutila, $0^m,40$ lata, alta nunc $0^m,20$. Bilingui titulo insignita fuit, sed textus græcus periit fere totus. E quodam sepulcro amotus, lapis jacebat anno 1914 in aula domus intra peribolum magni templi exstructæ. Eam reppererunt rev. Jaussen et Savignac. Ad ectypum quod fecerunt imaginem tabula damus.

E titulo græco, supra palmyrenum exarato, hæc supersunt :

[illegible]ΑΥΤΟΙCΚΑΙΥΙΟΙCΑΙΥ	. . . . . ἑ]αυτοῖς καὶ υἱοῖς (κ)αὶ υ-
ΙΩΝΟΙCΕΙCΤΟΝΑΠΑΝΤΑΧΡΟΝΟΝ	ἱωνοῖς εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον.



בירח אדר שנת 430 בת	1	*Mense Adar anni* CCCCXXX. *Domum*
קבורא דנה עבדו ברעא וברפא	2	*sepulturæ hanc fecerunt Berʿâ et Borrephâ*
בני רבאל בר ברעא להון ולבני	3	*filii Rabêl, filii Berʿâ, sibi, et filiis*
הן ולבני בניהון ליקרהון די עלמ[א]	4	*suis et nepotibus suis, in honorem eorum æternum.*

Prioris versus græci litteræ fractura dimidiatæ sunt. — *ἅπας χρόνος* respondet palmyreno די עלמא בת קבורא; vide sub n° 4160.

Ultima vox scripta videtur עלם; sed fortasse א in margine exaratum est.

Erectus est titulus mense martio anni p. Chr. 119

4164

Vogüé, 31.

(Tab. XXX.)

Regione dicta *Wâdî el-Qebûr*. Titulus hyperthyride sepulcri in speciem quadratæ turris ($7^m,25 \times 7^m,70$) ædificati. Uno versu, $1^m,98$ longo, exaratus est. Repperit et delineavit H. Waddington. Ectypum sumpsit rev. Jaussen, ad quod effictam imaginem tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 31. — Repetiit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsemitischen Epigraphik*, p. 479, n° 6 (tab. XL, 12).



נפשא דה די בנא מקימו בר זבידא בר ירחי די מן בני חטרי לה ולבנוהי ולבניבנוהי ליקרהון
לעלמא בירח כנון שנת 440

Monumentum hoc (illud est) quod ædificavit Moqîmu, filius Zebîdâ, filii Iarḥai, e gente Ḥaṭræorum, sibi et filiis suis et nepotibus suis, in honorem eorum, in perpetuum; mense Kanun anni CCCCXXXX.

נפשא דה, cum pronomine femin. generis; sed cum masculino דנה sub n° 4210.

חטרי, hic nomen gentis; sed etiam alibi, ut pleraque gentilicia palmyrena, nomen viri. Deductum videtur e nomine urbis Mesopotamiæ Ḥaṭra, syr. ܚܛܪܐ, gr. τὰ Ἄτρα vel αἱ Ατραι, hodie الحضر, *el-Ḥaḍr*; sunt tamen et alia loca ejusdem nominis. Cf. nomen mulieris Ατρη (Wadd., 2434), quod tamen Lidzbarski (*Ephem.*, I, 329) ad nomen viri حَضَّرَة (*Qamûs*) refert.

Ejusdem stirpis fuisse quemdam חטרי בר ירחי, sub n^is 4483-4485 commemoratum, valde probabile est.

Titulus erectus mense novembri anni p. Chr. 128.

4165

Sobernheim (a), 5.

Regione civitatis australi occidentem versus. Titulum supra portam sepulcri inscriptum, anno 1899 repperit et exscripsit M. Sobernheim.

Edidit, sine apographo, M. Sobernheim. *Palmyrenische Inschriften*, n° 5, in *Beiträge zur Assyriologie*, t. IV. p. 210. — Inde *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 28. — De eo egit M. Lidzbarski. *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. I. p. 199. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1649.

1 בת קבורא דנה עבד חדו[דן] בר צפרי
2 ברעתה לה ולבנוהי ליקרהון די עלמא
3 בירח אב שנת 449

1 *Sepulturam hanc fecit Ḥaddu[dan], filius Ṣephpherai,*
2 *(filii) Bar'ateh, sibi et filiis suis, in honorem eorum æternum;*
3 *mense 'Ab anni* CCCCXXXXVIIII.

V. 1. חדון; edidit Sobernheim חדות, nomen hucusque inauditum in titulis nostris, quod e חדת deductum conjecit Lidzbarski; emendationem vere probabilem proposuit Chabot.

צפרי. rursum occurrit sub n° 4198: cf. צפרא sub n° 3950.

Titulus exaratus mense augusto anni p. Chr. 138.

4166

(Tab. XXXIV.)

Tabula lapidea alta $0^{m},18$, lata $0^{m},29$, adhibita in exstruendis subselliis in prætorio. Parata erat, protractis lineis, ut litteras grandiores ($0^{m},020$-$0^{m},025$) reciperet; sed inter lineas scriptura tenuior et minus elegans, nunc partim evanida, exarata est. Reppererunt anno 1914 rev. Jaussen et Savignac. Ad ectypum imaginem tabula damus; hic autem apographum subjicimus.



מערתא דה די בת	1	*Hypogeum hoc domus*
קבורא עבד מעיתו	2	*sepulturæ fecit Mo'itu*
בר חלפתא בר מ.... לה	3	*filius Ḥalaphtâ, filii M...., sibi*
ולבנוהי ולב[ני]בנוהי	4	*et filiis suis, et nepotibus suis*
לעלמא בירח [נ]י[ס]ן שנת	5	*in perpetuum. Mense Nisan anni*
450	6	*ccccl.*

Versus 3. Avi nomen fortasse sit מעיתו, etsi vestigia ultimorum signorum huic lectioni parum favere videntur. מעיתו : nomen nabatæum (*R.É.S.*, n° 85); cf. palmyr. מעיתי sub n° 3973.

חלפתא; cf. nom. Ἀλαφθά in titulo judæo Joppe reperto (*R.É.S.*, n° 585). — Adverte speciem litteræ פ a littera י vix diversæ.

Titulus erectus mense aprili anni p. Chr. 139.

4167

Sachau, 8.

(Tab. XXX.)

Regione australi orientem versus, inter rudera sepulcri jacet hyperthyrium mutilum a parte sinistra, $2^{m},30$ longum. Eo titulus bilinguis inscriptus est, textu græco duabus lineis, supra palmyre-

num, exarato. Invenit anno 1879 Ed. Sachau, et tituli palmyreni initium exscribere parum feliciter conatus est. Imaginem tabula damus ad ectypum effictam, quod anno 1914 nobis sumpserunt rev. Jaussen et Savignac.

Edidit Ed. Sachau, *Palmyrenische Inschriften*, n° 8, in ephemeride *Zeitsch. der deutsch. Morgenl. Gesellschaft*, t. XXXV [1881], p. 742. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1643. — Retractavit J.-B. Chabot, *Revue biblique*, 1920, p. 381.

Textum græcum, partim evanidum, vide in tabula nostra. Hanc proponimus restitutionem :

Μνημεῖον ταφεῶνο[ς ᾠκοδόμησεν κ]α[ὶ] ἀφιέ[ρωσεν κ]αὶ [. . . . . Λίσαμσος Νου]ρβήλου τοῦ Μο[κεί]μου [το]ῦ Ὀγήλου τοῦ Ἀκ-
κιμ[άλ]ου εἰ[ς τειμὴν] αὐτ[οῦ] τε καὶ Μάλχου υείοῦ α[ὐτο]ῦ κ[αὶ υ]ἱῶν α[ὐτῶ]ν καὶ ἐκγόνων· μηνὶ Δαισίῳ τοῦ δνυ' ἔτους.

Textus palmyreni versus prior, infra græcum inscriptus, sic se habet :



קברא דנה בנא לשמש בר נורבל בר מקימו בר ענילו אקמל ליקרה וליקר מלכו ברה ולבניהון ולבנא בניהון לעלמא בירח סיון

Sepulcrum hoc ædificavit Lišamš, filius Nurbêl, filii Moqîmu, filii 'Ogîlu, (filii) 'Aqqimal, in honorem suum et in honorem Maliku filii sui, et pro filiis eorum et pro nepotibus eorum in perpetuum. Mense Sîuan [anni CCCCLIIII].

אקמל, nomen vel cognomen; in græco Ἀκκιμ[άλ]ου (genit.). Alibi non invenimus.

נורבל : nitida scriptio; male נדרבל edidit Sachau.

ענילו : lectio certa; nomen עתילנא, aliunde ignotum, perperam hic legebat Sachau.

Suspicamur fascia inferiore hyperthyridis scriptum fuisse :

שנת ווווב—33ב—ווווו i. e. *annus CCCCLIIII.*

Titulus erectus est mense junio anni p. Chr. 143.

4168

Sobernheim (β), 46.

(Tab. XXIX.)

Regione dicta *Wadi el-Qebur*. Sepulcrum nunc ruinosum, olim duabus statuis magnis virorum recumbentium ornatum, quas adhuc anno 1853 vidit noster Vogüé; ipse descripsit initium tituli græci parte sinistra hyperthyridis humi jacentis exaratum; partem alteram, media valle, anno 1899

effodit Puchstein, totiusque tituli delineationem fecit Daniel Krencker, socius ejus. Ambo fragmenta bene coalescunt; longum est sinistrum $0^{m},87$, dexterum $1^{m},03$. Anno autem 1914 ectypa palmyreni textus sumpserunt rev. Jaussen et Savignac, ad quæ effictam imaginem tabula damus.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 46. — Vide etiam M. de Vogüé, *Bulletin archéol. de l'Athenæum français*, 1855, p. 58, et etiam *Syrie centrale. Inscript. palmyr.*, sub n° 1. — Waddington, n° 2617. — J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 16. — Ch. Clermont-Ganneau, *Épigraphie palmyrénienne* (*Rec. d'arch. orient.*, t. VII, p. 24). — M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. II, p. 305. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2153.

Ambo fragmenta sic se habent :



1 ΤΟΥΜΑΘΘΑЄΤΑΦΗΝΑΙΩΝΙΟΝΑΥΤΩΝΚΑΙΥΙΩΝΚΑΙЄΓΓΟΝΩΝЄΚΤΙCΑΝ

2 ΜΗΝΟCΞΑΝΔΙΚΟΥ

3 קברא דנה בת עלמא ואסטוא די קדמוהי בנו אעילמי וזבידא בני חירן בר מקימו בר חירן

4 מתא להון ולבניהון ולבני בניהון לעלמא

בירח ניסן שנת 460

Id est, restituto ordine :

1 *Ἀαιλάμεις καὶ Ζηνόβιος οἱ Αἰράνου Μοκίμου τοῦ Αἰράνου τοῦ Μαθθᾶ ⟨ε⟩ ταφὴν αἰώνιον αὐτῶν καὶ υἱῶν καὶ ἐγγόνων ἔκτισαν.*

2 *ἔτους [ξυ'] μηνὸς Ξανδικοῦ.*

3 *Sepulcrum istud, domum æternitatis, et porticum quæ est ante illud, ædificarunt A'ailamî et Zebîdâ, filii Ḥairan, filii Moqîmu, filii Ḥairan, (filii) Mattâ, sibi et filiis suis et nepotibus suis in perpetuum.*

4 *Mense Nisan anni* CCCCLX.

V. 3. אסטוא : vox græca *σίοά*. — Aælamis, frater natu major, is est cui senatus populusque anno p. Chr. 139 statuam erexerunt; vide sub n° 3930; cf. etiam n^um^ 4169, et stemma sub n° 4243 propositum. — זבידא, græce Ζηνόβιος, ut supra, sub n° 4003.

V. 4. מתא, græce Μαθθᾶ, in genit. casu, sub n° 3930; hic autem Krencker habet Μαθθαε; lectionem in Μαθθας mutavit Sobernheim; sed opinamur litteram ε lapsu perperam scriptam aut descriptam pro *εἰς*.

Titulus erectus mense aprili anni post Chr. 149.

4169

(Tab. XXXIV.)

Fragmentum lapidis $0^{m},76$ longum; fortasse ex sarcophago mutilo. Invenerunt anno 1914 rev. Jaussen et Savignac, in privata domo, prope magnum templum, adductum probabiliter e monumento ad quod pertinet titulus sub n° 4168 editus. Ad ectypum imaginem tabula damus.



בר זבידא בר חירן מתא די בנא אבוהי קברא דנה....

... filius Zebîdâ, filii Ḥairan (filii) Mattâ, cujus pater ædificavit hoc sepulcrum.

זבידא : Zebida filius Hærani, qui cum fratre Aælami sepulcrum condidit (n° 4168); hic Matthæ, ibi autem Mocimi nepos dicitur, sive quia genealogia non integra traditur, sive quia nomen מתא, gentilicii instar, omnes posteri sibi adsciverunt. Alia exempla vide sub n^{is} 4132, 4287, etc.

אבוהי, «pater ejus», auctoris nempe, non autem Matthæ. Hinc vides unum tantum nomen ab initio excidisse.

Auctor fortasse sit Βωλανός nostri Zebidæ filius, curator fontis Ephcæ, qui aram dedicavit anno p. Chr. 162, ut nos docet titulus græcus prope fontem repertus (Wadd., 2571*c*. Vide Append. I, et genealogiam sub n° 4243).

4170

Vogüé, 64.

(Tab. XXXII.)

Media valle *Wadi el-Qebur* dicta. Titulus inscriptus hyperthyride $2^{m},23$ longa in duas partes fracta, humi jacente haud procul ab illa cui incisus est titulus sub n° 4192 editus. In fragmento dextero scriptura integra servata est; in sinistro, versus superior lacuna $0^{m},40$ extensa vitiatus est et litteræ circiter duodecim exciderunt. Repperit et delineavit H. Waddington. Ad ectypum quod sumpserunt rev. Jaussen et Savignac imaginem tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 64. — Vide etiam Th. Nöldeke, *Zeitsch. der deutschen Morgenl. Gesellschaft*, t. XXIV, p. 99, 106.

בת מקברתא דה בנא זבידא בר מקימו זבידא .....ם לה ולבנוהי ולבנא בנוהי

לעלמא בירח כנון שנת 461

1 *Domum sepulturæ hanc ædificavit Zebîdâ, filius Moqîmu, (filii) Zebîdâ, ...; sibi et filiis suis et nepotibus suis*

2 *in æternum; mense Kanun anni* CCCCLXI.

בת מקברתא; alibi eodem sensu בת קבורא, vide sub n° 4160. מקברתא, vox in usu etiam apud Nabatæos (supra, sub n° 196). — דה, pronomen femininum; quia, ut recte monuit Nöldeke, compositis hujusmodi unam censebant Palmyreni constitui vocem ejusdem generis ac alterum elementum; item apud Syros scriptores ܒܝܬ ܫܒܬܐ «synagoga», ܣܝܡ ܐܝܕܐ «subscriptio», voces feminini generis existimantur.

Titulus erectus mense novembri anni p. Chr. 149.

4171-4175

(Tab. XXXI.)

Regione australi occidentem versus, famosa est apud loci incolas spelunca quam vocant *Maghârat el-Djedideh* (prope turrim quam appellant *Abû Suḥeil*), de qua jam anno 1895, in opere Hafniæ edito, cui titulus *Historisk-topografiske Bidrag til Kendskabet til den syriske Oerken*, loquutus est Dr. von Oestrup. Est autem hypogeum spatiosum, cujus conclave intimius summa munificentia egregiis picturis decoratum est. Hoc sepulcrum, jam a sæculis pessime direptum, verno tempore anni 1899 visitavit Mauricius Sobernheim et nonnullas inscriptiones muris trullissatione instructis colore depictas exscripsit; ejus in itinere socius R. Otzen, Berolinensis, fallacem ichnographiam delineavit. Anno sequenti, moscovitæ Instituti archæologici, quod Constantinopoli sedem habet, sodales hypogeum sedulo explorarunt, novam ichnographiam fecerunt, picturas accurate delinearunt aut photographice expresserunt, magis tamen de re architectonica quam de epigraphia solliciti. Fructus laboris exposuit B. Farmakowsky in opella inscripta Живопись въ Пальмиры (gallice : *La peinture à Palmyre*), vulgata in Отдѣльный оттискъ изъ Извѣстія Русскаго Археологическаго Института въ Константинополѣ (*Bulletin de l'Institut archéologique russe à Constantinople*, anno 1903, t. VIII, p. 172-198, tabulis XXII-XXVII; cf. etiam t. VII, p. 123 et seq.). De arte picturarum jam disseruerat J. Strzygowski in libro inscripto *Orient oder Rom* (Leipzig, 1901), p. 11 et seq. Anno autem 1901, cum Palmyram se contulisset moscovitæ consulis Hierosolymis agentis interpres, Khûry nomine, rursum hypogeum visitavit et cum rudera quibus ostium excæcatum erat amovisset, apparuerunt hyperthyride inscripti tituli. Ectypa expressit, et etiam delineationes inscriptionum fecit; quæ transmissa sunt Petropolim eruditissimo viro Paulo Kokowzoff. Hujus autem curis, cum docta commentatione, propalam venerunt in duobus operibus infra laudandis.

Quattuor inscriptiones fronti monumenti exaratæ, repertæ sunt. Tres una supra alteram, longissimis lineis, summa cura hyperthyride insculptæ sunt; quarta autem minoribus litteris poste sinistro post annos addita est. Quintam etiam a latere postis dexteri incisam invenerunt. Eas ex ordine chronologico exponemus. Ectypa sua, qua humanitate est, Paulus Kokowzoff nobiscum communicavit. Nuper autem egregiam imaginem photographicam expressit rev. Savignac, quam tabula damus. Alios titulos adhuc latere aut periisse certum est. Verum, cum inscriptionum textus

non intellectu facilis sit nisi cui hypogei habitus bene notus fuerit, ichnographiam oculis subjicere opportunum ducimus. Ea est quam Savignac nobis fecit.

Titulos edidit Paulus Kokowzoff, in opusculo moscovita lingua inscripto Новыя арамейскія надписи изъ Пальмиры, seu gallice : *Nouvelles inscriptions araméennes de Palmyre*, in supra laudata ephemeride Instituti Constantinopolitani, anno 1903, t. VIII, p. 302-329. — De ipsis egit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. II, p. 269-276. — Fusius retractavit ipse Kokowzoff, anno 1908, in opella inscripta Къ пальмирской археологіи и эпиграфикѣ (*Contribution à l'archéologie et à l'épigraphie palmyréniennes*), in eodem diario, t. XIII, p. 277 et seq. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n^is 1041-1045.



Ichnographia sepulcri *Maghârat el-Djedideh* vulgo dicti.



Sectiones perpendiculares in lineas XX' et ZZ'.

(Impressum mense augusto anni 1925.)

4171

Kokowzoff (α), 2.

Titulus supra portam sepulcri exaratus. Tribus constat lineis, circiter 1m,60 extensis. Quanquam ceteris est antiquior, non supremum, sed medium tenet locum; fascia ad scripturam recipiendam aptiore primum usi sunt. In situ.

Textum et transcriptionem p. 284-285 videas. Translatio autem hæc est :

1 *Naʿmʿaîn et Malé et Ṣaʿedî (tres) filii Ṣaʿedi, filii Malé, qui foderunt hypogeum hoc et ædificarunt, concesserunt* τῷ *Ḥaddudan, filio Šalman, filii Zabdibôl, loculos quattuor e*

2 *pariete occidentali exedræ australis, qui sunt post loculos duos priores, et parietem integrum obvium ad austrum ejusdem exedræ,*

3 *in quo est series loculorum quattuor; ei, et filiis ejus, et nepotibus ejus, in perpetuum. Mense Tišrî anni* CCCCLXXII.

V. 1. נעמעין : vox non est aramaica, sed fortasse arabica; interpretanda videtur נעמדעין «delectatio oculorum». Contulit Kokowzoff nomen punicum נעמפעם; adde gallicum *Belœil*. Cf. etiam nom. femin. נעמי (infra, sub n° 4268).

צעדי, græce, genit. casu, Σαεδεῖ, sub n° 4187. Id nomen, sub n° 4175 scriptum est שעדי. Inde difficultas interpretandi, cum ad utramque radicem צעד, arab. صَعِدَ, et שעד, arab. سَعَدَ, referri possit. Adverte שעד, tum in nabatæis tum in palmyrenis titulis, plura nomina efformare : שעדא, שעדו, שעדי, שעדאלהי, שעדלת. Sed צעד in nabatæis inscriptionibus non nisi semel, in צעדאל, inventum est; in palmyrenis autem, non nisi in hoc nomine צעדי, at in novem titulis (nis 4171-4173, 4176, 4184, 4187-4190). Ægre concedendum ubique nomen scriptum esse pro שעדי, maxime cum transcriptio græca Σαδαῖος (Wadd., 2197; cf. Clermont-Ganneau, *Rec.*, IV, 131), quæ optime respondet nomini שעדי, alia sit ac transcriptio nominis צעדי = Σαεδεῖς.

גמחא (sæpe גומחא; plur. גומחין et גומחיא); apud Nabatæos גוחא (plur. גוחין et גוחיא); apud Babylonios *kimaḫu* «sepulcrum» (Guyard, *Journ. asiat.*, 1880, I, p. 514). De hac voce fuse et docte disseruerunt Th. Nöldeke et G. Hoffmann, occasione tituli sub n° 4195 editi; vide ibidem. In nostris titulis vox designat, non loculum angustum quo unus defunctus deponebatur, sed, ut apparet e contextu, portionem quamdam parietis in qua sex sepulturæ, una supra aliam, excavatæ erant. Cf. num 4175, v. 7.

V. 2. שטרא : scriptio minus recta, pro סטרא «murus, paries». — אכסדרא, vox græca ἐξέδρα. Apud Palmyrenos sive masculino genere, sive rectius feminino adhibetur; masculino hic et sub n° 4172, feminino nis 4173, 4175. Exedra «australis» ea est quæ littera *B* in ichnographia signatur; «paries occidentalis», is cui apponuntur ni 19, 20, 21. — הנן pron. pers. mascul. plur.; syr. ܗܢܘܢ; sing. הו. Pro more aramaicæ linguæ, vim verbi substantivi obtinet.

בתר תרן קדמין : «post duos primos»; hinc conjicere licet, saltem tempore quo exarabatur titulus, sex tantum loculos in pariete fuisse; nam quattuor qui conceduntur ultimos esse testantur inscriptiones ibidem repertæ (cf. num 4183).

דידה די, «ipsius». Pronomen possessivum דיד, eodem sensu ac syr. ܕܝܠ, occurrit in Talmudis et in targumis hierosolymitanis (cf. Nöldeke, *Mandäische Grammatik*, p. 332, n. 2). — אכשדרא : scriptio minus recta, pro אכסדרא, ut supra שטרא pro סטרא.

V. 3. מכסיס, vox græca τάξις. — גמחין ארבעא «loculi quattuor», qui numeris 15-18 signati sunt in ichnographia (cf. num 4183).

לבנוה : adverte suffixum masculinum וה; rectius והי in titulo sequenti.

Titulus erectus est mense octobri anni p. Chr. 160.

4172

Kokowzoff (α), 1.

Supra portam ejusdem sepulcri, supremo loco. Longissima linea $1^{m},82$ extensa est. In situ. Hujus tituli duplicem habes imaginem eadem tabula XXXI.

Textum et transcriptionem p. 284-285 quæras; accipe versionem :

1 *Naʿmʿaîn et Malê et Ṣaʿedî, filii Ṣaʿedî, filii Malê, filii Ṣaʿedî, qui foderunt hoc hypogeum, concesserunt τῷ ʿAbdṣayarâ, liberto τοῦ ʿAtʿaqab, filii Rephabôl, exedram septentrionalem, quæ obvia est*

2 *ad dexteram ei qui ingreditur ostium ad dexteram, in qua loculi inveniuntur viginti, et loculos quattuor qui sunt extra cameram ad dexteram tuam cum ingrederis ostium* (. . . . .) *duos proximos suturæ;*

3 *ei, et filiis ejus, et nepotibus ejus maribus, in honorem eorum æternum; mense Kanun anni* CCCCLXXII.

V. 1. בר צעדי : nomen proavi, in ceteris titulis omissum. — עבדצירא, lectio fere certa ab ectypo. Vir erat servilis conditionis, et eum habuisse peregrinum nomen non est mirum. Voce צירא numen quoddam ignotum designari probabile est, tamen non omnino certum; cum sciamus apud Nabatæos עבד præponi etiam nominibus propriis virorum, maxime regum. צירא, aramaice est «pictor». — עתעקב, fortasse is qui commemoratus est sub n° 4203. — רפבול, gr. Ῥεφάβωλος; vide ibidem.

אכסדרא סמליא; ad litteram «exedra sinistra»; sed hic voce «sinistra» regionem septentrionalem designari e contextu liquet. Qui ad orientem respicit, septentrionem ad sinistram, austrum ad dexteram habet. Agitur de conclavi littera *A* signato in ichnographia.

פנא : participium; plur. פנן (v. 2). In his titulis verbo פנא peculiarem inesse significationem, nempe «obviam esse, occurrere, adesse», contextus ostendit.

V. 2. על ימינא : voces pleonastice adhibentur. — כפתא, proprie «arcus, fornix», gr. *καμάρα*, *ψαλίς*, vide sub nis 3912, 4187; hic autem, et sub n° 4194, idem significat ac אכסדרא.

מעל לבא על ימינך : hæc locutio, situm definit vel cameræ vel loculorum. Si ad cameram referimus has voces, sensus erit «extra cameram ad dexteram ingressus», ita ut per pleonasmum iterum designetur conclave *A*; si autem, ut opinamur, ad loculos referendæ sunt, eos tantum designare possunt qui in pariete septentrionali conclavis *C* excavati erant.

Quæ sequuntur perobscura sunt : connexio vocis תרן cum antecedentibus non deprehenditur; vix dubium est quin aliquid omissum sit; conjecit Kokowzoff בתר תרן «post duos» (cf. ברת תרן קדמין, sub n° 4171); sed et aliæ conjecturæ proferri possunt, v. gr. תרן[ו] [«et] duos» proximos, vel תרן . . . . . ו[תרן] [«duos» in tali parte «et] duos proximos»; cf. sub n° 4195.

מולן תופרא; cf. עקר תופרא, infra, sub n° 4173, et די מן עקר תופרא, sub n° 4174. Sensum harum vocum hucusque nemo assecutus est. Kokowzoff valde dubitans תופרא contulit ad græcum *εἰδοφόρος* «sarcophagus» (sine jure, ut videtur), et עקר ad præpositionem עקארי «juxta», in dialecto mandaica. Sunt voces technicæ quæ conditionem quamdam loculorum vel parietum significant. עקר «radix», vox est semitica : ergo probabilius et תופרא et מולן. Vox תופרא e verbo תפר «consuit» recte deducitur; sensus erit «sutura» : qua voce utimur in versione, parati aptiorem substituere, si quis invenerit. מולן fortasse sit participium plurale, componendum ad arab. وَلِيَ «propinquum esse». — Id unum affirmare licet, loculos nempe, qui his vocibus definiuntur, in utroque pariete conclavis *C* sitos fuisse. Conjicimus תופרא designare ipsum conclave *C*, et עקר תופרא significare ejus intimam partem, ubi parastatæ duo, hinc inde, parvo muro (*E*) interjecto, illud separant a conclavi *D*; cf. sub n° 4194. — Lidzbarski, collato arabico وفر, proposuit lectionem עִקַּר תּוֹפָרָא quam germanice vertit «als Wurzel des Wachstums».

V. 3. דכריא «mares»; nonnisi hæredibus masculis jus possidendi partem concessam transmittendum erat; probabiliter ex voluntate Abdsayaræ, nam mulierem Batmalku nomine, e familia concedentium, partes quasdam sepulcri possedisse novimus (cf. sub n° 4175).

Titulus erectus mense novembri anni p. Chr. 160.







עבדצירא בר חרי עתעקב בר רפבול מן אכסדרא סמליא די הו פנא

א די לבר מן כפתא מעל בבא על ימינך תרן די מולן תופרא

חדודן בר שלמן בר זבדבול מן גמחין ארבעא מן

כלה מקבלא תימניא דידה די אכשדרא

שנת 472

עגילו בר מלכו מן סטרא מדנחיא די אכסדרא ×

מעליך על שמלא עקר תופרא לה ולבנוהי ולבני

אלן די חפר וצבת מערתא דה







1 נעמעין ומלא וצעדי בני צעדי בר מלא בר צעדי די חפר מערו

2 לימינא די הו מעל בבא על ימינא די בה גומחין פנן עסרין ומן 4172

3 לה ולבנוהי ולבני בנוהי דכריא ליקרהון די עלמא בירח כנון ד

1 נעמעין ומלא וצעדי בני צעדי בר מלא אלן די חפר מערתא ד

2 שטרא מערביא די אכסדרא תימניא די הנן בתר נמחין תרן קדמ 4171

3 די בה טכסיס די נמחין ארבעא לה ולבנוה ולבניבנוה לעלמא

1 בירח איר שנת חמשמאה ותרתן זבדבול בר כפתות בר ברא רחק ל

2 תימניתא די בה טכסיס די נמחין תמניא ימן נמחין אחרנין 4173

3 בנוהי לעלמא די רחק לה לזבדבול דנה נעמעין ומלא וצע

4173

Kokowzoff (α), 3.

Supra portam, infra duos titulos modo expositos. Versus longissimus, in margine incipiens, 1m,70 extensus est. In situ.

Textus et transcriptio p. 284-285 traduntur; hic versionem proponimus :

1 *Mense 'Iîar anni quingentesimi secundi, Zabdibôl, filius Kiphtôt, filii Barê, concessit τῷ Narqaios, liberto ʿOgîlu, filii Maliku, parietem orientalem exedræ*

2 *australis, in quo est series loculorum octo, et etiam loculos alios tres, qui sunt, cum ingrederis, ad sinistram, in ima sutura (?); ei, et filiis ejus, et nepo-*

3 *tibus ejus, in perpetuum; quos huic Zabdibôl, concesserant Naʿmʿaîn et Malê et Ṣaʿedî, filii Ṣaʿedî, illi qui foderunt et decoraverunt hoc hypogeum.*

V. 1. Epocha respondet mensi maio anni p. Chr. 191.

כפתות; nomen nitide exaratum; conjiciunt Kokowzoff et Lidzbarski ita quoque legendum esse sub n° 4115, pro כיתות, sed inaniter; vide quæ ibi diximus. — ברא; nomen alibi non invenimus; fortasse coarctatum est e longiori nomine, v. gr. ברעתא, ברעא; fortasse etiam sit vox «filius» in statu emphatico; recordare vocabula אבא «pater», אחא «soror», etc., tanquam nomina propria usurpari in nostris titulis. — נרקים, nomen græcum Ναρκαῖος. Jam invenimus sub n° 3996.

Sub finem, signum decussatum ad explendam lineam; vides hujusmodi signa quandoque apponi inter voces arctissima syntaxi connexas.

V. 2. תימניתא : exedra «australis», quæ littera *B* signata est in ichnographia. — גמחין תמניא «loculi octo», e quibus quattuor, post duos menses, retrocessit Narcæus Simeoni; vide sub n° 4174.

ימן; corrige ומן. — שמלא «sinistra». Utraque scriptio שמלא, סמלא, occurrit etiam in libris talmudicis et targumicis : hæc tamen frequentior; cf. סמליא, sub n° 4172.

עקר תופרא, recole dicta sub n° 4172. Evidens est tres loculos de quibus agitur nonnisi in pariete australi conclavis *C* collocandos esse. Ex eis duo retrocessit Narcæus Simeoni (n° 4174); nomen autem Simeonis inscriptum est ultimis hujus conclavis loculis (in ichnographia nis 22-24); unde conjicere licet vocibus עקר תופרא intimam partem conclavis designatam fuisse; id tamen non omnino certum est, cum inscriptiones primorum loculorum perierint.

V. 3. די רחק לה «quos concesserant ei» : hujus concessionis titulus non repertus est.

4174

Kokowzoff (α), 5.

Titulus fronti monumenti inscriptus, poste sinistro. Imaginem photographicam expressit rev. Savignac, quam tabula damus. In situ.





Sic transcribendus et vertendus est titulus :

נרקיס בר חרי עגילו רחק	1	*Narqaios, libertus ʿOgîlu, concessit*
לשמעון בר אבא בר חנינא מן	2	*τῷ Šimʿôn, filio ʾAbbâ, filii Ḥanînâ,*
גומחין ארבעא נויין תימניין די בסטרא	3	*loculos quattuor interiores australes qui (sunt) in pariete*
מדנחיא (די) אכסדרא די מעל מערתא דה	4	*orientali exedræ quæ (est) ad ingressum hypogei hujus*
על סמלך ומן גומחין תרן די מן עקר	5	*ad sinistram tuam, et loculos duos ex intima*
תופרא דכן לה ולבנוהי ולבני בנוהי	6	*sutura ista (?); ei, et filiis ejus, et nepotibus ejus,*
ליקרהון די עלמא בירח קנין שנת	7	*in honorem eorum æternum; mense Qenîan anni*
חמש מאה ותרתן	8	*quingentesimi secundi.*

V. 1. נרקיס : is cui concessa fuit pars sepulcri; vide sub n° 4173.

V. 2. שמעון : rursum commemoratur sub n[is] 4179, 4180. Virum judæum fuisse ostendit genealogia; שמעון, אבא, חנינא, nomina sunt judaica eo tempore usitatissima.

V. 3. גויין תימניין «interiores australes». Octo loculi erant in pariete conclavis *B*, quem integrum acquisivit Narcæus; ex eis quattuor retrocedit, n[is] 11-14 in ichnographia signatos. Cf. n[um] 4182.

V. 4. די certo reponendum ante אכסדרא, et probabilius delendum post hanc vocem.

V. 5. תרן די מן עקר תופרא; duo nempe ex tribus Narcæo concessis in parte monumenti vocibus עקר תופרא designata (cf. sub n° 4172).

V. 6. דכן : forma est pronominis demonstr., usu biblico (*Dan.*, II, 31, VII, 20) et targumico probata; ratio tamen hujus pronominis hoc in loco minus bene intellegitur; malimus הנן.

Titulus erectus mense julio anni p. Chr. 191.

4175

Kokowzoff (α), 4.

Titulus dextero ejusdem portæ posti a latere inscriptus; altus est o[m],33, latus o[m] 34. In situ. Ad ectypum imaginem tabula damus.

Sic legendus, transcribendus et vertendus est :



1	בירח אלול שנת 552	*Mense 'Elul anni* DLII.
2	יוליא אורליא בתמלכו ברת	*Julia Aurelia Batmalku, filia*
3	זבדבול בר שעדי רחקת ליוליס	*Zabdibôl, filii Ša'edî, concessit Julio*
4	אורליס מלא בר ידעו בר ידיעבל	*Aurelio Malê, filio Iad'u, filii Iedî'bêl,*
5	מן גומחין ארבעא די בסטרא	*loculos quattuor qui (sunt) in pariete*
6	שמליא בתר אכסדרא מקבל-	*septentrionali, post exedram obviam*
7	תא מערביתא די אית בגומחא	*occidentalem, ubi sunt in (unoquoque) loculo*
8	מקברן שת לה ולבנוהו ולב-	*sepulturæ sex; ei, et filiis ejus et ne-*
9	ני בנוה לעלמא	*potibus ejus, in perpetuum.*

V. 1. Mensis Elul anni 552 respondet septembri anni p. Chr. 241.

V. 2. בתמלכו, nomen nitide scriptum; cf. sub n° 4176. Quod ad formam attinet, vide sub n° 3947. — שעדי : sic semel, alias צעדי; vide sub n° 4171.

V. 4. ידעו : nomen coarctatum videtur e ידיעבל; cf. nom. hebr. יְדַע (I *Chron.*, II, 28) et יְדַעְיָה (I *Chron.*, IX, 10).

V. 6. שמליא. J. Aur. Males quattuor habuit loculos in pariete «sinistro» conclavis *D*, ut testantur inscriptiones (nis 27-29 in ichnographia); sed adverte in nostris titulis conclavia et parietes semper designari e regionibus cœli, voces autem «sinistram» et «dexteram» non adhiberi nisi respectu ingredientis sepulcrum. Hic igitur (ut supra, sub n° 4172, סמליא) vox שמליא vertenda est «septentrionalis». Scrutanti solos hujus monumenti textus, loculi concessi videbuntur esse illi quattuor quibus inscriptum est nomen Batmalku, mulieris eos concedentis (nis 1-4 in ichnographia), et qui revera sunt «post exedram obviam occidentalem» בתר אכסדרא מקבלתא מערביתא, si his vocibus conclave *C* designatur, et ita evanescit conjectura nostra de sensu vocis תופרא; sed quin huic interpretationi assentiamur duo obstant : unum, quod his loculis nomen Malis non est adscriptum; alterum, quod sub nis 4194, 4195, 4199, in monumentis dispositione nostro similibus, voces אכסדרא מקבלא designant conclave *D*. Censemus ergo quattuor loculos eos esse qui in ichnographia nis 6-9 signati sunt,

quibus revera nomen Malis inscriptum est (cf. n^{um} 4181). Sane, usus præpos. בתר mirus nobis apparet, sed vox intellegenda est respectu ipsius conclavis *D* quod erat in possessione concedentis.

V. 7. בגומחא, sensus sine dubio est «in singulis loculis». — מקברן «sepulturæ»; substantivum femin. gen. et num. plur. Sing. mascul. מקברא, occurrit in titulo nabatæo (*R.É.S.*, n° 805), feminin. מקברתא, stat. constr. מקברת, habemus supra, sub n^{is} 196, 181; cf. etiam in palmyr. בת מקברתא sub n° 4170.

V. 8. לבנוהו; sic in lapide; sed ו ultimum, lapsu scriptum, delendum est (cf. sub n° 4171, v. 3), aut in י mutandum.

4176-4186

Sub his numeris damus inscriptiones internis parietibus ejusdem sepulcri exaratas, quæ repertæ sunt. Nonnullas anno 1899, ut supra diximus, delineavit Mauricius Sobernheim; quonam conclavi et pariete singulæ occurrant notare conatus est; verumtamen, collatis ceterorum descriptionibus eum hac in re non semel erravisse comperimus. Cujusque tituli locum accurate indicavit rev. Savignac in sua ichnographia. Adverte hos titulos non esse epitaphia, sed jus possessionis auctoribus vindicare.

Quos invenerat titulos edidit, omissis plerumque apographis, M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, in *Beiträge zur Assyriol.*, t. IV, p. 216-219. — Retractavit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. I, p. 203-205; cf. etiam, t. II, p. 275. — *Rép. d'épigr. sém.*, n^{is} 31-39.

4176. — Sobernheim (α), 8 d, 8 d^{3}, 8 e.

Pariete septentrionali conclavis *D*, occurrunt crassioribus litteris, rubro colore, rectis lineis depictæ inscriptiones quattuor, seu potius inscriptio eadem quater repetita. Notatæ sunt in ichnographia n^{is} 1, 2, 3, 4.

A (n° 1). — Inscriptio duabus lineis exarata, nunc fere deleta. Eadem nomina quæ in vicino titulo.

B (n° 2). — Inscriptio tribus lineis exarata et paullo melius servata. Descripsit Sobernheim (8 d). Exhibetur apud Strzygowski, p. 15, a latere tabulæ sinistro. Apographum subjicimus ad imaginem quam expressit Savignac delineatum.

Edidit, sine apographo, M. Sobernheim, *op. cit.*, p. 217. — Retractavit J.-B. Chabot, *Notes d'épigr. et d'archéol. orient.*, sub n° 34. — Animadversionem minime aptam protulit S. Frænkel, *Journ. asiat.*, 1901, I, p. 191. — *Rép. d'épigr. sém.*, n^{is} 34, 35. — M. Lidzbarski, *Ephem.*, t. I, p. 204; t. II, p. 80, 275.



1 בתמלכו בת זבדבול

2 בר זבדבול בר צעדי

3 ורשתא די ביתא ומערתא

1 *Batmalku, filia Zabdibôl,*
2 *filii Zabdibôl, filii Ṣa'edi,*
3 *hæres domus et hypogei.*

V. 1. בתמלכו: illa sane quæ commemoratur sub n° 4175. Illic autem nomen nitide בתמלכו scriptum est; non ergo audiendus Lidzbarski, qui hic בתמלכי legendum esse contendit.

V. 3. ורשתא; «hæres». Exspectes יריתא, partic. pass. fem. verbi ירת «hæreditate accepit»; masculin. יריה, sensu activo in libris targumicis sæpe occurrit, apud Syros rarissime (*Thes. syr.*, col. 1634); sed lectio ורשתא contemnenda non est; cf. arab. ورث, hebr. יָרַשׁ, eodem sensu. Lidzbarski, etsi non omnino respuit lectionem ירשתא «hæres», mavult tamen legere רשתא «domina», cum qua lectione minus bene congruit ו copulativum. Absonam interpretationem proposuit Frænkel legens

(impressum mense augusto anni 1925.)

דשתא, pro דשא «porta». Quæcumque est genuina lectio, eam «hæredem» significare, ut suspicatus est Clermont-Ganneau, nobis indubium est. — ביתא est «domus» sepulcralis.

C (n° 3). — Descripsit Sobernheim (8d³). Exhibetur apud Strzygowski, p. 15, a latere tabulæ dextero; nunc fere evanida est, teste Savignac. Repetitio ejusdem tituli, duabus lineis, vocibus in duas columnas sic dispertitis :

בתמלכו בת זבדבול ורשתא
בר זבדבול בר צעדי די ביתא ומערתא

D (n° 4). — Titulus, fracto lapide, periit. Duabus lineis constabat.

E. — In imagine photographica quam expressit Savignac, infra inscriptionem B (n° 2) has litteras dispicere licet :

[illegible]ל בר צעד

Fragmentum esse videtur quod hunc in modum edidit Sobernheim (8e) :

בר זבדבול
בול בר צעדי

et sic emendandum et complendum est :

[בתמלכו] ב[ת] זבדבול
[בר זבד]בול בר צעדי

4177.

Pariete australi conclavis *D*. Titulus ter repetitus, rubro colore, recta linea scriptus (in ichnographia n^is 27, 28, 29). Eumdem titulum repetitum habemus sub n° 4181.

A (n° 27). — Nitide exhibetur apud Strzygowski, p. 16, a latere dextero imaginis. Sequenti titulo omnino similis.

B (n° 28). — Delineationem, ad imaginem factam quam expressit Savignac, hic subjicimus :



מלא בר ידעו ידיעבל

Malê, filius Iadʿu, (filii) Iedîʿbêl.

מלא, idem qui commemoratus est sub n^is 4175, 4178, 4181.

C (n° 29). — Inscriptio eadem, mutila. Hæc supersunt in imagine photographica quam sumpsit Savignac :

[illegible]דעו ידיעבל

4178.

Ad ingressum conclavis *D*, pariete dextero, parastata qui hoc conclave a vicino separat (in ichnographia n° 5) depicta est imago mulieris stantis, puerum ulnis gerentis. Integra figura exhibetur apud Farmakowsky, tab. XXIII, n° 3. Ad dexteram mulieris, nigro colore, nitida scriptura, exaratus est titulus, quem exscripsit Savignac litteris hebraicis hunc in modum :

צלמת *Imago*
בתעא ברת *Batʿê, filiæ*
מלא חבל *Malê. Heu!*

בתעא. Recurrit nomen sub n° 4416. Etymon videtur esse בת־עא, nomine divino litteris עא compendiose expresso; fortasse coarctatum e בתעתה; et si vera est conjectura, eodem modo interpretari nomen masculinum ברעא, id est pro ברעתה, pronus eris, sed vide sub n° 4246.

4179. — Sobernheim (α), 8b.

Ad ingressum conclavis *D*, pariete sinistro, seu potius parastata, qui hoc conclave a vicino separat, depicta est imago mulieris stantis, puerum ulnis ge-

rentis. Picturam vulgavit Strzygowski, *Orient oder Rom*, p. 16; sed in ejus tabula, non apparent inscriptiones; quæ duæ sunt (in ichnographia nⁱˢ 25, 26) :

A. — Ad sinistram mulieris, prope caput pueri, nigro colore. Descripsit Sobernheim, cujus apographum hic damus. Contulit Savignac. Longus est versus primus $0^{m},195$.

Vide M. Sobernheim, *op. cit.*, p. 216. — *Rép. d'épigr. sém.*, n° 32. — M. Lidzbarski, *Ephem.*, t. I, p. 204. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1651.



צלמת ב[ת]עא 1 *Imago Bat'ê,*

ברת 2 *filiæ*

שמעון 3 *Šim'ôn.*

חבל 4 *Heu!*

שמעון : Simeon filius Abbæ; vide sub n° 4180.

B. — Infra cubitum dexterum mulieris, rubro colore, rectis lineis. Scriptura crassior et partim evanida. Delineavit Savignac, cujus apographum hic damus.



תדמריא א.ת .1

אנא . פא . . . . . .

נמנעי

Inscriptio adeo evanida est ut sensus lateat. Utrum sit connexio inter hunc textum rubro et superiorem nigro pictum colore, non liquet. Mirum videtur titulum a voce תדמריא «palmyrenus» sive «palmyrena» exordium habuisse. Postea conjicies א[ת]ת «uxor». Reliqua nobis incomperta. — אנא fortasse sit corrigendum in אכא.

4180. — Sobernheim (α), 8 c.

Conclavis *C* pariete australi, titulus nigro colore, crassiore scriptura, rectis lineis, ter exaratus (in ichnographia nⁱˢ 22, 23, 24).

A (n° 24). — In situ, ut videre est apud Strzygowski, p. 16, a latere sinistro imaginis. Descripsit Sobernheim, cujus apographum hic damus. Contulit Savignac.

Vide M. Sobernheim, *op. cit.*, p. 217. — *Rép. d'épigr. sém.*, n° 33. — M. Lidzbarski, *Ephem.*, t. I, 205. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1652.



דכרן 1 *Memoriale τοῦ*

שמעון 2 *Šim'ôn,*

בר אבא 3 *filii 'Abbâ,*

אברמא 4 *'Abramâ.*

V. 1. דכרן, *μνημεῖον*, eodem sensu ac קברא, invenimus sub n° 4123; hic tamen potius recordationis causa vox adhibetur.

V. 4. אברמא : cognomen; nam Simeonis nostri avus Hanina vocabatur (n° 4174). Cf. nomen viri אברם in testa Elephantinæ reperta (*R. É. S.*, n° 1794), et græcas transcriptiones Ἄβραμος, Ἀβράμης (apud Fl. Jos.). Adverte tamen tertiam litteram non omnino certam esse.

B (n° 23) et C (n° 22), inter fragmenta humi collapsa reppererunt rev. Jaussen et Savignac. Textus idem fuit, nunc valde mutilus.

4181. — Sobernheim (α), 8 a.

Conclavis *C* pariete septentrionali vestigia inscriptionum quinque dispexerunt rev. Jaussen et Savignac (in ichnographia, nⁱˢ 6-10).

A (n° 6). — Textus partim deletus.

B (n° 7). — Textus fere evanidus.

C (n° 8). — Fragmentum e pariete excisum, ami jacens. Eo integra inscriptio servata est. Jam olim eam descripserat Sobernheim, sed textum in tres versiculos discerpsit. Linea scripturae $o^{m},55$ extensa est.

Vide M. Sobernheim, *op. cit.*, p. 216. — *Rép. d'épigr. sém.*, n° 31. — M. Lidzbarski, *Ephem.*, t. I, p. 203.

מלא בר ידעו ידיעבל

Malê, filius Iaḏ'u, (filii) Iediʿbêl.

Lapsu manifesto asserit Sobernheim hanc inscriptionem depictam esse pariete conclavis *D* occidentali, ubi nullum apparet inscriptionis vestigium.

D (n° 9). — Inscriptio mutila.

E (n° 10). — Litteræ quædam evanidæ.

Inspectis quæ supersunt litteris, eumdem textum his quinque inscriptionibus depictum fuisse probabile censet Savignac. Cf. n^{am} 4177.

4182. — Sobernheim (α), 8 g.

Conclavis *B* pariete orientali quater depictus est brevis titulus, recta linea, crassioribus litteris (n^{is} 11-14). Textum edidit Sobernheim, sed in duas lineas discerpsit. Proprium apographum vulgavit Th. Uspensky. Denique imaginem photographicam expressit Savignac, ad quam effictam delineationem hic damus.

Vide M. Sobernheim, *op. cit.*, p. 218. — *Rép. d'épigr. sém.*, n° 37. — M. Lidzbarski, *Ephem.*, t. I, p. 205. — Th. Uspensky, *Bull. de l'Institut archéol.*, t. VII, p. 132.



שמעון בר אבא

Šimʿôn, filius ʾAbbâ.

Nomina eadem sunt quæ invenimus sub n° 4180. Jam e n° 4174 constat Simeonem hos quattuor loculos a Narcæo obtinuisse.

4183. — Sobernheim (α), 8 h.

Ejusdem conclavis *B* parietibus australi et occidentali, parvam inscriptionem sex locis repetitam (in ichnographia n^{is} 15-20) legerunt rev. Jaussen et Savignac. Eam jam semel descripserant Sobernheim et Uspensky. Ad imaginem photographicam, quam expressit Savignac, efficta delineatio hic subjicitur. Longa est inscriptio $o^{m},56$.

Vide M. Sobernheim, *op. laud.*, p. 218. — *Rép. d'épigr. sém.*, n° 38. — M. Lidzbarski, *Ephem.*, t. I, p. 205. — Th. Uspensky, *Bulletin de l'Institut archéol.*, t. VII, p. 132.



מלכו חדודן *Malikû (filius) Ḥaddudan.*

Ḥaddudanes is est cui, anno 160, ut discimus e n° 4171, parietem hujus conclavis australem et partem parietis occidentalis concesserunt. Errat ergo Sobernheim dum dicit titulum inscriptum esse pariete orientali.

4184. — Sobernheim (α), 8 d^{3}.

Ejusdem conclavis *B* pariete occidentali, loco n° 21 signato in ichnographia. Titulus, rectis lineis, gracili scriptura exaratus. Delineavit Sobernheim, cujus apographum hic subjicimus. Contulit Savignac. Primus versus $o^{m},25$ longus est.

De titulo egerunt auctores quos recensuimus sub n° 4176. Inscriptiones enim iisdem verbis conceptæ sunt.



1 בתמלכו בת זבדבול

2 בר זבדבול בר צעדי

3 ורשתא די ביתא ומערתא

1 *Batmalku, filia Zabdibôl,*
2 *filii Zabdibôl, filii Ṣa'edî;*
3 *hæres domus et hypogei.*

4185. — Sobernheim (α), 8 f.

Pariete orientali conclavis *B* ter depicta est, secundum Sobernheim, inscriptio quam ipse hebraicis litteris dedit. Uspensky autem delineationem fecit, quam hic subjicimus.

Vide M. Sobernheim, *op. cit.*, p. 218. — *Rép. d'épigr. sém.*, n° 36. — M. Lidzbarski, *Ephem.*, t. I, p. 205. — Th. Uspensky, *Bulletin de l'Institut archéol.*, t. VII, p. 132.

נרקיס עגילו

Narqaios (libertus) τοῦ 'Ogîlu.

Adverte prætermissam rationem necessitudinis non esse, ut plerumque, filiationem sed manumissionem. Narcæus libertus fuit Ogili, ut discimus e titulo sub n° 4174 edito, quo is paries sepulcri ei conceditur. Edidit Sobernheim :

נרקיס עגילו

בר נרקיס ידיעבל

Sed non apparet connexio inter priorem et alteram lineam; nam pater Ogili vocabatur Malichus (n° 4173), et Narcæus, vir servilis conditionis, propriam genealogiam non recitat. Suspicamur Sobernheim hic etiam duos titulos diversos in unum conjunxisse; fortasse versus alter, alio loco exaratus, legendus est : בר ירעו ידיעבל (cf. n^um 4177).

4186. — Sobernheim (α), 8 i.

Ejusdem conclavis *B* pariete occidentali (prope n^um 21), supersunt vestigia longioris tituli evanidi.

Vide M. Sobernheim, *op. cit.*, p. 218. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 39. — M. Lidzbarski, *Ephem.*, I, p. 205.

Hæc litteris hebraicis descripsit Sobernheim, quæ sunt dubiæ lectionis, præter numerum annorum :

מקברן ....*sepulturas*....

כלה בירח ...; *mense*

אדר שנת 570 *'Adar anni* DLXX.

Voces hanc dispositionem in lapide obtinuisse vix probabile est.

Mensis Adar anni 570, respondet martio anni p. Chr. 259.

Fusiorem titulorum, qui ad hoc monumentum pertinent, expositionem paucis verbis complecti juvat.

Tres fratres, Namaîn, Males et Saedis, filii Saedis, sepulcrum condiderunt.

Mense novembri anni 160, concesserunt cuidam liberto, 'Abdsayaræ nomine, integrum conclave *A* et quattuor loculos in conclavi *C* (n° 4172).

Jam, mense octobri anni 160 concesserant Ḥaddudani, filio Šalmanis, octo loculos in conclavi *B* : quattuor parietis australis (n^is 15-18) et quattuor in pariete occidentali (n° 4171).

Circa id tempus concesserant etiam Zabdibolo, filio Kiphtoti, parietem orientalem ejusdem conclavis *B*, qui octo loculos continet, et tres loculos in pariete australi conclavis *C*. — Is Zabdibolus, mense maio anni 191, cessit istos loculos Narcæo Ogili liberto (n° 4173).

Narcæus autem, mense julio ejusdem anni 191, rursum concessit cuidam judæo, Simeoni, filio Abbæ, quattuor ex octo loculis parietis orientalis in conclavi *B* (n^is 11-14) et duos e tribus loculis quos obtinuerat in pariete australi conclavis *C* (n° 4174).

Mense septembri anni 241, Batmalku, proneptis Saedis conditoris, et hæres partium monumenti non venditarum, quattuor loculos in pariete septentrionali conclavis *C* (n^is 6-9) Julio Mali concessit (n° 4175).

Præter loculos his inscriptionibus notatos, alios

etiam Simeoni et Mali concessos fuisse, suadent tituli horum virorum nomine inscripti (n[is] 22-26; 6-10, 27-29).

Integrum monumentum habebat loculos in parietibus excavatos LXV; singuli loculi in sex sepulturas dispositi erant, ita ut sepulcrum non minus quam CCCLXXXX defunctos recipere posset, præter eos qui in aliquot sarcophagis, nunc mutilis, depositi fuerunt.

4187

Vogüé, 70.

(Tab. XXX.)

Regione dicta *Wâdi el-Qebûr,* haud procul a sepulcro Iamlichi (n° 4123), orientem versus. Titulus duplici lingua conceptus, græca et palmyrena, hyperthyrio inscriptus; sed lapis, 1^{m},96 longus, fractus est et scripturæ evanuit pars media, ita ut singulis lineis litteræ circiter viginti quinque perierint; quas partim, græcas ope palmyreni palmyrenas ope græci textus, restituere licet. Repperit et delineavit H. Waddington, cujus apographum aliquot litteras ab eo tempore deletas exhibet. Ad ectypum quod anno 1914 sumpsit rev. Jaussen imaginem tabula damus.

Titulum edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 70, ubi et græco textui restituendo operam dedit. — Cf. J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 22.

Textus græcus : Waddington, n° 2624. — Infra palmyrenum, tribus lineis exaratus est, quas, apographo et ectypo inter se collatis, sic legimus :

ΑΙЄΝΤΗΨΑΛΙΔΙЄΙΚΟΝЄCΜΟ—————————ЄΛΑCCΑΤΟΥCΑЄΔЄΙΤΟΥЄΛ . . . .
ЄΛΑCCΑΚΑΙΟΓΗΛΟΥΚΑΙCΑЄΔЄ —————— ΚΑΙЄΛΑCCΑΤΟΥΤΟΥΘΑΙ . . . .
. . . . . ЄΝΟΥ . . . ΜΟΚЄΙΜΟΥ————————————ΙωΝΜΗΝΟCΔЄΙΟΥΤΟΥΗ . . ЄΤΟΥ .

Quod ita restituendum videtur :

Αἱ ἐν τῇ ψαλίδι εἰκόνες Μο[*κείμου καὶ Θαιμισᾶ καὶ Ζεβείδου*] Ἐλασσᾶ *τοῦ* Σαεδεῖ *τοῦ* Ἐλ[*ασσᾶ, καὶ*]
Ἐλασσᾶ *καὶ* Ὀγήλου *καὶ* Σαεδε[ῖ   *τούτου* Μοκείμου,] *καὶ* Ἐλασσᾶ *τούτου* Θαι[*μισᾶ* . . . . . .]
. . . . *ένου*, [*καὶ*] Μοκείμου [*τούτου* Ζεβείδου, *φυλῆς* Μαθθαβωλ]*ίων, μηνὸς* Δείου *τοῦ* η[ου′] *ἔτου*[*ς*]

Ectypum tituli palmyreni eadem in fragmento dextero exhibet quæ descripsit Waddington; sed apographum fragmenti sinistri aliquot litteras habet quæ desunt in ectypo : eas hic uncinis inclusas addidimus.



צל[מיא די] בכפתא די מקימו ותימש[א וזבידא בני אלהש]א בר צעדי בר אלהשא ודי אלהשא ועגילו
וצ[עדי בני מ]קימו דנה ודי אלהשא בר [תימשא דנה ודי מקימו ב]ר זבידא דנה די מן פח[ד בני מתבו]ל

Im[agines quæ] in concameratione (sunt) τῶν Moqîmu et Taim[išâ et Zebîdâ, filiorum 'Elahš]â, filii Ṣa'edî, filii 'Elahšâ; et τῶν 'Elahšâ et 'Ogîlu
et Ṣ[a'edî, filiorum Mo]qîmu illius; et τοῦ 'Elahšâ, filii [Taimišâ illius; et τοῦ Moqîmu, fi]lii Zebîdâ illius; qui (sunt) e stirpe [Mattabo]liorum.

Restitutio græci textus satis laboriosa.

V. 1. Nominis Μοκείμου exstant primæ litteræ. Θαιμισᾶς occurrit in quodam titulo græco (*R.É.S.*, n° 2161; vide Append. I). — Ζεβείδου, vel fortasse Ζηνόβιου : utrumque enim nomen græcum respondet palmyreno זבידא. Hæc tria nomina esse restituenda, nec non septem litteras sub finem addendas, e textu palmyreno manifestum est. Inde extensionem linearum definire licet.

V. 2, voces τούτου Μοκείμου postulat palmyrenus; quas tamen breviores esse quam ut lacunam impleant Vogüé conjecit, et supplevit Σαεδε[ῖ καὶ τοῦ δεῖνος τούτου Μοκείμου]; sed obstat quod tria tantum nomina in palmyreno enunciantur. Fragmentum in ectypo expressum monstrat scripturam modo pressiorem modo laxiorem esse, ac proinde nihil amplius hic desiderari, nisi fortasse artic. τῶν. — Sub finem versiculi crescit difficultas; nam τοῦ Ζεβείδου unus tantum filius commemoratus est in palmyreno. Quid igitur inter Θαιμισᾶ et Μοκείμου scriptum fuerit, et omissum videtur in textu palmyreno, sibi fingere cuique permissum est; fortasse cognomen τοῦ Θαιμισᾶ, in litteras ...ενου desinens (littera N in ipso apographo dubitationis signo notata est). Erraverunt qui hic fratrem Mocimi commemorari opinati sunt. — Reliqua obvia sunt; sed pro [Μαθθαθωλ]ίων etiam nomen [Ζαδδιθωλε]ίων congruit.

De proposita tituli palmyreni restitutione hæc sunt observanda :

Initio : צלמיא די posuimus, non צלמיא אלן די, ut habemus sub n° 4130; quia lacuna sex litteris expletur. — תימשא, veram esse mutili nominis lectionem docet epitaphium sub n° 4191 editum. — Sub finem lineæ, post עגילו, nihil deest; nomen צעדי, quod statim sequebatur, teste græco, initio versiculi secundi reponendum est, ut suadet etiam ectypum.

Versus 2. Prima lacuna, non ampla, septem litteris completa est. Secunda, duo nomina exciderunt : quorum prius תימשא fuisse, posterius מקימו, e græco et e titulo sub n° 4188 edito, evidens est. Spatium ad rescribendum tertium nomen deest; ceteroquin lectio בר multo melius cum apographo congruit quam בני. — זבידא, non autem בידא, patris nomen legendum esse recte monuit Schrœder. — מן פחד בני : lectio magis consonat apographo, et melius lacunam explet, quam מן בני. — Quid sibi velit ג in fine, secundum apographum? Suspicamur esse quoddam signum expletivum, vel, si littera est, ad vocem evanidam pertinere. Probabile enim est tertiam lineam, qua epocha notata fuit, periisse.

Numerus itaque annorum e textu græco eruendus est. Superest littera H indubia, et in ectypo etiam dispicere licet vestigia litteræ O, fere certæ, sed numerus centenarius omnino evanuit. Lectio probabilior est ηου'. Scriptura enim tituli satis diversa est ab illa quæ reperitur in monumentis primo sæculo æræ christianæ erectis; numerus ηοτ' antiquior videtur, numerus autem ηοφ' recentior; nam per tres generationes, ante urbis ruinam, defuncti in sepulcro conditi sunt, ut patet e stemmate, sub n° 4191. Censemus ergo monumentum erectum fuisse mense novembri anni p. Chr. 166.

4188

Wright (β), 1; Schröder (α), 3; Simonsen, 10.

(Tab. XXXIV.)

Ex eodem monumento. Fragmentum altum $0^{m},13$, latum $0^{m},16$. Inscriptio a simulacro virili separata. Exstat Hafniæ, in Glyptotheca. Ab ectypo damus.

Edidit W. Wright, *Proceedings of the Society of Biblical Archæology*, t. VI (acta nov. 1883), p. 27, n° 1. — Etiam H. Pognon titulum communicavit cum Societate Asiatica Pari-

siensi mense aprili anni 1884; cf. *Journ. asiat.*, ser. VII, t. III, p. 558. — Rursum dedit P. Schröder, *Neue Palmyrenische Inschriften*, n° 3. — Denique, D. Simonsen, *Sculptures et inscriptions de Palmyre*, n° 10 (pag. 58). — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2207.

חבל אלהשא	1	[illegible]
רבא בר מקימו	2	[illegible]
זבידא אלהשא	3	[illegible]
צעדי	4	[illegible]

1 *Heu! 'Elahšâ*
2 *senior, filius Moqîmu,*
3 *(filii) Zebîdâ, (filii) 'Elahšâ,*
4 *(filii) Ṣaʿedî.*

Series quattuor nominum producitur sine filiationis notatione, quam subaudiendam esse aperte docet titulus sub n° 4187 editus.

4189

Wright (β), 2; Schröder (α), 4; Simonsen, 9.

(Tab. XXXIV.)

Ex eodem monumento. Fragmentum, 0m,10 altum, 0m,11 latum, quod Hafniæ, in Glyptotheca, asservatur. Inscriptio pertinuit ad muliebrem imaginem, et a sinistra anaglyphi incisa erat; pars ejus prior nomen mulieris continens, a dextera insculpta, periit. Imaginem ad ectypum expressam tabula damus.

Edidit W. Wright, *Proceedings of the Society of Biblical Archæology*, t. VI (acta nov. 1883), n° 2. — Postea H. Pognon, cum Societate Asiatica Parisiensi communicavit, mense aprili anni 1884; vide *Journ. asiat.*, ser. VII, t. III, p. 558. — Sequuti sunt P. Schröder, *Neue palmyrenische Inschriften*, n° 4. — D. Simonsen, *Sculptures et inscriptions de Palmyre*, n° 9 (pag. 57). — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2208.

[illegible]	1	אתת מקימו	*Uxor Moqîmu,*
[illegible]	2	בר אלהשא	*filii 'Elahšâ,*
[illegible]	3	בר מקימו	*filii Moqîmu,*
[illegible]	4	צעדי	*Ṣaʿedî.*

4190

Euting, 22.

(Tab. XXXIV.)

Eodem monumento. Titulum parietibus incisum repperit, anno 1883, J. Euting et ectypum sumpsit ad quod efficta est imago nostra.

Edidit J. Euting, *Epigraphische Miscellen*, n° 22. — Retractavit Ch. Clermont-Ganneau, *Notes d'épigraphie palmyrénienne*, in *Recueil d'archéol. orient.*, t. III, p. 163. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephem. für sem. Epigraphik*, t. I, p. 83. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 402.

חבל [ה]דא	1	[illegible]
ברת מקימו	2	[illegible]
בר צעדי אמה	3	[illegible]
די אקמת דה	4	[illegible]
די מן לעל	5	[illegible]

1 *Heu! Hadê*
2 *filia Moqîmu,*
3 *filii Ṣaʿedî; mater*
4 *τῆς 'Aqmat illius*
5 *quæ supra.*

V. 1. Nomen mulieris Euting חרא, Simonsen (p. 41) et Lidzbarski (*Handb.*, s. v.) מרא legerunt; nobis nomen הדא vix dubium; rursum occurrit sub n° 4247. Fortasse coarctatum est ex הדירא vel הדירת; cf. in safaiticis inscript. nomen masculinum הדי (Vogüé, 26). Utrum ejus transcriptio sit gr. Ἀδδῃ (Wadd., 2226), non liquet; nam mascul. Αδδος satis bene respondet arabico nom. حَدٌّ, thamudeno חד.

V. 3. Ultimam vocem Euting א.ה, Clermont-Ganneau אחה «frater ejus», interpretati sunt; lectionem אמה suadet ectypi inspectio.

V. 4. אקמת, vide sub n° 4200.

4191

Schröder (α), 6.

(Tab. XXXIV.)

Ex eodem monumento, ut videtur. Lapis altus 0m,61, latus 0m,53. Anaglypho ficta est protome viri.

Margine dextero, inscriptus est titulus, litteris incisis et dein minio depictis. Exstat Constantinopoli, in Museo (*Catal.*, n° 166). Imaginem ad ectypum expressam tabula damus.

Edidit P. Schröder, *Neue Palmyrenische Inschriften*, n° 6. — Retractavit J. Mordtmann, *Bemerkungen zu den palmyrenischen Inschriften*, in *Zeitschr. der D. Morg. Ges.*, t. XXXVIII [1884], p. 587. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2211.

חבל	1	אנע
אלהשא	2	אלאשא
בר	3	ער
תימשא	4	תימשא
די עבד ל[ה]	5	ידעבדל
אלהשא	6	אלאשא
בר תימשא	7	ער תימשא
בר שמשגרם	8	ער שמשגרם
[ח]בזי	9	חבזי

1 *Heu!*
2 *'Elahšâ,*
3 *filius*
4 *Taimišâ.*
5 *Quod fecit ei*
6 *'Elahšâ,*
7 *filius Taimišâ,*
8 *filii Šamšigeram*
9 *(filii?) Ḫabbazî.*

V. 5. לה, ita omnes; in imagine nostra, ectypi vitio, ה non apparet.

V. 9. חבזי. Legebat Schröder בזי, et conferebat nom. gr. Βίζος, Βίζζος (Wadd., 2670), quod minime congruit : nominum enim palmyrenorum in י exeuntium græcæ transcriptiones in *-εῖς* aut *-αῖος* desinunt. Sed in ectypo, sicut in apographo Mordtmanniano (*op. cit.*, p. 589), ante בזי apparent vestigia cujusdam signi; idcirco conjecit J. Mordtmann legendum esse חבזי, lectionem quam habemus sub n° 4338, ubi est nomen proprium; hic fortasse cognomen.

E n^is^ 4187, 4188, 4191, ordinatur hoc stemma :

E n^is^ 4189-4190 hanc personarum cognationem deducimus :

Necessitudo inter utrumque stemma non lucide percipitur. Aut **צעדי idem est ac *צעדי, et nulla surgit difficultas; aut אלהשא** idem est ac אלהשא*, et tunc conjiciendum est hujus viri avum vocari nomine suo אלהשא in priore stemmate et cognomine צעדי in altero. Hunc morem jam deprehendimus in stemmate proposito sub n° 4133. Quædam enim nomina aut cognomina apud Palmyrenos, decursu temporis, vim gentilicii obtinuerant.

4192

Vogüé, 63.

(Tab. XXXII.)

Regione dicta *Wâdî el-Qebûr*, media valle, inter monumenta Elahbeli (n° 4134) et Iamlichi (n° 4123), hyperthyridem, 1^m^,94 longam, humi jacentem invenit H. Waddington, titulo duplici

Impressum mense augusto anni 1905.)

lingua concepto insignitam, et utramque inscriptionem sedulo delineavit. Reppererunt rev. Jaussen et Savignac; ad ectypum quod sumpserunt imaginem tabula damus.

Titulum palmyrenum edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 63. — Cf. O. Blau, *Altarabische Sprachstudien* (*Z. D. M. G.*, t. XXVII, p. 342, 346).

Titulus græcus : Waddington, n° 2618. — Supra palmyrenum inscriptus est duabus lineis inæquali extensione; sic legendus :

1 Τὸ κτίσμα τοῦτό ἐσ[τ]ιν αἰώνιος τειμὴ, τάφος· ἔκτισεν Ζαβδαάθης Ζαβδιλᾶ τοῦ Ἰαδδαίου εἰς τειμὴν αὐτοῦ καὶ

2 υἱῶν καὶ υἱωνῶν εἰς τὸ παντελές, μηνὶ Δείῳ τοῦ γπυ′ ἔτους.

Palmyrenus textus sic legendus et transcribendus est :



[דכרנא] דנה די הו יקר בת עלמא קברא דנה די בנא זבדעתה בר זבדלא בר ידי ליקרה

ול(י)קר בנוהי וב(נ)א ב[נ]והי לעלמא בירח כנון שנת 493

Id est, ad litteram :

1 [*Memoriale*] *hoc quod est honor domus æternitatis, sepulcrum illud (est) quod ædificavit Zabdeʿateh, filius Zabdilâ, filii Iaddai, in honorem suum et in honorem filiorum suorum et nepotum suorum, in æternum: mense Kanun anni cccc*

2 *LXXXXIII.*

Initio, דכרנא restituimus, collato n° 4123; minus apte נפשא restituit Vogüé. Vox occurrit sub n° 4164. — Voces קברא דנה redundare videntur.

Zabdeathes, hujus sepulcri conditor, is est qui commemoratur sub n° 3928, titulo anno 466 (A. D. 155) exarato; nomen hic זבדעתה, ibi זבדעתא scriptum est.

Notandi sunt lapsus : לקר pro ליקר, et בא pro בנא.

Numerus annorum in græco 483, in palmyreno nitide 493 scriptus est. Titulus igitur erectus est mense decembri anni p. Chr. 171 vel 181.

4193

Mordtmann, 3.

(Tab. XXXIII.)

In regione australi orientem versus. Inter rudera jacet lapis mutilus altus $0^m, 92$, latus $1^m, 05$, olim fronti monumenti insertus. Eo insculpta est imago viri lecto recumbentis; infra imaginem exaratus est titulus, latus $0^m, 80$. Ad ectypum quod expressit rev. Jaussen imaginem tabula damus.

Edidit A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, n° 3. — Retractavit J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 28.



1 צלמיא אלן די ענילו בר ענא בר מקימו
2 בר חדודן ודי אמתחא ברת בונא אתתה
3 תדמרי[א] ודי ענא ברה די בנא [ב]חיוהי ליקרה
4 ולי[קר ב]נוהי די בת עלמא בירח ניסן שנת
[3]84

1 *Imagines hæ (sunt)* τοῦ *ʿOgîlu, filii ʿOgê, filii Moqîmu,*
2 *filii Ḥaddudan, et* τῆς *ʾAmataḥê, filiæ Bônnê, uxoris ejus,*
3 *Palmyre[norum,] et* τοῦ *ʿOgê, filii ejus; quas ædificavit in sua vita, in honorem ipsius*
4 *et in hon[orem filiorum] suorum, (in honorem) domus æternitatis; mense Nisan anni*
5 *[ccc]lxxxiv.*

Titulum edidit A. D. Mordtmann ad fidem apographi aliena manu exarati, in quo versuum distinctio minime servata est; eam restituere conatus est J. Mordtmann, sed parum feliciter.

Notanda species litteræ ק, ceteris tenuioris.

In epocha notanda numerus centenarius evanuit; scriptura adeo similis est scripturæ tituli sub n° 4114 editi, anno 345 exarati, ut vix dubium sit quin tercentesimus sit restituendus. Titulus ergo erectus est mense aprili anni p. Chr. 73.

4194

Müller (δ), 42; Ronzevalle (γ), 30.

(Tab. XXVII.)

Tabula lapidea alta $0^{m},33$, lata $0^{m},32$, quæ olim sepulcri muro affixa fuit. Ei titulus, septem versibus constans, accurate incisus est. Exstat penes præfectum pagi Qarietein dicti, qui Palmyra illuc advectum fuisse lapidem ipse fassus est. Primus vidit J. Euting et ectypum chartaceum sumpsit quod diutius in scrinio servavit; ectypa nova fecerunt, anno 1897 Aloisius Musil, anno 1906 reverendi Sainz et Cheikho, S. J., Berytenses, anno 1914 rev. Jaussen et Savignac. Imaginem ad ectypum Jaussenianum effictam tabula damus.

Edidit anno 1898, D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n° 42, ad fidem ectypi quod expresserat Musil. — Emendavit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsem. Epigraphik*, p. 479, n° 7. — St. A. Cook, *Some recent Palmyrene Inscriptions* in *Proceedings of the Soc. of Biblical Archæology*, t. XXI, p. 73. — Vide etiam J. Mordtmann, *Zu den palmyr. Inschr.* (*Zeitschr. für Assyr.*, t. XIII, p. 184). — Repetiit S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 30. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1605.



1	בירח אדר שנת 492
2	אחבר לשמש
3	בר לשמש בר תימא מן
4	מערתא דה לסרי בר זבדעתה
5	בר עתעקב אכסדרא דנה
6	וגומחיא די בתרה שתא
7	עד כפתא מקבלתא

1 *Mense 'Adar anni* cccc
2 *LXXXXII, participem fecit Lišamš,*
3 *filius Lišamš, filii Taimê, in*
4 *hoc hypogeo τὸν Sorai, filium Zabdᶜateh,*
5 *filii ᶜAtéᶜaqab, exedræ hujus*
6 *et loculorum sex qui sunt post eam*
7 *usque ad cameram obviam.*

Scriptura accurata; voces spatio distinctæ sunt; littera ר sæpius puncto notata est, non ubique tamen.

V. 3. סרי legimus, etsi puncto destituta est secunda littera; vide sub n° 4159; Zabdeathes Atheacabi filius, auctoris pater, non est is qui ibi commemoratur, sed probabiliter vir ejusdem familiæ.

כפתא מקבלתא, sicut אכסדרא מקבלא sub n° 4195, designare conclave e regione januæ situm evidens est; sed

in quibusdam sepulcris duo conclavia unum post alterum e regione portæ effossa sunt; exemplum habemus in ichnographia supra (p. 281) tradita. Eam dispositionem exstitisse in monumento unde erutus est monstrat titulus noster. Concedit enim Lisamsus integram exedram (conclave A vel B) et sex loculos in pariete huic exedræ contiguo (בתרה, gallice «à sa suite»), qui locum occupant (necessario in conclavi C) «usque ad cameram obviam», quæ nonnisi conclavi D respondere potest. Hinc aliquantulum firmatur conjectura quam sub n° 4172 protulimus, nempe voce תופרא designari conclave C.

Titulus erectus mense martio anni p. Chr. 181.

4195

(Tab. XXVII.)

Tabula lapidea, alta $0^{m},30$, lata $0^{m},47$, in tres partes fracta; ad recipiendam scripturam excavata, ita ut proeminenti margine titulus ei inscriptus circumdatus sit. Lapidem ad monumentum pertinere e quo avulsus est titulus sub n° 4194 traditus, testantur nomina. Exstat Constantinopoli in Museo (*Catal.*, n° 193). Imaginem ad ectypum effictam tabula nostra damus.

Titulum edidit Th. Nöldeke, *Palmyrenische Inschrift*, in ephemeride *Zeitschrift für Assyriologie*, t. IX [1894], p. 264-267. — De ipso egit G. Hoffmann, גומחין *in Palmyra*; *ibid.*, p. 329-338. — Sequuti sunt Ch. Clermont-Ganneau, *Bustes et inscriptions de Palmyre*, in *Études d'archéol. orient.*, t. I, p. 129. — J. Halévy, *Une inscription palmyrénienne*, in diario *Revue sémitique*, t. III [1895], p. 179. — D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, p. 14. — St. A. Cook, *Some recent Palmyrene Inscriptions* (*Proceed. of the Soc. of Bibl. Archæology*, t. XXI, p. 74). — M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsem. Epigraphik*, p. 479, n° 8 (tab. XL, n° 7). — G. A. Cooke, *A Text-Book of North-Semitic Inscriptions*, n° 144. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1606.



1 בירח כנון שנת 500

2 אחבר לשמש בר לשמש

3 בר תימא מן מערתא

4 (ד)ה לבונא בר בולחא

5 בר בונא בר יקרור

6 אחברתה מן אכסדרא מקבלא

7 גמחין תמניא מן ימינך

8 ארבעא ומן סמלך ארבעא

1 *Mense Kanun anni* D,
2 *participem fecit Lišamš, filius Lišamš,*
3 *filii Taimê, hypogei*
4 *hujus τὸν Bônnê, filium Bôlḥâ,*
5 *filii Bônnê, filii Iaqrur.*
6 *Concessi ei in exedra obvia*
7 *loculos octo : a dextera tua*
8 *quattuor, et a sinistra tua quattuor.*

V. 5. יקרור «bufo»; nomen e genere animali desumptum, ut mos est in omnibus dialectis; sed Aramæi et Arabes nomina viliorum animalium et insectorum præ ceteris eligere propensi fuerunt.

V. 6. Vox מן prætermissa, medio versiculo, et א sub finem, deficiente spatio, tenuioribus litteris rescripta sunt. — אחברתה, prima persona sing. perfecti in conjug. *aphel* cum suffixo 3ᵃᵉ pers. mascul. sing., e verbo חבר; si recta est scriptio, cf. רחקת sub nº 4206. Cook lapsum conjecit pro אחבר לה; sed adverte v. 2 complementum verbo jungi sine præpositione. — מקבלא «obvia» intranti sepulcrum, id est e regione portæ; hic autem est proprie conclave intimius sepulcri, ut diximus sub nº 4194.

Species scripturæ notatu digna, præsertim forma litteræ א. In nomine בונא, secundum signum alio modo v. 4, et alio v. 5, delineatum est. Punctum ubique litteræ ר impositum est; immo et litteræ ד initio v. 4. Inde vides quam incerta sint argumenta palæographica ad epocham titulorum definiendam.

Titulus erectus mense novembri anni p. Chr. 188.

4196

(Tab. XXXIII.)

Sepulcrum ruinosum, sexaginta passus ad austrum, orientem versus, remotum a titulo sub nº 4116 edito. Hyperthyride, cujus pars circiter dimidia periit, inscriptus est titulus bilinguis. Longus est lapis 1ᵐ,17. Anno 1914 invenerunt rev. Jaussen et Savignac. Ad ectypum quod sumpserunt imaginem tabula damus.

ΤΟΜΝΜΕΙΝΕΚΤΙCΕΝΑΟΥΙΔΗCΙΑΡΑΙΟΥΤΟΎΜΑΛΗΤΟΥΑΦΦΟΥCΟΥΑΥΤΩΤΕ
ΕΤΟΥCϚϤΥΔΕΙΟΥ[illegible]



Quæ supersunt e titulo palmyreno lege :

.....לה ולבנ]והי ולבנא בנוהי דכריא ליקרהון לעלמא ב[יר]ח [כנ]ון
[שנת [illegible]3333]

Pars dextera tituli, quæ periit, satis probabiliter restitui potest hunc in modum :

τε [καὶ υἱοῖς αὐτοῦ καὶ υἱωνοῖς ἄρσεσιν εἰς τειμὴν αἰώνιον]

[קברא דנה בנא עוידא בר ירחי בר מלא בר אפו.. לה ולבנ]והי

Textum palmyrenum, sic restitutum, verte :

1 [*Sepulcrum hoc ædificavit ʿAuîdâ filius Iarḥai, filii Malê, filii Aphphusi, sibi et li*]*beris suis, et nepotibus suis maribus, in honorem eorum, in æternum.* [*Mense Kan*]*un*

2 [*anni* CCCCLXXX]XVI.

In græco, restitue *μνημεῖον*. — Ἀουίδης, palmyr. עוידא; Ἰαραῖος, ירחי; Μαλῆς, מלא. Nomina nota. — Αφφουσος, alibi non legimus; videtur esse transcriptio nominis semitici, hucusque ignoti, fortasse אפוצא; cf., quoad formam, אפוקח (nº 4084).

Altera linea integra est : adnotatione epochæ constat.

In palmyreno, versu inferiore solus numerus annorum scriptus fuit, e græco restituendus : 496.

Titulus erectus mense novembri anni p. Chr. 184.

4197

(Tab. XXXII.)

Ad orientem magni templi septentrionem versus, ultra hortos, hyperthyridem $1^m,70$ longam effoderunt anno 1914 rev. Jaussen et Savignac. Ei inscriptus est titulus palmyrenus, non bene præservatus; tribus versibus constat : duo fascia superiore exarati sunt, tertius brevior, $1^m,04$ extensus, fascia inferiore. Ad ectypum imaginem tabula damus.

Textum palmyrenum, ejus transcriptionem, restitutionem et versionem habes p. 304.

In titulum hæc adnotanda sunt :

V. 1. Conditores saltem duo fuisse docent pronomina suffixa in numero plurali; saltem dicimus, nam spatium tria etiam nomina admittit, prout genealogia brevior vel prolixior fuerit.

V. 2. Initio periit nomen mensis. — Circa medium restitutio nominis איתיבל valde probabilis. — Nomen patris Samsigĕrami partim evanuit; videtur scriptum ברנא, aut ברמש : fortasse lapsus pro ברשמש, vel hujus formæ coarctatio.

V. 3. איתיבל «adduxit Belus»; jam invenimus in titulo nabatæo (sub n° 196). Cf. syr. ܐܬܝܒܐܠ, nomen episcopi Edessæ in concilio Nicæno, anno 325, gr. Ἀειθαλᾶς : unde etymon «adduxit Deus» confirmatur.

Nomen mensis evanidum. Post numerum quingentesimum adhuc signa numeralia probabiliter exstiterunt.

Sepulcri igitur anno 393 (qui initium habuit a kal. oct. anni p. Chr. 81) conditi portam collapsam instaurarunt hæredes anno 500 (p. Chr. 188) aut recentius; qua occasione titulum inscripserunt; noli enim putare priorem partem antiquo tempore scriptam : utraque eodem stilo incisa est.

Reparatores quattuor fuisse opinamur, quanquam deest copula ante tertium et quartum nomen. Qua autem necessitudine viri isti inter se vel cum sepulcri conditoribus tenerentur, non liquet. Suspicari tamen licet Malem dimidiam partem sepulcri ab Aitibelo proavo jure hæreditatis accepisse, et viros tres alios, hæredes (quo gradu nescimus) conditoris alterius, alteram partem possedisse. Huic hypothesi innititur id stemma :



4198

Sobernheim (β), 42.

(Tab. XXIX.)

In regione septentrionali civitatis versus occidentem, haud procul a ruinoso ædificio in quo inventæ sunt hebraicæ inscriptiones et quod, hac de causa, synagogam dixerunt, repperit Puchstein supercilium duplici titulo palmyreno insignitum. Lapis altus est $0^m,32$, longus $2^m,20$. Ad portam quidem sepulcri, non autem privatæ domus, ut prava conjectura innuit Sobernheim, pertinuisse supercilium testantur inscriptiones. Verum hæ partim evanuerunt, et quæ supersunt voces lectu

(4197)

[illegible]

[illegible]

[illegible]

1 [קברא דנ]ה בת על[מא בנו .....] בר חירן בר מלכו מן בני מעזין להון ו[לבניהו]ן בי[רח]

2 [....]שנת 393 וחדת בבא דנה מלא בר עגא בר מלא בר עגילו אית[יב]ל ועגא בר שלשא שמשגרם בר בר.ש עגא בר

3 איתיבל לה[ון] ולבניהון ולבניבניהון לעלמא בי[רח] ..... שנת [..]5

1 *Sepulcrum hoc, domum æterni[tatis, ædificarunt .....] filii Ḥairan, filii Maliku e stirpe Maʿzîan, sibi et [filiis] suis; mense*

2 *..... anni* CCCLXXXXIII. *Et renovarunt hanc portam Malê filius ʿOgê, filii Malê, filii ʿOgîlu, (filii) Ait[îbêl], et ʿOgê filius Šalmê, Šamšigeram filius Bar...š, ʿOgê filius*

3 *Aitîbêl, sibi et filiis suis et nepotibus suis in æternum. Men[se .....] anni* D...

difficillimæ inveniuntur; laborem auget vitiosa ectypi conditio quod sumpsit Puchstein. Deficiente quocumque alio documento, ad hoc ectypum expressa est imago quam tabula damus.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, n° 42 (tab. XXIV). — Retractavit M. Lidzbarski, *Deutsche Literaturzeitung*, anno 1905, col. 1563, et *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. II, p. 302.

A. Titulus superius scriptus lineis tribus constabat, circiter $o^m,80$ extensis; en quæ supersunt :



1 בירח תשרי שנת . . 5 . . . . . *Mense Tišrî, anni* D . . . . . .

2 לשמש בר קם . . . . . *Lišamš, fil. Qam* . . . . . .

3 . . . . . .

B. Tituli inferius scripti lineæ longiores sunt, circiter $o^m,93$ extensæ; hæc legimus :



1 בירח אב שנת 515 קופא חלפא בר צפרי בר . . . . . *Mense 'Ab anni* DXV. *Qôphâ Ḥalphâ filius Ṣephpherai, filii* . . . . . .

2 [ל]שמש בר . קופ[. רח]ק ל . . . ד . בר שלמני בר עבשלמא זכנא [*Li*]*šamš filius* . *qôph* . *concessit τῷ* [*Zebî*]*d*[*â*] *filio Selaman*[*ai*], *filii 'Abšelamâ Zakonâ*,

3 . . . . . מערביא . . . . . א מערת[א] דה . . . . . *occidentalem* . . . . . *hypogei hujus.*

Quid amplius eruere frustra conati sumus. Utroque titulo juris concessiones memorari videntur.

A. — V. 2. Restituit Sobernheim [מק[יכו; sed re vera primæ litteræ sunt קמ, non autem מק. Conjecit Lidzbarski קמירו, collato arabico قَمَيْر. Sed cum vocula בר minime sit certa, arridet lectio [ן]מ רחק «concessit».

B. — V. 1. קופא et חלפא, nomina nobis nova; צפרי jam invenimus sub n° 4165.

V. 2. ק[רח] restituit Lidzbarski. — Ante רחק, nomen proprium partim evanuit; supersunt litteræ קופ fere certæ; legendum fortasse [ע]קופ[א], nomen quod invenimus sub n° 4031. — Nomen viri cui jus conceditur restitui potest [זבי]ד[א], quod occurrit eodem titulo. — שלמני; ultima littera non omnino certa. — עבשלמא, coarctatum ab עבדשלמן; cf., sub n° 4000, עבדנרגל pro עבנרגל. Nomen in usu fuit etiam apud

(Impressum mense augusto anni 1925.)

Syros antiquos : ܥܒܫܠܡܐ, et quandoque ܥܒܫܠܡܐ (*Thes. syr.*, s. v.). — זכנא, lectio fere certa; nomen vel cognomen. Alibi non occurrit in nostris titulis.

Mensis 'Ab anni 515 respondet augusto anni p. Chr. 204.

4199

Müller (δ), 46; Ronzevalle (γ), 31.

(Tab. XXVII.)

Tabula lapidea alta $0^{m},48$, lata $0^{m},36$. E monumento cui affixa fuit avulsa, Palmyra in pagum Qarietein dictum advecta est, et nunc ibidem penes pagi præfectum asservatur. Anno 1890, ectypum chartaceum sumpsit J. Euting quod ineditum diutius tenuit; Al. Musil ectypum etiam, anno 1897, expressit, quod plumbagine denigratum vulgavit D. H. Müller; tertium, anno 1906 sumptum ab ejus sociis, reverendis Sainz et Cheikho, edidit Seb. Ronzevalle; quartum denique nobis fecerunt rev. Jaussen et Savignac, ad quod imaginem tabula damus.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n° 46, qui infelici conatu lectionem et interpretationem aggressus est. — Mox animadversiones protulerunt J.-B. Chabot, *Notes d'épigraphie et d'archéologie orientale* (*Journ. asiat.*, 1898, II, p. 117-123); — M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsemit. Epigraphik*, p. 479, et p. 503, n. 1; — Stanley A. Cook, *Some recent Palmyrene Inscriptions*, in *Proceedings of the Soc. of Biblical Archæology*, t. XXI [1899], p. 76; — Ch. Clermont-Ganneau, *Sur deux inscriptions funéraires de Palmyre*, in *Recueil d'archéol. orient.*, t. III, p. 47-55, 176-182; — J. Mordtmann, *Zu den Palmyrenischen Inschriften des Dr. Al. Musil*, in *Zeitschr. für Assyriologie*, t. XIII [1899], p. 186. — Repetierunt G. A. Cooke, *A Text-Book of North-Semitic Inscriptions*, sub n° 143. — S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 31. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1604.

Titulus quindecim versibus constat, in duas partes divisus, vacuo spatio inter septimam et octavam lineam relicto :



1 מערתא דה די בת עלמא עבד

2 פציאל בר עסתורגא בר עויד

3 בר לשמש בר לשמש לה שקקן

4 תרתן חדא על ימינא כדי אנת

5 עלל ואחרתא מקבלא

6 וזבידא בר מען בר בולנורעתה

7 שקקא כדי אנת עלל על שמלא



8 אכסדרא דנה מקבלא די
9 מערתא די מקבל בבא חפר
10 וצבת שיען בר תימא בר
11 אבגר לה ולבנוהי ולבני
12 בנוהי ה(יך) די רחקת לה שגל
13 ברת לשמש בר עשתורגא בר
14 פציאל בירח אדר שנת חמש
15 מאה וארבע

1 *Hoc hypogeum, domum æternitatis, fecit*
2 *Phaṣaiêl, filius ʿAstôrgâ, filii ʿAuîd,*
3 *filii Lišamš, filii Lišamš : sibi (fecit) conclavia*
4 *duo, unum ad dexteram cum tu*
5 *intras, et alterum objacens (tibi);*
6 *et Zebîdâ, filii Maʿn, filii Bôlnurʿateh, (sibi fecit)*
7 *conclave, cum tu intras, ad sinistram.*

8 *Exedram illam objacentem*
9 *hypogei, quæ (est) e regione portæ, effodit*
10 *et ornavit Šiʿan, filius Taimê, filii*
11 *Abgar, sibi et filiis suis et nepo-*
12 *tibus suis, sicut concessit ei Šegel,*
13 *filia Lišamš, filii ʿAštôrgâ, filii*
14 *Phaṣaiêl, mense 'Adar anni quin-*
15 *gentesimi quarti.*

Ad rectam tituli intellegentiam, dispositio monumenti, præ oculis habenda est, quæ eadem est ac sepulcri Maghârat el-Djedideh dicti; ichnographiam vide p. 281. Primum quidem tres cameræ A B C exstructæ sunt : Phaṣiel duas (A et C) possidebat, Zebîda tertiam (B). Post tempus, Šegel, Phaṣielis proneptis et hæres, licentiam concessit cuidam Šiʿan ut novam effoderet cameram (D); quæ concessio causa scribendi tituli fuisse videtur. His prænotatis, ad interpretationem deveniamus.

V. 2. עסתורגא, sed v. 13 עשתורגא; vide sub n° 3982. — עויד, cf. עוירא (n° 3914).

V. 3. שקקן, vox pluralis; in libris targumicis שקקא «platea, vicus», syr. ܫܘܩܐ «via angusta»; hic proprie designat aream inter duplicem seriem loculorum in utroque pariete conclavis excisorum, et metaphorice ipsum conclave. Mirum est Mullerum legisse שקמן «sycomori».

V. 6. מען : vide sub n° 4200. — בולנורעתה «Bôl lux (est τῆς) ʿAteh»; nomen ad analogiam multorum nomi-

num babyloniorum efformatum. Conjecit Lidzbarski nomina palm. בונא et בולנא ab illo coarctata esse. — Ante שקקא exspectes לה, ut in v. 3.

Post versum 7, interposito spatio vacuo, incipit pars altera tituli.

V. 8. מקבלא, conclave intimius e regione portæ; cf. sub n° 4194.

V. 9. שיען; legerunt Lidzbarski et Cook שוען, nomine græco Σανάνου (gen.; Wadd., 2537 *a*) moti, ut videtur; sed lectio שיען nobis certa; fortasse pro סיען; cf. סיענא, sub n° 4073.

V. 12. הכי legendum conjectavit Clermont-Ganneau, et affirmat Ronzevalle; sed in lapide vix dubia est scriptio הרי, et lapsum suspicamur pro חיך די; cf. sub n° 4214.

Mensis Adar anni 504 respondet martio anni p. Chr. 193.

4200

Müller (δ), 30.

(Tab. XL.)

Ex eodem monumento, ut videtur. Lapis $0^m,49$ altus, $0^m,42$ latus, anaglypho ornatus. Protomè mulieris, velato capite. Anno 1897 exstabat Damasci, nunc in Museo Britannico (signatus 102612). Imaginem ad ipsum effictam tabula damus.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n° 30. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1616.

אקמת ברת	1	אקמת ברת	*ʾAqmat, filia*
חגגו זבידא	2	חגגו זבידא	*Ḥaggagu, (filii) Zebîdâ,*
מען חבל	3	מען חבל	*(filii) Maʿn. Heu!*

אקמת, nomen muliebre; videtur e rad. קום deductum; cf. mascul. אקום in inscr. safaiticis (Dussaud, *Mission*, n° 550).

מען, arab. مَعْنٌ; cf. nomina gr. Μάνος (Wadd., 2229 et sæpius), Μάννος (2584), quæ nabatæo מענו respondent. Vide מעני sub n° 3989.

4201

Vogüé, 65.

(Tab. XXX.)

Regione septentrionali occidentem versus. E monumento sepulcrali cui innititur civitatis murus Justiniani tempore erectus. Titulus duplici lingua conceptus, hyperthyride inscriptus. Lapis humi jacet, a parte sinistra mutilus, $1^m,58$ longus, $0^m,26$ altus. Repperit et delineavit H. Waddington. Ad ectypum quod fecerunt rev. Jaussen et Savignac imaginem tabula damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 65. — Cf. Th. Nöldeke, *Z. D. M. G.*, t. XXIV, p. 88.

Titulus græcus : Waddington, n° 2619. — Tribus lineis exaratus est; sic legimus et restituimus :

1 [Τὸ *μνημεῖον τοῦ ταφε*]*ῶνος ᾠκοδόμησαν Ζηνόβιος καὶ Σαμουῆλος Ληουὶ τοῦ Ἰακούβου*
2 [*τοῦ Σαμουήλου εἰς τειμὴ*]*ν Ληουὶ πατρὸς αὐτῶν, αὐτοῖς καὶ ἀδελφοῖς καὶ υἱοῖς καὶ ὑωνοῖς καὶ*
3 [*ἐγγόνοις εἰ*]*ς τὸν ἅπαντα χρόνον, μηνὶ Ξανδικῷ τοῦ γκϕ′ ἔτους.*

Palmyrenus sic legendus, transcribendus et vertendus est :



1 קברא דנה בת עלמא

2 ותצביתה כלה [ע]ב[ד]ו מן כיסהון זבידא [וש]מואל בני לוי בר יעקוב בר שמואל ליקר לוי אבוהו[ן ולהון]

3 [ולאחוהון ולבניהון ולבנאבניהון לעלמ]א בירח ניסן שנת 523

1 *Sepulcrum hoc, domum æternitatis,*

2 *et ornatum ejus totum fecerunt de crumena sua Zebîdâ et Šemu'êl, filii Levî, filii Ia'qub, filii Semu'êl, in honorem Levî, patris eorum* [*, et sibi,*

3 *et fratribus suis, et filiis suis, et nepotibus suis, in æter*]*num; mense Nîsan anni* DXXIII.

E græco lacunas conjecturis supplevit Vogüé.

שמואל, לוי, יעקוב, nomina biblica sunt, bene nota. Familias quasdam judæas Palmyræ domicilium habuisse hisce temporibus, præter titulos nostros et inscriptiones hebraicas ibidem repertas (cf. *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1279-1281), testantur etiam scriptores; vide J. Derenbourg, *Essai sur l'histoire et la géographie de la Palestine*, t. I, p. 22, 224.

זבידא, gr. Ζηνόβιος; cf. sub n° 3933.

Titulus erectus mense aprili anni p. Chr. 212.

4202

Vogüé, 21.

(Tab. XXIX.)

Lapis $2^{m},30$ longus, e sepulcro amotus et portæ muri quo tuguria Arabum in area magni templi exstructa circumdantur olim superimpositus, nunc ante portam humi jacens. Titulo duplici lingua concepto insignitus est. Utramque inscriptionem, jam anno 1691 exscripsit Guilelmus Halifax, græcam quidem bene, palmyrenam vero imperite; Robertus Wood, anno 1751, nonnisi græcam. Anno 1853, M. de Vogüé, egregium apographum utriusque textus fecit; postea etiam H. Waddington. Denique Lud. Vignes chartaceum ectypum sumpsit ad quod efficta est imago quam tabula damus.

Apographum Halifacis, adeo imperfectum ut vix una aut altera littera genuinam habeat formam, traditum est in *Philosophical Trans.*, t. XIX, p. 88. — Th. Hyde, *Historia religionis veterum Persarum*, tab. XIV (p. 547) repetiit, addita nova delineatione e schedis Halifacis. Ei incassum insudarunt Halley, Rhenferdius aliique. Paullo melius exhibetur in nova editione (Palestine Exploration Fund. *Quarterly Statement*, anno 1890, p. 280). — Primus congruum apographum fecit, edidit et recte interpretatus

est M. de Vogüé, in diario *Bulletin de l'Athenæum français*, anno 1855, p. 35, et rursum in opere suo *Syrie centrale; Palmyre*, n° 21. — Sequuti sunt M. A. Levy, *Die palmyrenische Inschriften*, in ephemeride *Zeitschrift der Deutschen morgenl. Gesellschaft*, t. XVIII [1864], p. 95. — J. Oberdick, *Bemerkungen zu den palmyrenischen Inschriften, ibid.*, p. 741-750. — M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsem. Epigraphik*, p. 480, n° 10 (tab. XXIX, 2).

Textus græcus: Wood, n° xxvi; et inde *C. I. Gr.*, n° 4507; Waddington, n° 2621; Dittenberger, n° 642; *I. Gr. ad res Rom.*, III, n° 1034. — Supra palmyrenum duabus lineis exaratus, sic legendus est :

Τὸ μνημῖον τοῦ ταφεῶνος ἔκτισεν ἐξ ἰδίων Σεπτίμιος Ὀδαίναθος, ὁ λαμπρότατος συνκλητ[ικός,]
Αἱράνου Οὐαβαλλάθου τοῦ Νασώρου, αὐτῷ τε καὶ υἱοῖς αὐτοῦ καὶ υἱωνοῖς εἰς τὸ παντελὲς, αἰώνιον τειμήν.

Palmyrenus, unico versu $2^{m},02$ extenso scriptus, sic se habet :



קברא דנה בנא אדינת סקלטיקא בר חירן והבלת נצור לה ולבנוה ולבנאבנוהי לעלמא

Id est :

Sepulcrum hoc ædificavit Odeinat, senator, filius Ḥairan, (filii) Vahballât, (filii) Naṣôr; sibi et filiis suis, et nepotibus suis, in æternum.

Prænotanda circa textum græcum : Quattuor signa ultima vocis *συνκλητικός* perierunt. — *τειμήν* deest in ectypo, sed vocem adhuc legebat Waddington. — Ante *Οὐαβαλλάθου* exspectes, pro more, *τοῦ*; cf. tamen sub n° 4203.

De hoc titulo græco, præter antiquos commentatores (Sellerum, Bernardum, Smithum), docte disputaverunt Alfredus von Sallet, *Die Fürsten von Palmyra* (Berolini, 1866), J. Oberdick, *Die Römerfeindlichen Bewegungen*, p. 136, et Th. Mommsen, *Hist. Rom.*, t. III, p. 427, n. 2, 3; p. 436, n. 1.

Septimius Odænathus (*Prosop. imp. rom.*, t. III, p. 209, n° 338) pater fuisse videtur Ḥæranis, cui statuam erexit anno 251 Aurelius Philinus (vide sub n° 3944); utrum autem fuerit pater an avus alterius Odænathi Zenobiæ mariti, disputant eruditi; vide quæ recitavimus sub n° 3945.

סקלטיקא, *συγκλητικός*; supra (n° 3944) סנקלטיקא.

נצור, græce *Νάσωρος*. Nomen alias non recurrit; sed confer נצרא, sub n° 4403, quoad sensum, et quoad formam : נשום (n° 3932), זבוד (n° 4045), et femin. שלום (n° 4363), etc.

Titulus circa annum 225 p. Chr. exaratus est.

4203

Vogüé, 66.

Titulus bilinguis, græcus et palmyrenus, hyperthyride inscriptus. Lapis ab extremis partibus mutilus est. E suo loco amotus et in mediam civitatem transvectus, humi jacebat haud procul a

columna cui inscriptus est titulus sub n° 3947 editus, versus septentrionem, triginta circiter passus. Ibi eum repperit H. Waddington, et inscriptiones delineavit. Ejus apographum hic damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 66.

Titulus græcus : Waddington, n° 2620. — Duobus constat versibus; sub finem alterius incipit textus palmyrenus.

1 [Τὸ μνημεῖον ἔκτισεν Ἰούλιος] Αὐρήλιος Ῥεφάβωλος Ἀθηνακάβου Ῥεφαβώλου τοῦ Ἀθηνακάβου τοῦ ἐπικαλουμένου Ν[εβουζαβάδου]

2 [.....ἑαυτῷ καὶ υἱοῖς] καὶ υἱωνοῖς καὶ ἐγγόνοις εἰς τὸ ϖαράπαν, Αὐδυναίῳ τοῦ θκφ' ἔτους.



1 [קברא דנ]ה בנא מן [כיסה]

2 [יוליס] אור[ליס] רפ[בול ב]ר עתעקב [בר] רפבול בר עתע[קב] די מתקרא נב[וזבד]

3 [בירח ט]בת שנת 529

1 [*Sepulcrum*] *hoc ædificavit de* [*crumena sua,*]

2 [*Julius*] *Aurelius Rephabôl, filius ʿAtéʾaqab, filii Rephabôl, filii ʿAtéʾaqab, qui vocatur Nebu*[*zabad*];

3 [*mense Ṭe*]*bet anni* DXXVIIII.

In græco, ante Ρεφαβώλου, expectes τοῦ; cf. tamen sub n° 4202. — Νεβουζαβάδου e palmyreno restituimus; nomen occurrit sub n° 4124. — Initio alterius versus circiter XV litteræ desunt ante ἑαυτῷ.

רפבול, nomen pluries occurrit et ubique ita scriptum est; edidit Vogüé רפאבול, apographo deceptus in quo littera א locum litteræ ס, in אורליס, occupat. Etymon obvium : רפא־בול «sanavit Bôl»; cf. רפאל (sub n° 3916). Eisdem elementis, sed inverso ordine, constat nomen בורפא (sub n° 4037 et sæpius), i. e. בול־רפא. Cf. זברנבו et נבוזבד, נורעתה et עתנורי, etc.

נבוזבד; Vogüé conjiciebat נבובל; quia putabat nomen Νεβόβαλος inveniri sub n° 3939; sed et ibi Νεβουζάβαδος legendum est.

Titulus erectus mense januario anni p. Chr. 218.

4204

(Tab. XXXIII.)

Supra portam sepulcri ruinosi, centum et quinquaginta passus occidentem versus a monumento Maghârat el-Djedideh dicto, exstat tabula ansata ad scripturam recipiendam parata, sed vacua. Ad sinistram hujus tabulæ parieti inscriptus est titulus longus $0^{m},62$. Invenerunt, anno 1914, rev. Jaussen et Savignac. Ad ectypum quod sumpserunt imaginem tabula damus.



סטרא דנה מעריא מעליך בבא על סמלך באכסדרא תימניא
מעליך אכסדרא על ימינא ותצבותה כלה רחק יוליא אורליא
שלמן ושכני בני ירחי שלמן בר ידא ליוליס אורליס ירחבולא בר
מקימו נפרי לה ולבנוהי ולבניבניהון לעלמא בירח כנון
שנת 538

1 *Parietem illum occidentalem, in ingressu tuo per portam ad sinistram tuam in conclavi australi,*
2 *cum ingrederis conclave ad dexteram tuam, et totum ejus ornatum concesserunt Julii Aurelii*
3 *Šalman et Saknai, (ambo) filii Iarḥai (filii) Šalman, filii Iadê, Julio Aurelio Iarḥibôlê, filio*
4 *Moqîmu (filii) Naphrai : ei, et filiis ejus, et nepotibus eorum, in æternum. Mense Kanun*
5 *anni* DXXXVIII.

V. 1. סטרא דנה, murus, non is cui inscriptus est titulus, in quo porta sepulcri aperta est, sed huic oppositus. Sepulcrum in rupe excisum tribus conclavibus, secundum consuetam distributionem, constat, ut testatur Savignac et innuit titulus, qui id significat : Cum ingrederis portam, habes ad sinistram conclave australe (B), et cum ingrederis id conclave habes ad dexteram parietem (*d*) orienti obversum, de quo agitur.



V. 2. תצבותה, sic; lectio huic titulo peculiaris; in ceteris תצביתה. — יוליא אורליא, Ἰούλιοι Αὐρήλιοι, id est Julius Aurelius Šalman et Julius Aurelius Šaknai.

V. 3. שכני, nomen coarctatum, ut videtur, e longiore forma, cujus pars prior ad verbum שכן, hebr. שָׁכַן, syr. ܫܟܢ «habitare», revocanda.

V. 4. נפרי; nomen ejusdem formationis ac שכני, ut videtur; sed quo sensu ad verbum נפר referri possit non liquet. Littera ר puncto instructa videtur.

Titulus erectus mense novembri anni p. Chr. 226.

4205

(Tab. XXXIII.)

Intra sepulcrum de quo agitur sub n° 4204, sarcophagos statuasque mutila invenerunt rev. Jaussen et Savignac, et inter ea imaginem virilem cui adscriptus est titulus. Ad ectypum inscriptionem tabula damus.

צלם	צלמ	*Imago*
עגא	עגא	*ʿOgê,*
בר	בר	*filii*
מתנו	מתנו	*Mattenu.*
חבל	חבל	*Heu!*

מתנו : nom. jam invenimus in titulis nabatæis (n° 239); cf. in palmyrenis מתני (n° 4130), מתנא (n° 3980).

4206

Vogüé, 67.

(Tab. XXXI.)

Regione dicta *Wâdî el-Qebûr*. Lapidem magnum humi jacentem, e vicino monumento collapsum, ab extrema parte dextera mutilum, 1^{m}, 05 longum, repperit H. Waddington, et duplicem titulum ei inscriptum delineavit. Ad ectypum quod fecerunt rev. Jaussen et Savignac imaginem damus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 67. — Retractaverunt J. Mordtmann, *Zu den Palmyrenischen Inschriften des Dr. A. Musil*, in *Zeitschr. für Assyriologie*, t. XIII [1898], p. 187; et *Palmyrenisches*, p. 22. — Ch. Clermont-Ganneau, *Deux inscriptions funéraires de Palmyre*, in *Recueil d'archéol. orient.*, t. III, p. 53; et *Notes d'épigraphie palmyrénienne*, *ibid.*, p. 176.

Textus sic legendus, transcribendus et vertendus est :



יול]יס אורליס בולמא בר זבדבול בר בולמא ניניא רחקת ליולא אורליא ענא ושלמא 1

ומר בני חלה מן מנתה פלגה דקברא ומערתא די בנוה להון ולבניהן ולבנייהון לי[2

כלה בירח שבט די שנת 545 יוליס אורליס בולמא בר זבדבול ב[ר בולמא ניניא] 3

ב]רת [נ]ב[ו]דא בר תימא בר נבומוא ד(י) מן בת חלה מן רבעות קברא דנה ומן ר[בעות 4

1 . . . . . *Jul]ius Aurelius Bôlmê, filius Zabdibôl, filii Bôlmê, (filii) Nînaîâ, concessi* τοῖς *Juliis Aureliis ʿOgê et Šalmê*

2 . . . . .]*ómar filiis Ḥalah (?), partem dimidiam sepulcri et hypogei quod in eo (est) : eis et filiis eorum et nepotibus eorum, in ho-*

3 [*norem eorum et honorem domus eorum*] *totius. Mense Šebaṭ anni* DXXXXV, *Julius Aurelius Bôlmê, filius Zabdibôl, fi[lii Bôlmê, (filii) Nînaîâ,*

4 . . . . . *filiæ Nebuda, filii Taimê, filii Nebumauâ, qui est e familia Ḥalah (?), quartam (partem) sepulcri hujus et qua[rtam . . . . .*

Sagacitatem eruditorum multu xercuit titulus, necdum affulsit lumen perfectum.

Versus 1. Initio circiter XV litteræ desunt. — בולמא, non autem בולקא, ut edidit Vogüé; genuinam lectionem jam suspicati erant Nöldeke et Sachau. Nomen recurrit sub n° 4237; compositum est e nom. dei בול, et forma coarctata incerti verbi, fortasse מוא quod infra habemus (v. 4) in nomine נבומוא. Sensus nos fugit. — ניניא, nomen vel cognomen; an sit e nomine deæ נני deductum, non liquet.

יולא et אורליא sunt gentilicia in plurali numero (veluti ספטמיא Σεπτίμιοι sub n° 3946), ut bene intellexerunt Clermont-Ganneau et J. Mordtmann. Pro יולא, expectes יוליא, ut habemus sub n° 4205. — Antea fortasse notata fuit epocha.

(Impressum mense augusto anni 1925.

Versus 2. Initium Mordtmann [ומלכ]ו מן בני חלה legit, id est, secundum ejus opinionem, «et Maliku, ex filiis matrui ejus»; sed litteræ ומר ab ectypo certæ sunt: nomen proprium ab initio mancum. — Voces בני חלה «filii matrui sui», בת חלה «domus matrui sui», etiam Clermont-Ganneau interpretatus est; Vogüé autem «filii Ḥalah, domus Ḥalah». Huic favere videtur verbum in prima persona «concessi», post quod exspectares «matrui mei»; sed normas grammaticæ non accurate servari jam pluries observavimus. Ceteris favet ratio nominis proprii scribendi, quod semper חלא, nunquam חלה scriptum repertum est. — Quæ sequuntur, partem concessam designant, scilicet מנתה פלגה «partem dimidiam». — בנוה : ita legendum, ut bene vidit Clermont-Ganneau; ceteri legerunt בנוה. — Sub finem : ליקר, restitutio obvia. Recte conjecit Mordtmann litteras קר initio vers. 3[i] reponendas esse, sed legit לה[קר ח]לי; jam vero lectio כלה omnino certa est. Collato n° 3981, suspicamur restituendum כלה [קרהון וליקר ביתהון]לי; unde extensionem lacunæ conjicere licet.

Versus 3. A notatione epochæ, incipit titulus novæ concessionis, auctore viro eodem. — Sub finem decem circiter litteræ exciderunt : eas supplevimus.

Versus 4. Initio aliquot voces perierunt. — נבודא : restitutio probabilior quam זבידא. — נבוטוא : scriptio nitida; sed rad. מוא nobis et linguæ babylonicæ peritis ignota. — מן בת [ר]ן; primum sculpsit lapicida בת די, et postea די in דמן correxit. — די מן ר[בעות : conjectura supplevimus. Patet titulum esse incompletum.

Adnotata epocha respondet mensi februario anni p. Chr. 234.

4207

Vogüé, 68; Euting, 20.

Eodem monumento. Inscriptionem pariete interiore minio pictam descripserunt primus H. Waddington, postea A. D. Mordtmann, J. Euting et R. Savignac. Apographum Mordtmannianum nimis imperfectum est; Waddingtonianum autem, Eutingianum et Savignacianum hic subjicimus.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 68. — De titulo egit A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 28, addito proprio apographo, in quo ambo tituli 4207-4208 commixti sunt. — J. Halévy, *Mélanges d'épigraphie*, p. 105. — Rursus J. Euting, *Epigraphische Miscellen*, n° 20. — *Répert. d'épigr. sémit.*, n° 450 A.



Legendum videtur :

בל דכיר ירחי בר נשא מכי בטב ומעידא

Utique commemoratus sit Iarḥai, filius Nêšâ (filii) Makkai, in bono, et frequentans!

בל, exclamatio affirmantis vel optantis; cf. arab. بَلْ, et supra, in titulis nabatæis, בלא (sub n[is] 246, 266, etc.), בלי (n[is] 242, 243, etc.). — Avi nomen legit Euting מכי, nom. utriusque generis, probabilius quam קבי. — Sub finem legit לעלמא, sed hanc vocem non satis congruere cum apographis quisque facile videt. Sincera lectio videtur esse מעידא; cf. מעיד, sub n° 3973, ubi huic participio sensum «frequentandi» assignavimus; ita et hic, qui tumulum frequentat commemoratione (coram deo) dignus habetur. —Lectio autem nominum aliquantulum confirmatur apographo vicinæ inscriptionis, sub n° 4208 editæ.

4208

Vogüé, 69; Euting, 21.

Proscynema pariete, infra n^um^ 4207, simili modo depictum. Subjicimus apographa Waddingtonianum, Eutingianum et Savignacianum, quæ fere in omnibus congruunt. D. Mordtmann, loco laudato, nonnisi confusa signa exhibet.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 69. — Repetiit J. Euting, *Epigraphische Miscellen*, n° 21. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 450 B.



Collato n° 4207, legendum videtur :

ד]כיר ירחי מכי בטב

Commemoratus sit Iarḥai (filius) Makkai, in bono!

Magno numero hujusmodi proscynemata inter Sinaiticos titulos repperimus, Palmyræ autem paucissima huc usque inventa sunt.

4209

Sachau, 1.

Cum anno 1879 orientales plagas perlustraret eruditissimus vir Eduardus Sachau, per paucas dies, mense octobri, Palmyræ consedit, ibique aliquot ineditas inscriptiones repperit. Quam hic tradimus inventa est juxta ruinosum sepulcrum, inter exitum magnæ porticus et collem quo exstructum est castellum arabicum. Titulus bilinguis hyperthyride monumenti, nunc in plures partes confracta, exaratus fuit. Tria tantum fragmenta invenit Sachau, quæ non arcte coalescunt; locum tamen quem obtinebant in integro lapide sine dubio definire licet, et lucide monstrat restitutio nostra. Partem græcam maximi fragmenti, 2^m^,56 longi, etiam exscripsit anno 1885, J. Sterrett. Rev. Jaussen et Savignac titulum non reppererunt. Delineationem sequenti pagina damus quam ad ectypa effictam, vulgavit Sachau.

Edidit Ed. Sachau, *Palmyrenische Inschriften*, n° 1, in *Zeitschrift der Deutsch. Morg. Gesellschaft*, t. XXXV [1881], p. 731. — Quædam animadvertit Th. Nöldeke, *Bemerkungen zu den von Sachau herausgegebenen palmyr. Inschriften*, eodem diario, t. XXXVI [1882], p. 665. — Fusius retractavit Ch. Clermont-Ganneau, *Notes d'épigraphie palmyrénienne*, in *Recueil d'archéol. orient.*, t. III, p. 156. — Imperfectum apographum græcum edidit J. Sterrett, *The Wolfe Expedition to Asia Minor*, sub n^is^ 645-646. — Rursus, Ch. Clermont-Ganneau de titulo egit, *Epigraphie gréco-romaine de Palmyre*, in *Recueil d'arch. orient.*, t. V, p. 103. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 82. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1644.



ΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝΤΟΥΤΟCΥΝΥΠΟΓΕΙΩΕΞΙΔΙΩΝΩΚΟΔΟΜΗCΕΝΙΟΥΛΙΟCΑΥΡΗΛ[ΙΟCΜ]ΑΡΩΝΑ[ΜΑΛΗΤΟΥΚ]ΑΙΜΕΖΑΒΒΑΝ[ΑΤΟΥ]
ΑΔΡΙΑΝΟΥΕΙCΤΕΙΜΗΝΑΥΤΟΥΚΑΙΥΙΩΝΚΑΙΥΙΩΝΩΝΕΙCΤΟΠΑΝΤΕΛΕCΕΤ[ΟΥCΖΜΦ]ΜΗΝΕΙΔΥCΤΡΩ



ΙΟΥΛΙΟCΑΥΡΗΛΙΟCΖΗΝΟΒΙΟCΑCΘΩΡΟΥΤΟΥΖΕΒΕΙΔΟΥΕΞC. . . C. . . . . ΤΟΥΤΟΥΜ]ΝΗΜΕΙΟΥCΥΝΥΠΟΓΕΙΩΑΥΤΟΥΚ[ΑΙCΥΝΠΑΝΤΙΚΟC]
ΜΩΚΑΙΔΙΚΑΙΟΙCΠΑCΙΙΟΥΛΙΩΘΕΟΔΩΡΩΑΓΡΙΠΟΥΤΟΥΜΑΡΚΕΛΛΟΥ[ΑΥΤΩΚΑΙΥΙΟΙC]ΚΑΙΥΙΩΝΟΙCΕΙCΤΟΠΑΝΤΕΛΕC[ΜΕΝΕΙ......ΕΤΟΥC..Φ]



Τὸ μνημεῖον τοῦτο σὺν ὑπογείῳ ἐξ ἰδίων ᾠκοδόμησεν Ἰούλιος Αὐρή[λιος Μ]άρωνα [Μαλῆ τοῦ κα]ὶ Μεζαββαν[ᾶ τοῦ] Ἀδριανοῦ εἰς τειμὴν αὐτοῦ καὶ υἱῶν καὶ υἱωνῶν εἰς τὸ παντελές, ἔτ[ους ζμφ′] μηνεὶ Δύστρῳ

[קברא דנה ומער]תא די
[בנא מן כיסה] יוליס אורליס מרונא בר מלא די [מתקרא מזבנ]א בר אדרינוס ליקרה ולבנוה ובנאבנוה לעלמא שנת 547 בירח אדר

Ἰούλιος Αὐρήλιος Ζηνόβιος Ἀσθώρου τοῦ Ζεβείδου ἐξ[εστήσατο τούτου τοῦ μ]νημείου σὺν ὑπογείῳ αὐτοῦ κ[αὶ σὺν παντὶ κόσ-]μῳ καὶ δικαίοις πᾶσι Ἰουλίῳ Θεοδώρῳ Ἀγρίπου τοῦ Μαρκέλλου, [αὐτῷ καὶ υἱοῖς] καὶ υἱωνοῖς εἰς τὸ παντελές, [ἔτους ..φ′ μηνεὶ ....]

[יוליס אורליס זבידא] בר עשתור זבידא [רחק מן קברא דנה ומערתא] דה ותצביתה וקש[ט]ה ליוליס אורליס תידרוס בר [אגרפא בר]
[מרקלא לה ולבנוה ובנאבנוה לעלמא בירח .... שנת ..5]

Et palmyrena sic vertenda sunt :

[Sepulcrum hoc et hypo]geum (sunt) quæ
[ædificavit de sua crumena] Julius Aurelius Marônâ, filius Malê, qui vocatur Mezabbanâ, filii Hadriani, in honorem suum et pro filiis suis et nepotibus suis, in æternum. Anno DXXXXVII, *mense 'Adar.*

[Julius Aurelius Zebîdâ,] filius ʿAštôr, (filii) Zebîdâ, [destitit a sepulcro isto et ab hypogeo] hoc et ornatu ejus et juribus ejus, pro Julio Theodoro filio [Agrippæ filii Marcelli, pro ipso et filiis ejus et nepotibus ejus, in æternum. Anno D....., *mense* .....]

Tituli duo sunt : alter sepulcri exstructionem, alter jura in illud concessa testatur.

Prioris restitutionem, tum sensus, tum vestigia litterarum deperditarum, tum aliorum titulorum analogia suadent, eamque certam habemus. — מרונא, vide sub n° 4061; מזבנא, sub n° 4034. Lectio אדרינוס mira videtur; suspicamur incuria editoris descriptam pro הדרינוס.

Quod autem ad titulum inferiorem attinet, conjecturis indulgendum est.

In textu græco quattuor sunt lacunæ. Prima, post *τοῦ Ζεβείδου*, viginti circiter litterarum; voces concessionem seu abalienationem sepulcri significantes hic evanuerunt. Apographo Sterrettiano usus, quod ЄΞC▨▨C▨ præbet, Clermont-Ganneau *ἐξεσ⌉ήσατο* restituit, conjectura fere certa. Secunda lacuna, sub finem versus, *κ[αὶ σὺν παντὶ κόσ]μῳ* complenda videtur, vel, ut proposuit Clermont-Ganneau, *κ[αὶ παντὶ τῷ κόσ]μῳ*. Tertia lacuna, ante *καὶ υἱωνοῖς*, manifeste desunt voces *αὐτῷ καὶ υἱοῖς*, quæ totum spatium adamussim replent; litteras AY dispexit Sterrett, sed eas initium nominis *Αὐρηλίου* putavit. Denique sub finem lineæ nihil præter mensem et annum concessionis scriptum fuit.

Textus palmyrenus ejusdem concessionis duobus versiculis exaratus fuit : prior tantum mutilus superest. Initio restituenda sunt nomina concedentis. זבידא ponimus pro græco *Ζηνόβιος* (vide sub n° 3933). — Medio versiculo, רחק מן ex analogia rescripsimus (cf. sub n^is 4171, 4204); verbum aptius quam אחבר «participem fecit», nam de totius sepulcri concessione sermo esse videtur. — תצביתא, *κόσμος*. — קש[ט]ה «jura ejus», gr. *δίκαια*. Vocem compleverunt Nöldeke et Clermont-Ganneau. — Sub finem, legendum הגרפא : primæ litteræ vestigium apparet.

Altero versiculo, post nomen patris hujus Agrippæ, recitabantur solitæ formulæ quas adjecimus, aut aliæ parum diversæ, et temporis notitia textus absolvebatur.

Superioris inscriptionis notata epocha mensi martio anni p. Chr. 236 respondet. Altera paulo recentior videtur. Quo autem titulo J. Aur. Zenobius jus habuerit in sepulcrum a J. Aur. Marona conditum, e genealogiis non liquet. Zenobius noster non is est qui sub n° 3933 commemoratus est, sed, ut videtur, ejus patruelis.

4210

Spoer. I.

(Tab. XXXIII.)

Tabulam lapideam altam 0^m,165, latam 0^m,28, in plures partes fractam, Palmyræ mense aprili anni 1904, repperit Dr. Hans H. Spoer, Americanus; eam sibi jure emptionis comparavit, et penes ipsum nunc asservatur. Tabula olim cuidam simulacro supposita fuisse videtur. Ea exaratus est titulus, accurata scriptura, litteris alte incisis. Imaginem ad ectypum effictam tabula nostra damus.

Edidit ipse Spoer, *Palmyrene Inscriptions found at Palmyra*, n° 1, in ephemeride *Journal of the American Oriental Society*, t. XXV [1904], p. 314. — Repetierunt M. Lidzbarski, *Ephemeris für sem. Epigraphik*, t. II, p. 313. — Ch. Clermont-Ganneau, *Épigraphie palmyrénienne*, in *Recueil d'archéol. orientale*, t. VII, p. 346. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 718.



[illegible]	1	נפשה דנה די חלא בר	*Monumentum hoc est τοῦ Ḥalâ, filii*
[illegible]	2	נבוזבד בר כילי חבל	*Nebuzabad, filii Kîlai. Heu!*
[illegible]	3	בשנת 548	*Anno* DXXXXVIII,
[illegible]	4	בירח סיון יום 18	*mense Sîuan, die* XVIII.

V. 1. נפשה : sic in lapide. Utrum sit pro נפשא, permutatis litteris ה et א, an nomen cum pronomine suffixo : id multo probabilius; nec obstat appositio pron. demonstrativi דנה inter nomen et relativum די : exempla enim hujus syntaxis præbent scriptores Syri (cf. R. Duval, *Gramm. syr.*, p. 351). Nemo est, opinamur, qui legere velit נהריחלא, nomen scilicet compositum ad instar nominis נצריחבי (sub n° 3968).

חלא, sic legimus, inspecto ectypo; Spoer perperam edidit חנא.

V. 2. כילי, nomen jam supra occurrit (n° 4029).

V. 4. Ultima signa numeralia, deficiente spatio, infra lineam scripta sunt.

Notatum tempus respondet mensi junio anni p. Chr. 237.

4211

Schröder (α), 2; Wright (α), 6; Simonsen, 8.

(Tab. XXXIII.)

Titulus duplici lingua conceptus, græca et palmyrena, tabulæ lapideæ litteris accurate exaratis inscriptus est, quæ, ut videtur, fronti sepulcri affixa fuit. Margine et toro circumdabatur scriptura. Lapis ferme ex omni parte, maxime autem superiore et inferiore, mutilus est; pars reliqua alta est $0^{m},40$, lata $0^{m},36$. Palmyra Damascum ante annum 1884 transvectus est, ubi eum jure emptionis sibi comparavit cl. v. J. Löytved, Danorum consul Beryti degens. Exstat nunc Hafniæ, in Glyptotheca. Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Primus edidit ad fidem apographi a Löytved accepti P. Schröder, *Neue Palmyrenische Inschriften*, n° 2, in *Sitzungsb. der Königl. Preuss. Akademie der Wissenschaft. zu Berlin*, anno 1884, p. 438. — Eodem ferme tempore, photographicæ imaginis parum perspicuæ auxilio, interpretationem agressus est W. Wright, in diario *Proceedings of the Society of Biblical Archæology*, t. VI, p. 28, n° 6. — Repetiit D. Simonsen, *Sculptures et inscriptions de Palmyre*, n° 8, addita Eutingiana delineatione. — Retractavit Ch. Clermont-Ganneau, *Notes d'épigraphie palmyrénienne*, in *Recueil d'archéol. orient.*, t. III, p. 160. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 82. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1783.

En quæ e titulo græco servata sunt, et quæ, scripturæ palmyrenæ auxilio, restituit Clermont-Ganneau :

ΡΗΛΙΟϹ	1	[Ἰούλιος Αὐ]ρήλιος [Εὐτύχης]
ΥΚΟΙΝΩΝΟΝΙ	2	[Ἀγγαίο]υ κοινωνὸν [προσ-
ΤΟΕΝΤΩΑΝΑΓΑΙ	3	ελάβε]το, ἐν τῷ ἀναγαί[ῳ]
ΕΤΟΥΜΝΗΜΕΙΟ	4	. . . . . ετου μνημείο[υ]
ΝΙΟΥΛΙΟΝΕΡΜΕΙΑΝΑ	5	[Γάϊο]ν Ἰούλιον Ἑρμείαν, ἀ-
ΔΕΛΦΟΝΑΥΤΟΥΟΑΜΦΟ	6	δελφὸν αὐτοῦ, ὁ ἀμφό-
ΤΕΡΟΙΟΙΚΟΔΟΜΗϹΑΝΤΕϹ	7	τεροι οἰκοδομήσαντες
ΑΝΕΝΕΩϹΑΝΕΞΙΔΙΩΝΕΑΥ	8	ἀνενέωσαν ἐξ ἰδίων, ἑαυ-
ΤΟΙϹΚΑΙΥΙΟΙϹΚΑΙΥΙΩΝΟΙϹ	9	τοῖς καὶ υἱοῖς καὶ υἱωνοῖς,
ΚΑΙΕΙϹΤΕΙΜΗΝΥΙΩΝΜΑΕ	10	καὶ εἰς τειμὴν υἱῶν Μαε-
ΝΑΑΔΕΛΦΟΥΑΥΤΩΝΜΗ	11	νᾶ ἀδελφοῦ αὐτῶν. Μη-
ΝΙΛΩΩΤΟΥ$\bar{\text{Η}}\bar{\text{Μ}}\bar{\Phi}$ΕΤΟΥϹ	12	νὶ Λώῳ τοῦ ημΦ′ ἔτους.

Infra titulum græcum exaratus fuit palmyrenus, e quo primus versus ferme integer servatus est et duorum subsequentium partes tantum supersunt; reliqua, probabiliter duo versus, perierunt. Hæc tuto legi possunt :



יולים אורליס אוטכא חגי אח[בר] 1

בעלי[תא די] קברא דנה ל[גים] 2

[יו]לי[ס הרמים א]חוהי די 3

Id est :

1 *Julius Aurelius Eutyches, (filius) Ḥaggai, participem fecit*
2 *tabulati superioris hujus sepulcri [Gaium*
3 *Julium Hermeiam, fra]trem suum, qui.....*

In græco titulo, v. 5, nomen Γάϊον conjicere licet ob angustum spatium.

Versus 2. עליתא, hebr. עֲלִיָּה, « tabulatum superius »; ἀνάγαιον, locus ubi Christus ultimam cœnam celebravit (*Marc.*, XIV, 15; *Luc.*, XXII, 12), vertit Syrus ܥܠܝܬܐ. — Sub finem, legendum לגים, si placet græci textus restitutio.

Erectus titulus mense augusto anni p. Chr. 237.

4212

(Tab. XXXV.)

In regione orientali, septentrionem versus, ducentos et quinquaginta passus ultra murum civitatis, prope turrim nondum penitus collapsam, inter collem et sepulcrum quod vocant Arabes Qaṣr el-Ḥayeh (Wood, pl. I, *y*; pl. LIII, LIV), effoderunt anno 1914 rev. Jaussen et Savignac lapidem longum $0^m,91$, altum circiter $0^m,26$, fragmentum scilicet hyperthyrii in partes rupti, titulo bilingui insignitum. Ad ectypa quæ fecerunt imaginem tabula damus.

Sex scripturæ versus, plus minus evanidæ, servati sunt; tres primi græce, quartus partim græce partim palmyrenice, duo infimi palmyrenice exarati sunt. Initio periit saltem versus græcus e quo unam litteram dispicere licet, et probabiliter sub finem versus palmyrenus.

Textus græcus in tabula exhibetur; ejus transcriptio hæc est :

.....α[.....]
Βαρέχει ....[θου τ]οῦ Μαρικ[.....]μαια συμ[..... ἀ]
δελφῷ αὐτοῦ καὶ Μουκιανῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ε(ἰ)ς τειμ[ὴν αὐτῶν κ]
αὶ υἱῶν καὶ (υἱ)ωνῶν καὶ ἐγγόνων εἰς (τ)ὸ παντελές· μηνὶ Γ[ορπιαίῳ το]
ῦ γξϕ′ ἔτους.

Palmyrenus sic legendus et transcribendus :



. . . . . א די קברא דנה וגומחין ארבעא די עליתא

. . . . . מקימו ברת זבדעתה ואקמא ברת בלטי ורמנוס בר מלא ב . .

. . . . . בריכי בר ע . . . . . ' . . . . . רמ . . .

Hæc est translatio et, quoad sensum, restitutio :

1 (partem quamdam) *hujus sepulcri et loculos quattuor tabulati superioris*
2 (concesserunt) . . . . *Moqîmu filia Zabdeʿateh, et ʾAqmê filia Balaṭai, et Romanus filius Malê, . . .*
3 (. . . . . τῷ) *Barîkî filio ʿA . . . . . .*

Ad sinistram tituli græci, ut videre est in tabula, supersunt litteræ palmyrenæ :

i. e. [ניהון ולב]להון

quæ ad conclusionem inscriptionis nunc deletæ pertinent; scriptura grandior est et elegantior quam nostri tituli. Suspicamur hanc inscriptionem medio lapide exaratam esse et sepulcri conditi memoriam tradidisse. Hyperthyrii integri, tria metra circiter longi, partem sinistram alius fortasse titulus nostro similis occupabat.

Inscriptionem græcam quam tractamus ab initio mutilam esse, e contextu et collatione tituli palmyreni satis liquet. Unus saltem versus initio periit; præterea aliquot litteræ sub finem cujusque lineæ desiderantur, quarum restitutionem tentavimus.

V. 2. Μαρικ . . . : legendum Μάρι κ[αὶ] facile conjicies; obstat tamen quod spatium subsequens nimium est ut uno nomine repleatur. Litteræ *συμ* initium esse possunt vocis *σύμβιος*; sed etiam, quod magis arridet, initium nominis proprii. — V. 3. Μουκιανός, nom. latin. *Mucianus; ès* pro *εἰς*. — V. 4. καιωναν, pro *καὶ υἱωνῶν*, et εισιο pro *εἰς τὸ*.

In textu palmyreno aliquot voces initio primæ lineæ perierunt, quibus pars sepulcri designabatur. — עליתא « tabulatum superius »; græce *ἀνάγαιον*, sub n° 4211.

Versus 2. Exspectes verbum num. plur., ex. gr. רחקו « concesserunt ». — מקימו : nomen ubique masculinum invenimus; quare suspicamur scriptum fuisse, præposito mulieris nomine, מקימו ברת [אתת] « [uxor] Mocimi, filia Zabdeathis », vel nomen integrum בתמקימו fuisse, ad analogiam nom. בתמלכו etc. compositum. — בלטי : nomen occurit in antiquo titulo aramæo (*R.É.S.*, n° 957); cf. حكم, nom. viri (Cureton, *Spic. syr.*, 25[10]). — רמנוס, Ῥωμανός, *Romanus;* sic legimus quod prima littera puncto superno instructa videtur; minus ergo probabilis est lectio דמנוס, Δόμνος. Penultima littera non omnino certa. — Post מלא, dispicitur ב ante unum aut duo signa evanida.

Versus 3. בריכי, supra Βαρέχ[εις], sed Βαρείχεις, sub n° 3931. — Reliqua scriptura jam non legenda : utrum vitio ectypi an mutilatione lapidis nescimus.

Agitur de concessione cujusdam partis monumenti facta Barichio et ejus fratribus, ab eis qui sepulcrum jure hæreditatis tenebant.

Erectus est titulus, teste græco, mense septembri anni p. Chr. 252.

4213

Sachau, 6.

(Tab. XXXIV.)

In regione civitatis boreali, occidentem versus, sexaginta passus ad septentrionem monumenti Qaṣr el-Ḥayeh dicti (vide sub n° 4212). Inter rudera sepulcri jacet hyperthyridis fragmentum 0^{m}, 58 longum, titulo duplici lingua concepto insignitum. Anno 1879 invenit Eduardus Sachau. Vidit etiam Sterrett, qui græcas tantum voces exscripsit. Demum, anno 1914, ectypum sumpserunt rev. Jaussen et Savignac. Ad hoc ectypum effictam imaginem tabula damus.

Edidit Ed. Sachau, *Palmyrenische Inschriften*, n° 6, in diario *Zeitschr. der Deutschen Morgenl. Ges.*, t. XXXV [1881], p. 742, sine delineatione. — Græcum edit J. Sterrett, in opere inscripto *The Wolfe Expedition to Asia Minor*, sub n° 644. — De titulo egit Ch. Clermont-Ganneau, *Épigraphie gréco-romaine de Palmyre*, in *Rec. d'archéol. orient.*, t. V, p. 99. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1642.

Quæ e titulo supersunt sic se habent :



Singulas lineas longiores fuisse et tituli, fortasse duorum titulorum, partem minorem servatam esse evidens est. A sinistra, initio tituli græci, litteræ circiter viginti desiderantur; a dextera autem plus quam triginta quinque, ut infra exponemus. Brevissima quæ fingi potest restitutio græci ea est :

[Τὸ *μνημεῖον τοῦτο ἔκτ*]*ισαν* Ἀδδουδάνης *καὶ* Ἀλαίσα[*ς*. . . . . .
[*ἑαυτοῖς καὶ υἱοῖς καὶ ἐ*]*γγόνοις. ἔτους τετάρτου ἐξ*[*ηκοσίοῦ*. . . .

Palmyrena sic transcribenda et vertenda sunt :

. . . . . 5[64] שנת באלול לעלמא בנה נא . . .
. . . . . בר תימא אזרזירת להון ולבניה[ון] . . .

. . . . . *nepo*]*tibus ejus in æternum, (mense) 'Elul anni* ה[*LXIIII*] . . . . . .
. . . . . *filii Taimê 'Azarzîrat; ipsis et filiis ipsorum* . . . . . .

Ἀδδουδάνης, palmyrenice חדודן; notissimum nomen. Quo nomine vocabatur hujus frater? Nominis initium scripsit Sachau : ΑΛΑΙC. . ., Sterrett : ΑΛΑΙCΙ. . . .; in ectypo legimus ΑΛΑΙCΑ. . .; fortasse fuerit Ἀλαίσας, quo nomine non male palmyrenum עלישא (n° 4129) verteretur; cf. Θαιμίσας = תימשא.

V. 1. Hanc lineam quam, monente Savignac, supra græcum posuimus, infra tradit Sachau, et alteram quam nos infra is supra posuit. — Initio, litteræ נא supersunt e voce mutila; fortasse restituendum est נא[ב]. Sequitur vox ברה; vix credas esse verbum, sed potius lapsum pro בנוה (vide hanc formam sub n° 4202).

(Impressum mense augusto anni 1925.

V. 2. תימא; ultimum genealogiæ nomen. Descripserat Sachau ברתיכא. — Sequitur cognomen אזוירת; vox peregrinæ originis, persicæ vel arabicæ. Alibi non invenimus.

Epocha exarati tituli, præter morem, græcis vocibus, non signis, notata est. Cum autem initium tantum legerent, *ἔτους τετάρτου*, neglectis sequentibus litteris, de quadam æra nova Sachau, de æra Diocletiani Sterrett cogitavit; quod minime congruit cum palmyreno textu; nam ibi primum signum, unicum quod superest, numerum quingentesimum designat. Merito igitur integrum textum restituit Clermont-Ganneau : *ἔτους τετάρτου ἑξ[ηκοσιοῦ καὶ πεντακοσιοσιοῦ, μηνὶ Γορπιαίῳ]*, id est mense septembri anni 564, seu p. Chr. 253.

4214

Vogüé, 71.

(Tab. XXXII.)

Regione occidentali ad exitum magnæ porticus, ante ruinosum monumentum repperit et delineavit H. Waddington titulum duplici lingua conceptum, tribus inscriptum lapidibus, e corona muri decisis, ut videtur. Illum jam anno 1691 viderat et exscripserat Guilelmus Halifax; sed cum lapides casu disjuncti essent, duos titulos esse putaverunt editores. A. D. Mordtmann etiam, suo tempore, apographum fecit, quod in omnibus cum apographo Waddingtoniano congruit. Denique, anno 1902, professor Puchstein rudera sepulcri sedulo exploravit; anaglypha mutila sarcophagorumque fragmenta invenit, et etiam hyperthyridem longam $2^{m},75$, altam $0^{m},78$, cujus fasciis titulus græcus insculptus fuit : sed præter litteras ΑΛΛΗ[illegible], initio versus inferioris, nihil dispicere valuit. Vide M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften*, p. 54.

Lapides quibus inscriptus est titulus noster ingentes sunt : medius $0^{m},37$ altus est, $3^{m},20$ longus, et duo alii fere ejusdem molis; in dextero, linea servatæ scripturæ $2^{m},70$, in sinistro $2^{m},65$ extensa est. Grandioribus litteris exaratus est textus : græcæ $0^{m},12$, palmyrenæ $0^{m},11$ altæ sunt. Utriusque textus ectypum nobis anno 1887 fecit Jos. Steph. Gautier, ad quod effictam delineationem hic subjicimus; tabula autem imaginem ad ectypum quod expressit Savignac damus.

G. Halifacis apographum palmyrenum adeo confusum est ut vix duo signa dignoscere tuto valeas. — Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 71, apographo Waddingtoniano usus. — De titulo egerunt A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge*, p. 28. — Th. Nöldeke, *Beiträge zur Kentniss der aram. Dialecte*, in *Zeitschr. d. D. Morgenl. Gesellschaft*, t. XXIV [1870], p. 88, 96, 103, 105. — J. Halévy, *Mélanges d'épigraphie*, p. 106. — S. Reckendorf, *Palmyrenisches*, in *Wiener Zeitschr. für Kunde des Morgenl.*, t. II [1888], p. 326. — Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéologie orientale*, t. III, p. 161, 175; t. VII, p. 24. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 84.



Textus græcus : Bernardus et Smithus, n^is^ xvii, xviii; et inde *C. I. Gr.*, n^is^ 4508, 4509; Waddington, n° 2622. — Uno versu exaratus est :

[Τὸ *μνημεῖον τοῦτο ἔκτισα καὶ*] *ἀριέρωτα υἱοῖς καὶ ὑωνοῖς ἄρσεσι, ἐπὶ τῷ κατὰ μηδένα τρόπον κοινωνὸν αὐτοῦ προσλαβεῖν, καθ*[*ὰ ἔγραψα*].

Palmyrenus legendus et vertendus videtur :

[ק]ברא דנה דנבת ואקדשת לבנין ולבניבנין דכרין ולא יהון [של]טין או למבעד או לאחבורא בה איש היך די כתבת

Sepulcrum istud quod ædificavi et consecravi pro filiis et nepotibus maribus; et non liceat eis sive (illud) alienare, sive ejus participem quempiam facere, sicut scripsi.

Halifacis apographa græca non prodierunt in *Philosophical Transactions*, sed duo tantum vulgavit Bernardus in suis *Inscr. gr. Palmyr.* (n^is^ xvii, xviii) et inde in *C. I. Gr.* venerunt; tertium vero nonnisi in nova itineris relatione (Pal. Expl. Fund, *Quart. st.*, 1890, p. 293) exstat.

Quid initio textus græci desit conjiciendum est. Ultimas litteras descripserunt Halifax et Puchstein ΚΑϹ▨, sed ab ectypo potius legendum ΚΑΘ▨, unde restituimus, suadente textu palmyreno, *καθ*[*ὰ ἔγραψα*].

Observandum est titulum quo, præter morem, conditoris nomen non occurrit, probabilius fuisse quasi complementum aut, si mavis, prologum tituli hyperthyride exarati, cujus vestigia invenit Puchstein.

דנבת : fortuita metathesis pro דבנת, ut bene vidit Nöldeke, i. e. דִּי בָנִית. Emendationes quas proposuerunt Halévy : נדבת, et Clermont-Ganneau : דצבת, fundamento carent. — דכרין; sub n° 4159 : דכריא.

יהון לא «ne sint», filii nempe. Postea fere evanuerunt signa quinque; singulorum tamen vestigia in ectypo dispicere licet; unde restituimus : יהון שלטין לא «non sint potentes» id est «non liceat eis». Ad analogiam cognatarum dialectorum exspectes שליטין, «potestate præditi».

למבעד «ad concedendum»; infinitivum verbi בעד, in prima conjug.; אחבורא, «participem facere», infinit. verbi חבר, in conjug. causativa, ad normas efformatum aramaicæ dialecti palæstinensis, cujus affinitatem cum palmyrena jam non semel observavimus. בעד autem in usu est apud Syros eodem sensu ac רחק, cf. sub n^is^ 4171, 4204, etc.

איש «aliquis» (cf. n^um^ 141); Reckendorf אִתָּא temere conjecerat.

היך די כתבת «sicut scripsi»; sane in alio titulo nunc deperdito. Num his verbis absolvebatur inscriptio, non liquet.

Elegantioris scripturæ palmyrenæ egregium specimen præbet titulus.

4215

Chabot (α), 27.

(Tab. XXXII.)

In regione australi orientem versus, prope titulum sub n° 4168 editum. Titulus hyperthyride inscriptus fuit, et duplici lingua conceptus, græca et palmyrena. Lapis 1^m^,72 longus, mutilus est; periit pars sinistra satis ampla, si quidem initio primi versus litteræ græcæ circiter viginti desunt. Tribus versiculis constabat græca inscriptio; sub finem tertii quattuor voces palmyrenæ scriptæ

sunt, reliquum inferiore fascia supercilii exaratum desideratur. Invenit Æmilius Bertone et apographum fecit quod vulgavit Chabot. Ad ectypum quod expresserunt rev. Jaussen et Savignac imaginem tabula damus.

Edidit J.-B. Chabot, *Notes d'épigr. et d'archéol. orient.*, n° 27. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2189.

Græcus titulus sic partim compleri potest :

1 [Τὸ *μνημεῖον τοῦτο ἔκτι*]σαν Ὄγηλος Σαλαμαλλάθου τοῦ Νεσᾶ καὶ Ἰαρ(ι)βωλὴς Σάλμης Νέσης Νέσας Μαεναῖος Ὄγηλος καὶ Βάρσαδος *υἱοὶ*

2 [*αὐτοῦ εἰς τειμὴν ἑαυτῶν καὶ υἱῶν*] καὶ *υἱωνῶν καὶ ἐγγονῶν εἰς τὸ παντελὲς ἀφειερώσαντες αὐτό ἀΐδιον ὡς μὴ ἐξεῖναί τινι ἀπαλλοτριοῖν*

3 [*αὐτὸ κατὰ μηδένα τρόπον ἢ*] *τὸν τοιοῦτον ἐνέχεσ*[*θαι*]. . . . . *τῷ ταμείῳ* Ж ε

Græci ope, initium palmyrenæ inscriptionis, non sine magna probabilitate, hunc in modum restituere licet :

1 קברא דנה די בנא

2 [ענילו בר שלמלת בר נשא וירחבולא ושלמא ונשא ומעני ועגילו וברשעד בנוהי ליקרהון וליקר בניהון ובנאבניהון לעלמא] . . . . . .

Id est :

1 *Sepulcrum hoc (est) quod ædificarunt*

2 [*ʿOgîlu, filius Šalamallât, filii Nešâ, et Iarḥibolê et Šalmê et Nešâ et Maʿnai et Barš̆ad, filii ejus, in honorem eorum, et in honorem filiorum et nepotum eorum, in æternum*;]. . . . . .

In primo versu græco CΑΛΜΗCΝЄCΗCΝЄCΑC fert lapis. Verum, cum Νέσης et Νέσας idem nomen נשא esse videantur, dubium oritur an sculptor lapsu iterum delineaverit litteras HCNЄC, quæ delendæ essent.

Ἰαρβωλὴς : restitue Ἰαριβωλὴς.

Nomen Βάρσαδος, prima vice hic occurrit; palmyrenam lectionem ברשעד sub n° 4544 inveniemus.

V. 2. ἀπαλλοτριοῖν, sic; lege -τριοῦν.

Initio versus tertii lacunam supplevit Haussoullier.

Sub finem, de multa fisco persolvenda ab eo qui sepulcrum violaverit agebatur; quemadmodum sæpius invenimus in titulis nabateis; cf. supra sub nis 199, 205, 206, etc. Littera numeralis ε videtur interpretanda πεντακισχείλια.

4216

(Tab. XXX.)

In Valle sepulcrorum, prope alveum, ad latus sinistrum. Hyperthyride magnæ molis inscriptus est titulus bilinguis quinque versibus : duo supremi græce, tertius partim græce partim palmyrenice, duo inferiores palmyrenice exarati erant. Sed penitus evanuit inscriptio, præter initium textus palmyreni. Invenit Savignac et ectypum fecit quod tabula damus. Longum est fragmentum $0^{m},36$.

[illegible] קברא דנה בת עלמא ע[בד]

Sepulcrum hoc, domum æternitatis, fe[cit ....]

4217

In Valle sepulcrorum, viginti passus remotam a titulo sub n° 4170 edito, repperit H. Waddington hyperthyridem humi jacentem, affabre sculptam, et titulo bilingui olim insignitam; sed inscriptiones fere evanuerunt.

Litteras græcas superstites descripsit et edidit (n° 2623) hunc in modum :

. . . . . .
. . . . . .νί]οῖς καὶ νίωνοῖς καὶ ἐγγόνοις ἄρσεσι. . . . . .
παρὰ τὸ ἐξὸν ο[ἰῳδ]ήποτε τρόπῳ ἀπαλλοτριῶσαι τὸ σ. . . . .
. . . . . .τοῦ τ]άφου σι. . . . . .

E palmyreno textu, duabus lineis infra græcum scripto, hæc tantum sibi dispicere visus est Waddington; quae, cum nullum sensum præbeant, a Vogüé prætermissa sunt :

[illegible]

4218

Ledrain (*n*), 1; Clermont-Ganneau (*ð*), 1.

(Tab. XXVII.)

Tabula lapidea alta $0^{m},52$, lata $0^{m},30$; ei inscriptus est titulus septem constans versibus, scriptura accurate exarata. Monumentum, anno 1891, una cum aliis (vide sub n° 4119) nostro Clermont-Ganneau transmissum est. Exstat Parisiis in museo Luparensi (A. O. 2204). Imaginem ad ipsum lapidem expressam tabula damus.

Edidit E. Ledrain, *Inscriptions sémitiques inédites*, n° 1, in *Revue d'assyriologie*, t. III, p. 27. — Retractavit et emendavit Ch. Clermont-Ganneau, *Bustes et inscriptions de Palmyre*, in *Études d'archéol. or.*, t. I, p. 121. — De titulo egit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsem. Epigraphik*, p. 142, n. 2; p. 480 (tab. XLI, 2). — H. Winckler, *Zu sémitischen Inschriften*, in suis *Altorientalische Forschungen*, t. II. p. 322. — Rursum M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 195. — G. A. Cooke, *A Text-Book of North-Semitic Inscriptions*, n° 145. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n°s 1071, 1656.



חבל שמשגרם בר נורבל 1

מראגרא והו בנא קברא דנה 2

ואנש לא יפתח עלוהי נומחא 3

דנה עד עלמא לא יהוא לה 4

זרע וגר עד עלמא ולא יקשט 5

למן די יפתחיהי עד עלמא 6

ולחם ומן למא ישבע 7

1 *Heu! Šamšigeram, filius Nurbél,*
2 *dispensator. Ipse ædificavit sepulcrum hoc.*
3 *Et nemo aperiat super eum loculum*
4 *istum, in æternum. Ne sit ei (qui aperuerit)*
5 *semen aut patronus, in æternum; neque sit jus*
6 *ei qui aperuerit illum, in æternum;*
7 *et pane et aqua neutiquam satietur.*

V. 2. מראגרא, ad litteram «dominus mercedis»; cf. syr. ܡܪܐ ܐܓܪܐ «conductor operarum», qui stipendia pendet; אגרא non respondet græco *ἀγορά*, neque מראגרא est *ἀγοράνομος*, vide sub n° 3932. Vertimus «dispensator», voce latioris sensus; mavult Clermont-Ganneau «thesaurarius».

V. 3. נומחא : ultima littera, deficiente spatio, infra lineam scripta est.

V. 5. זרע «semen, posteritas». — Sequitur vox dubiæ lectionis : גד vel גר. Clermont-Ganneau legit גד, id est *τύχη*, fortuna prospera. Chabot conjecit גר «patronus» (cf. גיר sub n° 3973), eo quod locutio בנוה וגרה, sub n° 4035, bene congruit cum זרע וגר in textu nostro. — יקשט, verbum denominativum; cf. קשטא, *τὰ δίκαια* (sub n° 4209), unde sensus «jus habere, obtinere» aptior videtur quam «prosperare». Qui violaverit sepulcrum, ne tutela legum fruatur in æternum.

V. 7. מן scriptum esse pro מין «aqua» suadet contextus; non audiendus H. Winckler qui interpretatus est «manna», totam locutionem ad ritus funebres referens.

V. 8. למא negationem exprimere satis liquet, et quidem paulo aliter ac לא. Ita etiam apud Syros ܠܡܐ «ne», tanquam particula prohibitionis adhibetur. Etymon est לא־מא «nihil», ut patet ex usu targumico, aliud proinde ac particulæ interrogativæ למא = ל־מא «ad quid».

Adeo similis est scriptura scripturæ tituli sub n° 4119 editi, ut non sit dubium quin ambo coævi sint, immo probabiliter ab eodem lapicida incisi. Ille autem anno p. Chr. 57 exaratus est.

4219-4226

In regione australi, ad orientem monumenti Maghârat el-Djedideh dicti (vide sub n° 4171), sepulcrum in speciem turris ædificatum visitavit anno 1883 J. Euting et aliquot titulos, internis parietibus sive incisos sive depictos repperit; rursum, anno 1914, ectypa et delineationes fecit rev. Savignac.

4219

Euting, 13.

(Tab. XXXIV.)

Intra monumentum, in prima contignatione. Titulus tabula ansata inscriptus, $0^{m},20$ lata, $0^{m},14$ alta. Litteræ incisæ minio deductæ sunt. Imaginem ad ectypum effictam tabula damus, hic autem apographum Eutingianum subjicimus.

Edidit J. Euting, *Epigraphische Miscellen*, n° 13. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 395.



חבל פציאל 1 *Heu! Phasaiêl,*

בר שדי בר 2 *filius Šaddai, filii*

רפבול אראש 3 *Rephabôl, (filii) 'Arâš.*

Adverte in hoc titulo litteram ר puncto superno notatam esse.

Versu 2, nomen patris legit Euting שרי : utrum secunda littera puncto sit instructa an non, ab ectypo definire non licet. Contendit Lidzbarski (*Ephem.*, I, p. 198) legendum esse שרי, idem nomen ac סרי; quam diversitatem etiam in scriptura nominum שריכו, סריכו, e quibus ista deducta videntur, jam observavimus. In hanc opinionem adductus est eo quod sub n° 4159 cognomen אראש in genealogia viri סרי appellati occurrit. Conjectura fortasse vera, non tamen indubia; sub n° 4220, nomen שעי sine puncto scriptum est, etsi punctum in voce ברת appositum est; ita etiam in apographo n° 4379, ubi ter occurrit littera ר semper puncto distincta. Hinc lectio שרי, quanquam interpretatu minus facilis, non rejicienda videtur. Fortasse sit contractio arctior nominis שערי (vide sub n° 3967).

4220

Euting, 14.

(Tab. XXXIV.)

Eodem loco. Titulus tabula ansata $0^{m},17$ alta, $0^{m},16$ lata, rectis lineis inscriptus supra titulum sub n° 4219 editum. Ad ectypum expressam imaginem tabula damus; hic vero delineationem Eutingianam subjicimus.

Edidit J. Euting, *Epigraphische Miscellen*, n° 14. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 396.



שלמא ברת 1 *Šalmê, filia*

[אקמ[ל בר 2 *'Aqqim[al filii]*

שדי חבל 3 *Šaddai. Heu!*

חבל שלמי 4 *Heu! Šalamai,*

ברת פציא 5 *filia Phaṣîê.*

Versus 1. שלמא, lectio certa; nomen utriusque generis, sæpius tamen masculini.

Versus 2. אקמל, nomen conjectura restituimus (cf. n^{um} 4167). Euting dubitans : אקמי.

Versus 4. Euting conjecit [ש]למא; lectionem שלמי nobis potius suadent ectypa. Nomen occurrit sub n° 4283.

Versus 5. Initio, ברת fere certum; sed pro שכיא . . ., lectione Eutingiana, legimus פציא; cf. פציאל, sub n° 4219.

4221

Euting, 17.

Eodem monumento, supra loculum ad quem inscriptus est nus 4220. Trullissato parieti leviter incisam inscriptionem repperit et delineavit J. Euting. Apographum quoque fecit rev. Savignac. Utrumque hic subjicimus.

Edidit J. Euting, *Epigraphische Miscellen*, n° 17. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 399.



חבל שלמא *Heu! Šalmê.*

4222

Euting, 15.

Eodem monumento. Rubro colore pariete pictam, mutilam inscriptionem repperit et delineavit J. Euting. Ejus apographum hic damus.

Edidit J. Euting, *Epigraphische Miscellen*, n° 15. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 397.

.... 1 ....

ברת 2 *filia*

ש[די ארא]ש 3 [*Šad*]*dai*, (*filii*) *'Arâš.*

שרי vel שרי; cf. sub n° 4219.

4223

Euting, 16.

Eodem monumento. Titulum rubro colore pariete depictum, sed fere evanidum, vidit et delineare conatus est J. Euting. Ejus apographum hic subjicimus.

Edidit J. Euting, *Epigraphische Miscellen*, n° 16. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 398.

Una vox superest, quæ legenda videtur :

אלהבל *'Elahbêl.*

4224

Euting, 18.

Eodem monumento. Trullissato pariete inscriptionem rubro colore pictam repperit et delineavit J. Euting. Ejus apographum hic subjicimus.

Edidit J. Euting, *Epigraphische Miscellen*, n° 18. — Retractavit J.-B. Chabot, *Notes d'épigraphie*, observ. n° 6. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 400.



חבל [ת]מא 1 *Heu! Tamma*

ברת עתעקב 2 *filia 'Atê'aqab,*

[זבד|עתה 3 (*filii*) [*Zabde*]*'ateh,*

עת|עקב 4 (*filii*) [*'Atê*]*'aqab.*

5 *Heu!*

Nomen defunctæ mulieris incertum est. Chabot תימא proposuit; inepte quidem, cum תימ־ nomen masculinum innuat; potius sit תמא. Euting legit אמה.

4225

Euting, 19.

Eodem monumento. Titulum pariter rubro colore pictum descripsit J. Euting. Ejus apographum hic subjicimus.

Edidit J. Euting, *Epigraphische Miscellen*, n° 19. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 401. — Repetiit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsem. Epigraphik*, p. 481, n° 3 (tab. XLI, 9).



חבל רפבול בר עתעקב 1
בר זבדזבדעתה אראש 2
חבל 3

1 *Heu! Rephabôl, filius ʿAtʿaqab,*
2 *filii... Zabdeʿateh ʾArâš*
3 *Heu!*

V. 2. Litteras זבד lapsu iteratas opinamur. Euting duo nomina «Zebed Zabdeʿateh» legit; et revera nomen זבד occurrit sub n° 4070.

4226

Eodem monumento. In conclavi inferiore, supra portam, vestigia tituli nigro colore depicti descripsit, anno 1914, rev. Savignac. Litteræ grandiores, partim evanuerunt. Apographum hic subjicimus.



בל....
בר... בטב

Vox בטב «in bono» suadet initio tituli inscriptam fuisse formulam optativam; cf. sub n° 4207.

4227-4230

Inter schedas docti viri A. D. Mordtmann inventæ sunt delineationes quædam palmyrenarum inscriptionum. Eas acceperat a filia, uxore J. Reek, qui annis 1870-1871 præsidio turcarum militum Emesæ et Palmyræ præfuit. Apographa vulgavit D. Henricus Müller, anno 1898, in opusculo sæpius laudato *Palmyrenische Inschriften* inscripto, p. 16. Anno autem 1914 inscriptiones in situ repperit rev. Savignac, parietibus scilicet hypogei prope Maghârat el-Djedideh obruti minio depictas; sed, collapsa trullissatione, partim periit scriptura : quæ supersunt descripsit. Nimis quidem imperfecta sunt apographa ut inscriptionum plena interpretatio dari possit; sed ne quid desit operi nostro ea hic tradimus. Egregium etiam vulgaris scripturæ palmyrenæ specimen præbent.

Vide D. H. Müller, *loc. laud.* Utrum transcriptiones ibidem datæ ipsius Mülleri sint an J. H. Mordtmanni, non liquet. — Retractavit J.-B. Chabot, in *Rép. d'épigr. sémit.*, n^is 1627-1630.

(Impressum mense augusto anni 1925.

4227. — Apographum Mordtmannianum a dextera, Savignacianum a sinistra ponimus.





מטא לעתי בר עתנתן	1	*Obtigit τῷ ʿAttai filio ʿAtênatan,*
עוידא תיבול גומחא	2	*(filii) ʿAuîdâ, (filii) Taibbôl, loculus*
נויא ד..ה ופלנה	3	*intimus ..... et dimidia pars*
די אכסדרא דנה	4	*hujus exedræ*
.א.הי. בניבנין	5	.....
ד..מא בת א..א	6	.....

4228. — Ambo apographa damus.





לעתי בר ע[תנתן]	1	*τῷ ʿAttai, filio ʿAtênatan,*
עוידא גמחין	2	*(filii) ʿAuîdâ, loculi*
ארבעא	3	*quattuor.*

4229. — Apographum Mordtmannianum. Savignac non vidit.



....ית..ש...הון	1	
נמחין תשעא	2	*loculi novem.*

4230. — Ambo apographa damus.





חבי בר עוידא 1 *Ḥabbai, filius ʿAuîdâ.*

חבל 2 *Heu!*

4227. — V. 1. עתי : nomen utriusque generis; masculinum jam occurrit sub n° 3967.

V. 2. גומחא; vox in singulari numero adhibita videtur, cum formam pluralem גמחין sub n^is 4228, 4229, habeamus.

4230. — חבי, nomen alibi non invenimus; sed cf. חבא, sub n° 4315. Coarctatum fortasse ex חביבי.

4231

(Tab. XXXV, XXXIX.)

Lapis $0^m,85$ altus, $1^m,78$ latus. Eo insculptæ sunt anaglypticæ imagines : a fronte nempe, viri lecto recumbentis mulierisque cathedra ad pedes viri sedentis, et inter eos, pone lectum, trium virorum stantium; cuique imagini adscriptum est proprium nomen. Palmyræ, anno 1890, vidit et descripsit rev. G. E. Post; rursum, anno 1896, Æmilius Bertone parum accurate inscriptiones delineavit. Anno autem 1914, monumenti in prætorium translati novam imaginem et inscriptionum ectypa expressit rev. Savignac, quæ damus : imaginem tab. XXXIX, ectypa vero tabula XXXV.

Proprium apographum edidit G. E. Post, *Narrative of a Trip to Palmyra*, in diario Consociationis pro exploranda Palæstina, *Quarterly Statement for 1891*, p. 20. — J. E. Hanauer illud infeliciter interpretari aggressus est, *Notes on Dr. Post's Inscriptions; ibid.*, p. 156. — Rectius H. Porter, *Notes on the Palmyrene Inscriptions, ibid.*, p. 312 (cf. etiam ann. 1892, p. 47). — J.-B. Chabot, *Notes d'épigraphie et d'archéolog. orient.*, n^is 23-26, imperfecta apographa Bertoneiana tradidit. — Retractavit Ch. Clermont-Ganneau, *Notes d'épigraphie palmyrénienne*, in *Recueil d'archéol. orient.*, t. III, p. 167. — M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. I, p. 84 (cf. *Handbuch*, p. 147, n. 7). — Th. Uspensky imaginem, nulla addita interpretatione, vulgavit, anno 1902, in ephemeride Instituti archæologici moscovitæ (*Bulletin de l'Institut archéologique russe*, t. VII, tab. XIV). — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1070.

Inscriptiones eo ordine occurrunt :

A. Ad virum recumbentem :

צלם ברעתה 1 *Imago Barʿateh,*

בר ברנבו בר 2 *filii Barnabu, filii*

ברנבו 3 *Barnabu.*

B. Ad virum illi proximum :

ברעתה בר 1 *Barʿateh, filius*

ברנבו אחוהי 2 *Barnabu fratris ejus.*

42.

C. Ad virum medio loco stantem :

𐡁𐡓𐡍𐡁𐡅 𐡁𐡓 𐡁𐡓𐡍𐡁𐡅	1	ברנבו בר ברנבו	*Barnabu, filius Barnabu*
𐡀𐡇𐡅𐡄𐡉	2	אחוהי	*fratris ejus.*

D. Ad virum mulieri proximum :

𐡍𐡁𐡅𐡂𐡃𐡉 𐡁𐡓	1	נבוגדי בר	*Nabugaddî, filius*
𐡁𐡓𐡍𐡁𐡅 𐡀𐡇𐡅𐡄𐡉	2	ברנבו אחוהי	*Barnabu fratris ejus.*

E. Ad mulierem :

𐡏𐡕𐡌𐡏	1	עתמע [בת]	*ʿAtêmaʿ, [filia]*
𐡌𐡒𐡉𐡌𐡅	2	מקימו	*Moqîmu, (filii)*
𐡂𐡃𐡉𐡁𐡅𐡋	3	גדיבול	*Gaddíbôl;*
𐡀𐡌𐡄𐡍	4	אמהן	*mater eorum.*

B. — אחוהי «fratris ejus». Sic vertendum; mirum enim videretur duos fratres eodem nomine appellatos fuisse, si legamus «Barathes frater ejus». Interpretationem proposuit H. Ingholt, quæ melius quam sententia Lidzbarski, alterum nempe Barathen post mortem fratris majoris natum esse, difficultatem solvit.

D. — נבוגדי «Nebo (est) fortuna mea». Veram lectionem assequutus est Clermont-Ganneau.

E. — עתמע, nomen matris, quæ fortasse fuit uxor amborum fratrum. An sit integrum, non liquet, nam parvum lapidis fragmentum e margine excidit, sed est probabile. — גדיבול «fortuna mea Bôl», jam invenimus ut nomen gentis, sub n° 3917.

Stemma sic intellegimus :



4232

Vogüé, 61.

(Tab. XXXV.)

Valle dicta *Wâdî el-Qebûr*, e regione sepulcri Iamblici (n° 4123), anno 1861 invenit H. Waddington sarcophagum magnum, anaglyphis decoratum. Eo insculptæ erant imagines, caput scilicet et summa pectoris quinque personarum; utrum virorum an mulierum, notare omisit; sed unicuique simulacro brevis inscriptio apposita erat quam delineavit. Reppererunt etiam, anno 1914, rev. Jaussen et Savignac, et ectypa tria sumpserunt, quæ tabula damus : inscriptiones quarta et quinta penitus evanuerunt.

Edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 61. — Cf. J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 21.

A. Inscriptio prima, a dextera :

מלכו בר	1		*Maliku, filius*
חנ[ג]ו והבלת	2		*Ḥaggagu, (filii) Vahballât.*

B. Secunda inscriptio :

פציאל בר	1		*Phaṣaiêl filius*
חננו בר מלא	2		*Ḥaggagu, filii Malê,*
והבלת חבל	3		*(filii) Vahballât. Heu!*

C. Tertia inscriptio, media :

פצא ברת	1		*Phaṣê, filia*
נשא חננו	2		*Nešâ, (filii) Ḥaggagu,*
אמה חבל	3		*mater ejus. Heu!*

D. Quarta inscriptio, evanida. Descripsit Waddington :

חננו [בר מל]א	1		*Ḥaggagu, [filius Mal]ê*
.....	2		.....

E. Quinta inscriptio, ultima sinistram versus. Descripsit Waddington :

פ[צ]א ב.	1		*Phaṣê, [fil.]*
[חנ[נו]	2		*Ḥag[gagu]...*

C. — פצא. Edidit Vogüé פחא, sed legendum פצא. Sæpe nullum aut fere nullum discrimen deprehenditur in specie litterarum ח et צ; ita ut ab ipsis lapicidis quandoque assimulentur. Cf. n^um^ 4404. Nomen coarctatum, ut videtur, e פציאל (supra, et sub n° 3923); cf. nomina nabatæa פצא, פצי, פציו, אפצא. Ex hac inscriptione constat nomen פצא utriusque generis fuisse; quod mirum non est, siquidem nomen פציאל tum viris tum feminis inditum est; inde græcæ transcriptiones, masc. Φασαήλος (Fl. Josephus, *passim*), fem. Φασαιέλη (Wadd., 2445).

D. — Suspicamur legendum חננו [בר מל]א. Is fortasse fuit pater nostri Phasaielis.

Si conjecturis indulgere licet, stemma familiæ hunc in modum describi potest :

4233

Mordtmann, 4.

(Tab. XXXV.)

In regione australi, non longe a Maghârat el-Djedideh, prope turrim magnam, reppererunt anno 1914 rev. Jaussen et Savignac sarcophagum cujus partem anteriorem προτομαὶ quinque decorant : mulieris in medio et virorum quattuor. Inscriptiones inter capita exaratæ sunt. Imaginem et ectypa quæ sumpserunt, tabula damus.

Inscriptiones sunt quas edidit A. D. Mordtmann, *Neue Beiträge,* n° 4, et retractavit J. Mordtmann, *Palmyrenisches,* p. 29.



בונא ברה | כהילו ברה | אמ[תא] ברת ברעתה א[ת]תה | מלכו ברה

Bônnê filius ejus. | *Kohailu filius ejus.* | *'Am[tâ] filia Barʿateh, uxor ejus.* | *Maliku filius ejus.*

Imagines habemus uxoris et quattuor filiorum defuncti, cujus statua probabiliter supra sarcophagum instructa erat.

Nomen mulieris אמתא, vel fortasse אמתחא legendum suadent vestigia.

Notavit rev. Savignac imagini ad sinistram ultimæ nullam inscriptionem appositam esse. Signa ergo quæ descripsit Mordtmann hunc in modum :

ברעתה *Barʿateh*
ברה *filius ejus*

ad hanc imaginem non pertinent; sed videntur esse prava lectio tituli ad caput mulieris exarati.

4234

(Tab. XXIX, XXXV.)

Inter rudera sepulcri ruinosi, in regione boreali; ccl passus circiter ad austrum monumenti Qaṣr el-Ḥayeh dicti (vide sub n° 4212). Protome mulieris sarcophagi fragmento $0^{m},60$ alto, $0^{m},80$ lato, exsculpta. Margine supremo exaratus est titulus. Invenit rev. Savignac. Ectypum et imaginem quæ sumpsit tabulis damus.



חבל שלמת ברת ירחי אתת שחרו בר חירן חבל

Heu! Šalmat, filia Iarḥai, uxor Šaḥiru filii Ḥairan. Heu!

שחרו vel שחדו : priorem lectionem elegimus, quod nomen occurrat in quodam titulo nabatæo (*Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2056); contulit Littmann gr. Σαέρου (Wadd., 2298). Verbum שחר «niger fuit» significat. Cf. nom. סחר, in inscript. safaiticis. — חירנ palmyrenice exaratum est nomen ultimum, non autem חירן.

4235

(Tab. XXXIV.)

Sobernheim (β), 47.

In ædibus privatis area magni templi nuper exstructis, inter columnas porticus orientalis septentrionem versus, lapis muro insertus est, $0^{m},60$ altus, $0^{m},72$ latus. Hoc lapide exarata est inscriptio trilinguis, toro circumducta. Textus palmyrenus partim evanuit. Primus invenit Puchstein; postea ectypum sumpserunt Jaussen et Savignac, ad quod effictam imaginem tabula damus.

Edidit M. Sobernheim textus latinum et græcum, palmyreno prætermisso, *Palmyrenische Inschriften*, n° 47 (p. 56). — Hinc, *Ins. gr. ad res Rom.*, III, n° 1539.



Textum palmyrenum lege et verte :

1 בירח אלול שנת 369 [בנ]ה [לוקי]וס

2 אספדי[ס] כריסתוס מכסא בחיוהי [קברא דנה]

3 לה ולבנוהי ולבני ביתה לי[ק]רה[ון]

1 *Mense 'Elul anni* CCCLXVII[II]. [*Aedificavit Luci*]*us*

2 *Spedius Chrysanthus, publicanus,* [*sepulcrum hoc*]

3 *sibi et filiis suis et domesticis suis, in honorem* [*eorum*].

Nulla difficultas in titulis latino et græco interpretandis :

[*L. S*]*pedius Chrysanthus*
[*vi*]*vos fecit sibi et suis.*
Λούκιος Σπέδιος Χρύσανθο[*s*]
ζῶν ἐποίησεν ἑαυτῷ καὶ τ[οῖς]
ἰδ[ίοι]*s*, ἔτους θξτ' μηνὸς Γ[ορ]π[αίου].

In palmyreno nonnullæ litteræ evanuerunt :

Versu 1, monades duæ exciderunt, ut liquet e græco. Inter numerum et nomen proprium [לוקי]וס restituimus בנה, quæ vox congruenter lacunam explet.

V. 2. [אספדי]ס, *Spedius;* deest spatium ut restituamus [אספדי]וס. Cf. יולים, sub n° 3933. — כריסתוס; pro more littera נ assimulatur; cf. אנתגלס = Ἀγαθάγγελος, sub n° 3912. — מכסא. «publicanus»: vide sub

n° 3913, I, 6. Fuit L. Spedius conductor vectigalium apud Palmyrenos. — Sub finem versiculi penitus deleta est scriptura; conjicere licet קברא דנה.

V. 3, sub finem videtur legendum [ליקרח[ון «in honorem eorum», potius quam ליקרה «in honorem ipsius».

Numerum annorum εξτ', et nomen mensis Περιτίου perperam legebat Sobernheim. Conspirant textus græcus et palmyrenus in nostram lectionem. Titulus igitur erectus est mense septembri anni post Christum 58.

4236

· Müller (𝔡), 6 *a*, 6 *b*.

(Tab. XXIX.)

Palmyræ, incerto loco. Titulus inscriptus, ut videtur, margine lapidis anaglypho ornati, fortasse sarcophagi. Vocabula spatio distincta sunt. Ectypum duabus chartis sumpsit, anno 1897, Dr. Al. Musil et edendum commisit D. H. Müller. Adeo longæ sunt chartæ ($0^m,48 + 0^m,46$) ut eas in unam lineam coalescere non putaverit doctus vir; attamen ectypum Eutingianum, quod tabula damus, ambas partes junxit. Si revera duo sunt versus, suspicamur unum margine superiore alterum margine inferiore scriptum fuisse; sed mirum foret nomen proprium breve in duas partes dissectum fuisse.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n^is 6^a et 6^b. — Retractavit J. B. Chabot, *Notes d'épigr. et d'archéol. orientale*, observ. 20. — St. A. Cook, *Some recent Palmyrene Inscriptions* (*Proceed. of the Soc. of Bibl. Archæology*, t. XXI [1899], p. 70). — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1611.

צלם ירחי בר מלכו בר ירחי חי|אל בירח אדר שנת 480

Imago τοῦ Iarḥai, filii Maliku, filii Iarḥai, filii Ḥaiêl. Mense 'Adar anni CCCCLXXX.

Titulus erectus mense martio anni p. Chr. 169.

חיאל; alibi non occurrit in titulis palmyrenis; interpretari licet «vivit El», aut «vita (est) El», aut «vita mea (est) El». Aliter Lidzbarski (*Handb.*, s. v.) qui, collatis nom. hebr. יְחִיאֵל seu אֲחִיאֵל, per aphæresim primæ litteræ nomen efformatum conjecit.

4237

Vogüé, 72; Sachau, 2; Müller (𝔡), 4 *a*, 4 *b*.

(Tab. XXXIV.)

In regione boreali, non longe a semita qua patet adscensus in castellum Arabum, inter rudera sepulcri penitus collapsi, jacet sarcophagus lapideus cujus interni parietes $1^m,85$ in longitudinem, $0^m,45$ in latitudinem extensi sunt. Parte autem antica exsculptæ sunt anaglypticæ imagines duæ : viri a dextera, mulieris a sinistra. Titulus quoque duplex. Repperit H. Waddington et virilem inscriptionem delineavit; mense octobri anni 1879 utriusque apographum sumpsit Ed. Sachau. Ibidem rursum vidit Al. Musil, anno 1897. Imaginem tabula damus ad ectypa effictam quæ nobis anno 1914 fecerunt rev. Jaussen et Savignac.

Priorem titulum edidit M. de Vogüé, *Palmyre*, n° 72. — Utrumque dedit Ed. Sachau, *Palmyrenische Inschriften*, in *Zeitschr. der deutsch. Morg. Gesellschaft*, t. XXXV [1881], p. 735. — Quædam adnotavit Th. Nöldeke, *Bemerkungen zu den von Sachau herausgegeben palmyren. Inschriften; ibid.*, t. XXXVI, p. 665. — Repetiit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n^is 4 *a*, 4 *b*. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1638.

A. Ad imaginem viri :

מלכו בר מלכו 1 𐡌𐡋𐡊𐡅 𐡁𐡓 𐡌𐡋𐡊𐡅

מקימו חבל 2 𐡌𐡒𐡌𐡅 𐡇𐡁𐡋

1 *Maliku, filius Maliku,*
2 *(filii) Moqîmu. Heu!*

B. Ad imaginem mulieris :

אקמא בת 1 𐡀𐡒𐡌𐡀 𐡁𐡕

בולמא אתתה 2 𐡁𐡅𐡋𐡌𐡀 𐡀𐡕𐡕𐡄

חבל 3 𐡇𐡁𐡋

1 *'Aqmê, filia*
2 *Bôlmê, uxor ejus.*
3 *Heu!*

בולמא, nomen aliunde notum (vide sub n° 4206).

4238

Müller (δ), 5 *b*, 47.

(Tab. XXXIV.)

Regione boreali, in monumento ultra sarcophagum supra (n° 4237) memoratum sito. Tabella quadrata $0^m,51$ longa, $0^m,11$ alta, internæ faciei hyperthyrii inscripta exaratus est titulus. Periit effigies superposita. Repperit primus J. Euting, postea ectypum sumpsit Al. Musil; demum anno 1914 novum expresserunt rev. Jaussen et Savignac, ad quod effictam imaginem tabula damus.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n^is 5 *b*, 47; qui cum ectypum duabus chartis expressum accepisset, duos titulos imperfectos sibi finxit et miram interpretationem dedit. — Retractavit J. Mordtmann, *Zu den Palmyr. Inschr. des Dr. A. Musil* (*Zeitschr. für Assyr.*, t. XIII, p. 182). — Hinc, *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1610, 1623.

Lege et restitue :

מרתהון [בר]ת לשמש בר ירחבולא

שכיבל א[ת]ת מל[כ]ו רבא בר [ענ]נו

מקימ[ו] חבל

Martehôn, filia Lišamš, filii Iarḥibôlê,
(filii) Šokaibêl; uxor Maliku majoris, filii [ʿAna]nu,
(filii) Moqîmu. Heu!

V. 1. מרתהון, nom. fem., vide sub n° 4512.

V. 2. שכיבל, rursum occurrit sub n° 4493; cf. שכיו, sub n° 4134. — Ultimum nomen, partim deletum, pronus eris restituere נ[מע], collato n° 3989, ubi memoratur quidam מלכו רבא בר מעני; sed vestigia lectionem ענגו suadent; cf. מלכו בר ענגו, sub n° 3994.

4239

(Tab. XXXV.)

In Valle Sepulcrorum, prope hyperthyrium quo inscriptus est titulus sub n° 4168 editus, humi jacet lapis altus $0^m,85$. Eo lapide insculpta est imago viri lecto recumbentis, et ad sinistram exarata est inscriptio $0^m,49$ extensa. Invenerunt et ectypum expresserunt rev. Jaussen et Savignac; postea aliud perfectius, quod tabula damus, sumpsit J. Cantineau.

Legendum :

צלם אפרחט גויא מהימנא חבל

Voces spatio distinentur. Quartæ vocis nobis dubia lectionis rectam interpretationem proposuit Cantineau.

(Impressum mense decembri anni 1947.)

Auctoris nomen, mascul. generis, peregrinæ originis est et probabilius iranicæ, ut suadet terminatio. Placet legere אפרהט, gr. Ἀφραάτης, syr. ܐܦܪܗܛ (cf. Justi, *Iran. Namenbuch*, p. 102); si cui temerarium videbitur secundam litteram pro ܕ habere, inspiciat titulos sub n^is 4166, 4401, 4440 editos, in quibus species litterarum פ et י fere eadem est.

גויא : sensus communis est «internus», raro etiam «eunuchus»; hic autem vox viri qualitatem significare videtur, ut «domesticum, familiarem», aut quid simile.

In voce מהימנא signum [illegible] alterum speciem litteræ [illegible] præbet.

Vertendum igitur, si placent conjecturæ :

Imago Aphrahatis eunuchi (?) fidelis. Heu!

4240

(Tab. XXXIV.)

In regione boreali, cccl passus circiter ad austrum, orientem versus, sepulcri Qaṣr el-Ḥayeh vulgo dicti (cf. sub n° 4212). Sarcophagi inter rudera jacentis parte antica exsculptæ sunt imagines viri recumbentis, et quattuor aliorum ad ejus dexteram stantium. Unicuique nomen adscriptum fuit, sed inscriptiones perierunt, præter eam quæ ad virum recumbentem pertinet. Invenit anno 1914 rev. Jaussen. Ad ectypum damus.

והבלת בר	[illegible]
בריכי בר	[illegible]
זבדבול	[illegible]

Vahballât, filius

Barîkî, filii

Zabdibôl.

בריכי, vide sub n^is 3931, 4534.

4241

(Tab. XXXIV.)

Inter rudera monumenti ruinosi, in Valle Sepulcrorum quinquaginta passus ad occidentem tituli sub n° 4115 editi. Lapide exsculptæ sunt προτομαὶ duæ omnino mutilæ; duplex quoque fuit inscriptio, sed altera penitus deleta est, altera, supra humerum viri sinistrum exarata, partim evanida superest. Invenit Savignac et ectypum fecit, quod tabula damus.

[illegible]	....ע.	.....
[illegible]	בר לשמש	*filius Lišamš,*
[illegible]	בר ירחבול[א]	*filii Iarḥibôl[ê].*
[illegible]	חבל בירח	*Heu! Mense*
[illegible]	אלול שנת	*Elul, anno*
[illegible]	467	CCCC
[illegible]		LXVII.

Titulus erectus mense septembri anni p. Chr. 156.

4242

(Tab. XXXIV.)

Protome viri mutila. Reppererunt rev. Jaussen et Savignac inter rudera sepulcrorum, ad austrum magni templi, orientem versus, prope titulum sub n° 4196 editum. Ad ectypum imaginem tabula damus.

[illegible]	חב[ל]	*Heu!*
[illegible]	לשמ[ש]	*Lišamš*
[illegible]	בר	*filius*
[illegible]	ירחבול[א]	*Iarḥibôl[ê].*
[illegible]	ב[ר]ה	*Filius ejus.*

Difficultas est in ultima voce, quam legimus ברה : cui lectioni favet ectypum. Imagini Lisamsi fortasse adjuncta fuit figura pueri parvuli (cf. sub n^is 4318, 4467, etc.) Verum expectes potius hoc loco nomen avi vel cognomen patris.

4243

Jaussen, 4; Müller (δ), 7; Chabot (α), 41.

(Tab. XLIII.)

Lapis anaglypho ornatus. Protome viri. Titulus margine dextero juxta caput alte incisus. Anno 1897, Damasci reppererunt rev. Ant. Jaussen et Dr. Al. Musil. Imaginem photographicam nobiscum communicavit C. Torrey, quam tabula damus; hic vero tituli delineationem subjicimus Nunc Damasci in Museo.

Edidit A. Jaussen, *Inscriptions palmyréniennes*, n° 4. — Rursum D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n° 7. — Retractavit J.-B. Chabot, *Notes d'épigraphie et d'archéol. orient.*, n° 41. — Vide etiam C. Torrey, *On some Palmyrene Inscriptions* (*Journ. of the American Orient. Society*, t. XXIX, p. 194). — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 143, 1082.



זבידא בר 1 *Zebîdâ, filius*

מקימו בר 2 *Moqîmu, filii*

חירן אעילמ[י] 3 *Ḥairan, (filii) A'ailamî.*

חבל שנת 4 *Heu! Anno*

542 5 *DXXXXII.*

Valde probabile est lapidem e monumento ad quod pertinent tituli sub n^is^ 4168, 4169 editi ereptum esse. Stemma familiæ e nostris titulis sic describere licet :



Annus 542 initium habet a kal. octobr. anni p. Chr. 231.

4244

Jaussen, 3; Müller (δ), 27 *a*, 27 *b*; Chabot (α), 45.

(Tab. XXXV.)

Ex eodem monumento, ut videtur. Lapis altus $0^{m},50$, latus $0^{m},45$. Anaglypho ficta est protome mulieris. Titulus bipartitus, ab utroque latere capitis inscriptus. Exstabat Damasci, jam anno 1897. Nunc eodem loco, in Museo. Ad ectypum quod expressit rev. Ant. Jaussen imaginem tabula damus.

Edidit A. Jaussen, *Inscriptions palmyréniennes*, n° 3. — Rursum D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n^is^ 27 *a*, 27 *b*. — Vide St. A. Cook, *Proced. of bibl. Arch.*, t. XXI, p. 72. — J. Mordtmann, *Zeitschr. für Assyr.*, t. XIII, p. 184. — Retractavit J.-B. Chabot, *Notes d'épigr. et d'archéol. orient.*, n° 45. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 212. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 142.

A dextera capitis :

צלמת בת 1 *Imago Bat-*

חבי ברת 2 *ḥabbai, filiæ*

זבידא 3 *Zebîdâ.*

חבל 4 *Heu!*

A sinistra :

שנת 5 *Anno*

6 *D*

538

7 *XXXVIII.*

בתחבי, ad analogiam nominum בתוחבי, בהזבי, בתמלכו, etc. efformatum; cf. nom. masc. חבי, sub n° 3769.

זבידא, fortasse ille qui titulo superiore commemoratur.

Annus 538 initium habet a kal. octobr. anni p. Chr. 226.

4245

Müller (δ), 18; Chabot (α), 43; Spoer, 1.

(Tab. XLVII.)

Ex eodem monumento, ut videtur. Lapis altus $0^m,40$, latus $0^m,51$. Anaglypho fictæ sunt viriles imagines duæ. Pone ipsas, pendet aulæum palmis affixum. Titulus duplex, spatio vacuo inter capita, rectis lineis scriptus est, ita ut ultimæ litteræ aulæi rugis implicatæ parum perspicuæ sint. Anno 1897, Damasci lapidem viderunt et ectypa sumpserunt Dr. Al. Musil et rev. Ant. Jaussen; rursum ibidem repperit, anno 1907, Americanus Hans H. Spoer, et inscriptiones delineavit. Ad ipsum lapidem, qui nunc Dresdae, penes principem Georgium Saxoniæ, asservatur imaginem tabula damus.

בר ירחי	2	בר ירחי	*filius Iarḥai,*
אשע..ר	3	אשע..ר	*(filii) ʾAś[ʿ]adar(?).*
חבל	4	חבל	*Heu!*

Scriptura simillima scripturæ tituli sequentis.

V. 3. Ultima littera est ר vel ד, penultima ג vel etiam ר aut ד. Inde vocabulum legere licet אשענר, אשענד, אשערר, אשערד, etc. Nomen peregrinum videtur.

4468

Chabot (α), 15.

(Tab. LX, LXI.)

Lapis altus $0^m,60$, latus $0^m,40$. Protome viri, intecto capite; pileus anconi pone humerum sinistrum impositus est; titulus dextero margine inscriptus est. Halebi, penes v. h. Guilielmum Poche, anno 1897 repperit J. B. Chabot, atque ectypum et imaginem photographicam sumpsit quæ tabulis damus; hic autem tituli delineationem subjicimus.

Edidit J.-B. Chabot, *Notes d'épigraphie et d'archéologie orientale*, n° 15. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 2183.

חגגו	1	חגגו	*Haggagu,*
בר ענא	2	בר ענא	*filius ʿOgê,*
בר ידיעב[ל]	3	בר ידיעב[ל]	*filii Iediʿb[êl.]*
חבל	4	חבל	*Heu!*

Scriptura crassior; cf. titulum superiorem eadem arte incisum.

V. 1. חגגו, lectio certa. Male edidit Chabot שגרי.

V. 3. ידיעבל. Ultima littera, fracto lapide, periit.

4469

(Tab. LIX, LX.)

Lapis altus $0^m,56$, latus $0^m,48$. Protome mulieris. Titulus margine sinistro exaratus est. Exstat inter monumenta antiqua in lyceo Hosiano collecta, in oppido Germaniæ Braunsberg dicto. Imaginem damus ad monumentum effictam, et inscriptionis ad ectypum.

Edidit F. E. Peiser, *Palmyrenisches*, in *Mitteilungen der Vorderasiatischen Gesellschaft*, t. II [1897], p. 315.

הגי ברת	1	*Haggai, filia*	
תימו חבל	2	*Taimu. Heu!*	
שנת 523	3	*Anno* D	
בירח	4	*XXIII, mense*	
כנון 1	5	*Kanun I*	

Erectus mense novembri anni 211.

4470

Müller (δ), 3 *a*, 3 *b*; Ledrain (η), 6.

(Tab. XLII.)

Lapis altus $0^{m},55$, latus $0^{m},70$. Eo exsculpta sunt simulacra duo : a dextera, protome mulieris ornamentis amictæ, velo capiti imposito; a sinistra, protome viri, intecto capite. Imagines sane mariti et uxoris. Titulus duplex, unicuique a sinistra inscriptus. Damasci, anno 1897, penes A. Popolani vidit C. Fossey. Nunc asservatur in museo Luparensi (A. O. 4449). Imaginem tabula damus ad ipsum lapidem expressam; hic vero inscriptionum delineationem subjicimus.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, nis 3 *a*, 3 *b*. — Priorem titulum retractavit J.-B. Chabot, *Notes d'épigraphie et d'archéol. orient.*, observ. 18. — Rursum, E. Ledrain, *Monuments nouveaux au Musée du Louvre*, in ephemeride *Revue d'assyr. et d'archéol. orient.*, t. VII [1910], p. 55. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1632.



A. Ad caput mulieris :

הגי	1	*Haggai,*
ברת	2	*filia*
חדודן	3	*Haddudan.*
חבל	4	*Heu!*

B. Ad caput viri :

זבדבול	1	*Zabdibôl,*
בר שלמן	2	*filii Šalman.*
חבל	3	*Heu!*

הגי, lectio hic indubia est; unde confirmatur interpretatio nostra ni 4469, ubi Lidzbarski הדי legere suadebat.

4471

Müller (δ), 4.

(Tab. XLVIII.)

Lapidem anaglypho ornatum Damasci, anno 1897, vidit Dr. Al. Musil. Tituli ectypum tabula damus, quod nobiscum communicavit J. Euting., et imaginem monumenti quod nunc Constantinopoli, in museo publico asservatur.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n° 4. — Cf. J. Mordtmann, *Zeitsch. für Assyr.*, t. XIII, p. 191. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1603.

חבל ירחי	1	*Heu! Iarḥai,*	
בר מתני	2	*filius Mattenai,*	
בר עגא	3	*filii ʿOgê.*	

4472

Ronzevalle (γ), 18.

Lapis quadratus anaglypho ornatus : protome mulieris manu sinistra tabellam ansatam gerentis. Titulus margine sinistro ad caput exaratus est. Exstabat Emesæ, anno 1906. Imaginem photographicam accepit rev. Seb. Ronzevalle, et ad hanc delineationem fecit quam hic subjicimus.

Edidit S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 18. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 986.

(Impressum mense decembri anni 1947.)



אקמא 1 *'Aqmê,*

ברת ע(ג)א 2 *filia 'Ogê,*

בר [מת]ני 3 *filii [Matte]nai.*

[חב]ל 4 *Heu!*

Titulus partim deletus, teste Ronzevalle; itaque lectio non adeo certa ut a conjecturis abstinendum sit. Legit Ronzevalle עיא בר מתני; et עיא confert ad nom. syr. ܥܝܘ, in quodam titulo Edesseno (*Z.D.M.G.*, XXXVI, p. 164, 666); sed pro nomine nostris titulis ignoto malumus conjicere notissimum עגא.

Avi nomen fere evanuit; מתני dubiæ lectionis est. Verum, quemdam מתני בר עגא invenimus sub n° 4471.

4473

Jaussen, 9, 15; Müller (δ), 8 *a*, 8 *b*; Chabot (α), 47.

(Tab. LXII.)

Lapis altus 0m,50, latus 0m,45. Protome viri manu tesseram gerentis. Exstabat, anno 1897, Damasci, ubi Rev. Jaussen et Dr. Musil, illum viderunt; nunc in Museo asservatur. Ectypa tabula damus, quæ sumpsit Jaussen.

Edidit A. Jaussen, *Inscriptions palmyréniennes*, nis 9, 15. — Rursum D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, nis 8 *a*, 8 *b*. — Cf. Mordtmann, *Zeitschr. für Assyr.*, XIII, p. 183. — Retractavit J.-B. Chabot, *Notes d'épigr. et d'archéol. orient.*, n° 47. — *Rép. d'épigr. sémit.*, nis 148, 149.

A dextera capitis :

1 חגוגא *Ḥaggôgâ,*

2 בר ברעתה *filius Bar'ateh.*

3 חבל *Heu!*

Tessera inscriptæ sunt voces :

בת עלמא *domus æternitatis.*

חגוגא «festivus»; nomen deductum ex חגגו sicut מלוכא e מלכו.

4474

Müller (δ), 26.

(Tab. LXII.)

Ectypum tabula damus quod nobiscum communicavit rev. M. J. Lagrange. Monumentum Damasci, anno 1897, exstabat. Litteris, ut aiunt, cursivis exaratus est titulus; hic vero delineationem subjicimus.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n° 26. — Cf. J.-B. Chabot, *Notes d'épigraphie*, observ. 25; et J. Mordtmann, *Z. für Assyr.*, XIII, p. 184. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1613.



אבבא 1 *Abibâ,*

ברת 2 *filia*

והבלת 3 *Vahballât.*

חבל 4 *Heu!*

אבבא, nomen femin. generis, jam invenimus sub n° 4462.

4475

Müller (δ), 28.

(Tab. LX.)

Ectypum tabula damus quod nobis misit rev. M. J. Lagrange. Titulus integer videtur. Exstabat Damasci, anno 1897.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n° 28, ad fidem ectypi ab Al. Musil sumpti. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1614.

Legimus :

[illegible]	1	עגא בר	*ʿOgê, filius*
[illegible]	2	בונא חבל	*Bônnê. Heu!*

ענא. Legit Muller עוא, quod absque jure contulit ad toponyma hebraica עַוָּא, עַוִּים, et melius conjecit Lidzbarski coarctatum esse e עוידא. Sed lectio non probanda videtur; litteræ enim ו genuinam formam habemus in nomine בונא; hic autem secundum signum omnino simile est primæ litteræ nominis גרימי, sub n° 4640. ענא itaque est nobis fere certum.

4476

Lidzbarski (δ), p.

(Tab. LXIII.)

Lapis altus 0m,42, latus 0m,38. Exsculpta sunt simulacra duo : a sinistra, protome mulieris, a dextera effigies pueri stantis, ablato fractura capite. Titulus quoque duplex. Exstat Constantinopoli, in Museo imperiali (*Catal.*, n° 317). Imaginem damus ad monumentum expressam.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 139. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1009.

A. Ad caput mulieris, sinistrorsum :

[illegible]	1	ת....	....*t*,
[illegible]	2	ברת	*filia*
[illegible]	3	אשד	*ʾAšad.*
[illegible]	4	חבל	*Heu!*

B. Ad caput pueri, sinistrorsum :

[illegible]	1	....	....
..	2	[בר]	[*filius*]
[illegible]	3	זבד	*Zabad* (?),
[illegible]	4	ברה	*filius ejus.*

Nomen mulieris fortasse sit שלמת; cf. sub n° 3994.

אשד; cf. nomen nabat. אשדו (supra, nis 267, 300, etc.), gr. Ἄσαδος (Wadd. 2065); arab. أَسَد «leo».

ברה «filius ejus»; i. e. mulieris, quæ uxor fuit Zabadi.

זבד, nomen integrum esse existimat Lidzbarski, qui lapidem inspexit; cf. sub n° 4070.

4477

Müller (δ), 33.

(Tab. LXII.)

Titulum Damasci, anno 1897, reppererunt Dr. Al. Musil et rev. Ant. Jaussen. Ectypum quod Jaussen expressit tabula damus, hic vero delineationem subjicimus.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n° 33. — Emendationem minime aptam proposuit J.-B. Chabot, *Notes d'épigr. et d'archéol. orient.*, observ. 26. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1617.

[illegible]	חבל	1	*Heu!*
[illegible]	מלכו	2	*Maliku,*
[illegible]	בר אשד	3	*filius ʾAšad.*



אשד; species litteræ א a consueta forma recedit. Nomen vide sub n° 4476.

4478

Ronzevalle (γ), 22.

(Tab. LXII.)

Lapis anaglypho ornatus : protome mulieris. Exstabat anno 1906, Beryti, penes virum artis medicinæ peritum Julium Rouvier. Ab hoc monumento duplex ectypum expressit rev. Seb. Ronzevalle, quod ipse vulgavit et rursum tabula nostra damus. Fertur lapidem in oppidum Americæ Pittsfield nuper transmissum fuisse.

Edidit S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 22. — De titulo egit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigr.*, t. III, p. 139, 140. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 993.

A. A dextera capitis :

חבל	1	חבל	*Heu!*
שלמת	2	שלמת	*Šalmat,*
ברת	3	ברת	*filia*
אשד	4	אשד	*'Ašad.*

B. A sinistra capitis :

לשמש ב[ר]	1	לשמש ב[ר]	*Lišamš, filius*
שעד עב[ד]	2	שעד עב[ד]	*Ša'd. Fecit*
מרבינה	3	מרבינה	*pædagogus ejus*
ליקרה	4	ליקרה	*in ejus honorem.*

B. — Existimat Ronzevalle titulum priori jungendum, ita ut sensus sit «filia Ašad filii Lišamš...»; quam conjecturam non probat Lidzbarski; verisimile enim est ad aliam effigiem, nunc avulsam, pertinere.

שעד, alibi non invenimus; cf. nom. femin. שערא (sub n° 4500), et masc. שערו, gr. Σόαδος (sub n° 3904), arab. سعد, et probab. Σάδος (Wadd., 2049, etc.), latine *Sadus*.

Versu quarto, edidit Ronzevalle מרבונה et vocabulum esse nomen proprium putavit; sed vera lectio est מרבינה, quam pro diversitate vocalium מְרַבְּיָנָה «nutritius» vel «pædagogus ejus», aut מַרְבִּיָנָה «discipulus ejus», interpretari licebit. Erit fortasse qui conjiciet pravam scriptionem in מרביתה mutandam? Cf. sub n° 4479.

4479

Lidzbarski (δ), R.

(Tab. XLII.)

Lapis anaglypho ornatus. A sinistra, protome viri junioris, intecto capite, manu dextera tabellam ansatam gerentis. A dextera, effigies puellæ stantis, manu sinistra uvam, dextera avem tenentis. Effigies sunt fratris et sororis. Titulus duplex : alter tabella, alter margine inter caput viri et puellam; uterque rectis lineis exaratus. Monumentum anno 1897, Damasci, penes virum artis medicinæ peritum Hordičeanu nomine, repperit Carolus Fossey et imaginem photographicam expressit quam tabula damus. Ibidem, anno 1910, vidit et delineavit M. Lidzbarski; ejus delineationem hic subjicimus.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 140. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1011.



A. Tabella ansata, rectis lineis :

ירחי בר	1	*Iarḥai, filius*
בונא די	2	*Bônnê; quod*
עבד לה	3	*fecit ei*
מרביתה	4	*majordomus ejus.*

B. Ad latus puellæ, rectis lineis :

מעינת ברת	1	*Ma'înat, filia*
בונא חבל	2	*Bônnê. Heu!*

A. — Versus 4. מרביתה «dominus domus ejus». Eodem sensu usurpant Syri locutionem ܪܒ ܒܝܬܐ «dispensator, præpositus, *οἰκόνομος*»; ipsis enim ܒܥܠ ܒܝܬܐ est «paterfamilias». In titulis nabatæis (vide supra sub n° 235) מרא ביתה de numine cui sacratus est locus dicitur.

B. — Versus 1. מעינת : forma feminina sive nominis absoluti (*Ma'înat*) sive deminutivi (*Mo'ainat*). Semel nobis occurrit; cf. מען, מענא, מעני.

4480

Ronzevalle (γ), 12; Lidzbarski (δ), z.

(Tab. LXII.)

Lapis anaglypho ornatus : a dextera, protome mulieris colum et fusum gerentis; a sinistra, protome viri junioris, abrasa barba. Exstat Emesæ, penes Salim Mas'oud 'Atâsî. Ibi, rev. Seb. Ronzevalle, anno 1903, et M. Lidzbarski, anno 1910, viderunt et exscripserunt. Ectypum quod is fecit tabula damus.

Edidit S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 12. — Rursum M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 143. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 994.

חגת ברת 1 *Ḥaggat, filia*

ירחי בר 2 *Iarḥai, filii*

זבדלה 3 *Zabdilah*

כרח 4 *Koraḥ.*

חגת : vide sub n° 4287. — כרח vel כדה; nomen vel potius cognomen? Legebat Ronzevalle כרץ; sed ultima littera pro ץ ægre accipienda. Contulit Lidzbarski nomen arab. كَوْدَح (*Qâdus*).

4481

Müller (δ), 35.

(Tab. LXII.)

Tituli fragmentum, altum $0^{m},13$, latum $0^{m},11$. Damasci, anno 1897, reppererunt Dr. Al. Musil et rev. A. Jaussen. Ectypum Jaussenianum tabula damus.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n° 35. — Conjecturam sine fundamento protulit J.-B. Chabot, *Notes d'épigraphie et d'arch. orient.*, sub n° 35. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1619.

Hæc supersunt :

1 [ירח] ... . [*Iar-*]

2 [ח]י כר[ח] *ḥa]i Kora[ḥ]*

3 בר נצרא *filii Naṣrê.*

4 חבל *Heu !*

V. 2. Litteræ כר vel כר certæ sunt, nec בר legere licet. Ante כ, spatio interposito, litteræ י vestigium apparet. Probabile ergo est restituendum כרח, et nomen in י desinens fortasse sit ירחי; vide sub n° 4480.

V. 3. נצרא, nomen coarctatum e נצרלת, ut liquet e titulo bilingui sub n° 4403 edito.

4482

Müller (δ), 36.

(Tab. LXII.)

Ectypum tabula damus quod nobiscum communicavit Julius Euting. Titulum anno 1897, Damasci, vidit Dr. Al. Musil.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n° 36. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1620.

צלם עבד[א] 1 *Imago τοῦ 'Abdâ*

בר חרא 2 *liberti τῆς*

אקמא 3 *'Aqmê.*

Lectio certa; interpretatio difficilis.

Versus 1. Vox צלם innuit titulum ad imaginem virilem pertinere. — עבד, nomen imperfectum, [א]עבד complendum videtur; cf. sub n° 4550.

Versus 2. Müller בר חרא «libertus» interpretatus est; exspectes quidem בר חרי, ut habemus sub n^{is} 4172, 4174, etc.; hanc tamen interpretationem probabiliorem existimamus; scribunt Syri ܒܪ ܚܪܐ. Vide sub n° 4339, ubi commemoratur libertus cujusdam אקמא quæ fortasse eadem sit ac nostra.

4483

Müller (δ), 45 *a*, 45 *b*.

(Tab. LXII, LXIII.)

Titulus bipartitus, ab utroque latere muliebris imaginis inscriptus. Ectypa, anno 1897, Damasci expressit Dr. Al. Musil. Imaginem et ectypa quæ anno 1913, Nazalæ, sumpit R. Savignac tabulis damus.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n° 45 *a*, 45 *b*. — Emendavit J.-B. Chabot, *Notes d'épigr. et d'archéol. orient.*, observ. 29, 30. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1622. — Rursus J.-B. Chabot, *Glanures palmyréniennes* (*Journ. asiat.*, 1918, II, p. 286).

Pars prior (ad dexteram) :



1 שלא ברת *Šalê, filia*



2 חטרי בר *Ḥaṭrai, filii*



3 ירחי חבל *Iarḥai. Heu!*

Pars altera (ad sinistram) :



4 אתת *Uxor*



5 ירחי ב[ר] *Iarḥai, filii*



6 חלפתא *Ḥalaphtâ.*

שלא, lectio nobis probabilior quam עלא; nomen vide sub n° 4542.

חטרי, prima littera hic, et infra in nomine חלפתא, in speciem litteræ ע vergit; sic legimus, collatis n^is^ 4484, 4485.

חלפתא, nomen masculinum, frequens; vide sub n^is^ 4265-4268, etc.

4484

Titulos duos exscripsit, anno 1897, Carolus Fossey, quos repperit Antiochiæ ad Orontem, penes virum Potton nomine, Gallici consulis vices gerentem. Ejus apographa hic subjicimus.

Edidit J.-B. Chabot, *Glanures palmyréniennes*, n° x (*Journ. asiat.*, 1918, II, p. 254).



1 חטרי בר *Ḥaṭrai, filius*

2 ירחי בר *Iarḥai, filii*

3 חלפתא *Ḥalaphtâ.*

4 חבל *Heu!*

V. 2. ירחי, maritus Šelæ, quæ titulo superiore commemorata est.

4485

Titulus alter de quo dictum est sub n° 4484.

Edidit J.-B. Chabot, *Glanures palmyréniennes*, n° ix (*Journ. asiat.*, 1918, II, p. 253).



1 רעתא *Reʿutê,*

2 ברת *filia*

3 ימ[לא] *Iam[lê]*;

4 אתת *uxor* τοῦ

5 חטרי *Ḥaṭrai,*

6 בר ירחי *filii Iarḥai.*

7 ח[בל] *Heu!*

V. 1. רעתא, vide sub n° 4291.

V. 3. Tria signa exscripsit Fossey; sed duo priora tantum certa videntur; nomen complendum conjecit Chabot ימ[לא] vel ימ[לכו].

V. 5. חטרי, auctor tituli superioris.

Titulos sub n^is^ 4483-4485 editos ab uno sepulcro ereptos esse evidens est; cognationem personarum exhibet hoc stemma :



Fuerunt e gente Hatræorum; vide sub n° 4164.

4486

Müller (δ), 44.

(Tab. LXII.)

Tabula lapidea $0^m,45$ lata, $0^m,36$ alta. Paullulum excavata est ita ut figuram exhibeat duarum stelarum; ad dexteram ficta est stela nuda in semiorbem terminata; ad sinistram, stela duabus palmis, e quibus pendet aulæum, ornata. Summa parte cujusque stelæ incisus est titulus, litteris minio deductis. Exstat in pago Qarietein (Nazalæ), penes loci præfectum. Ectypa et imaginem tabula damus, quæ anno 1914 expressit rev. R. Savignac.

Inscriptionem dexteram edidit D. H. Muller, *Palmyrenische Inschriften*, n° 44. — Cf. St. A. Cook, *Proc. of Soc. of Bibl. Archæology*, t. XXI, p. 73. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1621.

אבל	אבל
מלכו בר	מקימו בר
תמא בישת	תמא בישת
גדא	גדא
Heu! Maliku, filius Tammâ infelicis.	*Heu! Moqîmu, filius Tammâ infelicis.*

תמא, nomen femin. gen. Vide sub n° 4131.

בישת גדא, ad litt. « malæ fortunæ », infelix. Conjicere licet mulierem viduam uno fato ambos filios amisisse et suum infortunium in epitaphiis declaravisse.

4487

Littmann, 11.

Tabula lapidea alta $0^m,550$, lata $0^m,395$. Pars suprema, qua inscriptus est titulus, in semiorbem resecta est. Mense maio anni 1900, Palmyræ prope templum magnum repperit Enno Littmann, in atrio privatæ domus. Existimavit Littmann lapidem tumulo terra effosso impositum fuisse; sed melius, opinamur, conjecit Clermont-Ganneau parieti, eadem ratione ac ceteros lapides simulacris ornatos, insertum fuisse; additque imaginem fortasse depictam fuisse et evanuisse. Apographon Littmannianum hic damus.

Edidit Enno Littmann, *Semitic Inscriptions*, p. 80; Palmyrene Inscript., n° 11. — De titulo egit Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéol. orient.*, t. VII, p. 35. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigr.*, t. II, p. 307. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 820.

חבל מלא בר
נשא חבל

Heu! Malê, filius Nešâ. Heu!

4488

Simonsen, 15.

(Tab. XLI.)

Lapis altus $0^m,60$, latus $0^m,48$. Anaglypho ficta est protome mulieris, fascia, velo, armillis, inauribus ornatæ, sinistra manu fusum columque gerentis. Titulus a sinistra juxta caput inscriptus, eroso lapide, mancus est. Exstat Hafniæ, in Glyptotheca. Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Edidit D. Simonsen, *Sculptures et inscriptions de Palmyre*, n° 15 (p. 37).



1		
2	ברת ....[תה	
3	[בר מ]קימו	
4	[ב]ר בולחא	
5	קופין אתת	
6	מקימו	

1 .....
2 [*filia* ....*a*]*teh*,
3 [*filii Mo*]*qîmu*,
4 [*fi*]*lii Bôlḥâ*,
5 *Quphaian* (?); *uxor*
6 *Moqimu*.

Initio periit versus qui nomen mulieris continebat.

V. 2, nomen patris initio mutilum.

קופין : nomen vel cognomen? Vox fortasse peregrinæ originis, alibi non occurrit. Sonus incertus. Sine jure contulit Simonsen nomen loci Κωφήν, Arachosia. Melius conferri potest nomen קופא (n° 4198).

4489

Simonsen, 25.

(Tab. XL.)

Lapis altus o^{m},62, latus o^{m},42. Anaglypho ficta est protome mulieris fascia, inauribus armillisque ornatæ, velum manu dextera amoventis, sinistra, nunc mutila, instrumentum quoddam, fortasse clavem, tenentis. Pone caput, aulæum utrinque palmis affixum. Titulus margine dextero inscriptus mancus est. Exstat Hafniæ, in Glyptotheca. Imaginem tabula damus ad monumentum expressam.

Imperfectam imaginem præ manibus habuit et tradidit Ch. Clermont-Ganneau, *Antiquités et inscriptions inédites de Palmyre*, sub finem. — Titulum vero primus edidit D. Simonsen, *Sculptures et inscriptions de Palmyre*, n° 25 (p. 35).

.....	1	[בת]	.... [*filia*]
▒עתא	2	[בר]עתה	[*Bar*]*ʿateh*
▒	3	[ב]ר	[*fi*]*lii*
▒לכו	4	[מ]לכו	[*Ma*]*liku*.
חבל	5	חבל	*Heu!*

Initium deest. Nomen patris ברעתה, conjectura fere certa, restituit Simonsen.

4490

Simonsen, 43.

(Tab. XLI.)

Imago anaglyptica mulieris, quæ una cum simulacris aliis monumentum quoddam sepulcrale decorabat; mulier sinistra tenet tres claves; latiore parte uniuscujusque clavis litteræ inscriptæ sunt : græcæ prima et tertia, altera vero palmyrenæ, ut videre est in figura hic subjecta, ab Euting delineata. Lapis altus est o^{m},64, latus o^{m},35. Exstat Hafniæ, in Glyptotheca. Imaginem photographicam tabula damus.

Edidit D. Simonsen, *Sculptures et inscriptions de Palmyre*, n° 43 (p. 37).



Græcarum litterarum idoneam interpretationem hucusque nemo est, quantum scimus, qui dederit. Palmyrena inscriptio legenda est :

בת עלמא *Domus æternitatis.*

De symbolica clavium significatione rerum antiquarum periti disputant. Similes figuras vide sub n° 4491. — Clavis, inter attributa quæ muliebres imagines decorant, non semel figuratur; cf. n°s 4287, 4518, 4537, 4581.

4491

Müller (δ), 32; Ronzevalle (γ), 24; Lidzbarski (δ), w.

(Tab. LIX, LX.)

Lapis altus 0^{m},54, latus 0^{m},35. Protome viri, vasculum sinistra tenentis, dextera vero duas claves; latioe parte alterius clavis inscriptæ sunt litteræ græcæ ΑΙΟΨ, de quarum sensu nemo hucusque sententiam protulit. Hujusmodi inscriptiones jam supra invenimus; vide sub n^{is} 4490.

Monumentum viderunt anno 1897, Damasci, penes v. h. Fr. Chiha advocatum, Al. Musil et rev. L. Jalabert; ille ectypum, is imaginem photographicam sumpsit, quam vulgavit S. Ronzevalle. Etiam C. Fossey nobis imaginem effecit. Ab hoc tempore lapis venit in possessionem viri Asfar nomine, ejusdem civitatis incolæ, Germanicæ gentis consuli addicti, et penes ipsum anno 1910, repperit M. Lidzbarski. Imaginem tabula damus ad monumentum expressam, et etiam tituli ad ectypum.

Titulum edidit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften*, n° 32. — Iterum S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 24. — Rursum dedit M. Lidzbarski, *Ephemeris für. sem. Epigraphik*, t. III, p. 142. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1022.

[illegible]	ידיעב־	1	*Iedi'b-*
[illegible]	ל בר יד־	2	*êl, filius Iadi-*
[illegible]	בו חבל	3	*bu. Heu!*

Patris nomen dubiæ lectionis. Secunda littera est ד vel ר; ergo inter lectiones ידבו et ירבו eligendum. Hujusmodi nomina alibi non invenimus. ידבו e ידיעבל deductum esse conjicit Lidzbarski.

4492

Simonsen, 47.

(Tab. XXXVII.)

Lapis altus 0^{m},54, latus 0^{m},44. Protome viri, togati, sinistra manu tesseram gerentis. Titulus margine sinistro inscriptus est. Exstat Hafniæ, in Glyptotheca. Imaginem tabula damus ad monumentum expressam.

Edidit D. Simonsen, *Sculptures et inscriptions de Palmyre*, n° 47 (p. 26).

[illegible]	1	מלכו בר	*Maliku, filius*
[illegible]	2	מלא בר	*Malê, filii*
[illegible]	3	מכי	*Makkai.*
[illegible]	4	חבל	*Heu!*

מכי, nomen utriusque generis. Vide sub n° 4014.

4493

Simonsen, 48.

(Tab. XLI.)

Lapis altus 0^{m},57, latus 0^{m},50. Protome affabre sculpta mulieris, clavem dextera, colum et fusum sinistra gerentis. Margine inferiore titulus paulisper mutilus duplici versu exaratus est, vocabulis amplo spatio distinctis. Exstat Hafniæ, in Glyptotheca. Ipsum monumentum exhibet imago nostra.

Edidit D. Simonsen, *Sculptures et inscriptions de Palmyre*, n° 48 (p. 40).

[illegible]

[illegible]

[צלמ]ת חנא ברת מקימו בר

[תיב]ול [אתת] לשמש שכיבל חבל

(Impressum mense decembri anni 1947.)

[Imago] τῆς Ḥannâ, filiæ Moqîmu, filii
[Taib]bôl; [uxoris] Lišamš (filii) Šokaibêl. Heu!

חנא, nomen utriusque generis (mascul. sub n° 4587); frequens apud Rabbinos talmudistas. Coarctatum e חנאל aut simili nomine. Cf. nom. biblicum חַנָּה (I Sam., 1, 2), græce Ἄννα; et punicum חנא, *Ḥanno*. Vide quoque חנתא, supra sub n° 4488.

Sub finem versiculi primi nihil deest, sed spatium vacuum remansit ob vitiosam lapidis conditionem.

Initio vers. 2, תיבול conjectura restituimus; etiam nomen זברבול cum spatio congruit.

Dein vox deleta : אתת restituimus, e vestigiis. — שכיבל jam invenimus sub n° 4238.

4494

Simonsen, 55.

(Tab. XXXVI, LX.)

Lapis altus 0m,50, latus 0m,42. Protome viri tesseram sinistra gerentis. Titulus margine dextero ad caput incisus est. Exstat Hafniæ, in Glyptotheca. Monumenti imaginem damus, et etiam Eutingianum tituli ectypum.

Edidit D. Simonsen, *Sculptures et inscriptions de Palmyre*, n° 55 (p. 26).

[illegible]	1	בורפא בר	*Bôrrephâ, filius*
[illegible]	2	מלכו	*Maliku.*
[illegible]	3	חבל	*Heu!*

בר : vox tenuioribus litteris inter primam et secundam lineam scripta est.

Maliku, probabiliter is qui sub n° 4400 commemoratur.

4495

Simonsen, 57.

(Tab. LVIII, LX.)

Lapis altus 0m,50, latus 0m,45. Protome mulieris vetulæ, colum et fusum tenentis. Titulus margine dextero ad caput insculptus est. Exstat Hafniæ, in Glyptotheca. Imaginem ad monumentum expressam damus necnon Eutingianum ectypum.

Edidit D. Simonsen, *Sculptures et inscriptions de Palmyre*, n° 57 (p. 47).

[illegible]	1	שגל ברת	
[illegible]	2	עת(נ)תן	
[illegible]	3	מלי חבל	

1 *Šegel, filia*
2 *ʿAtê(na)tan, (filii)*
3 *Malai. Heu!*

Patris nomen hic et supra, sub n° 4286, עתתן, pro עתנתן, scriptum videtur. — מלי : vide sub n° 4389.

4496

Simonsen, 58 *a*; 58 *b*.

(Tab. LVIII, LX.)

Lapis altus 0m,56, latus 0m,42. Protome mulieris sinistra colum et fusum tenentis. Titulus bipartitus utroque margine ad caput exaratus est. Exstat Hafniæ in Glyptotheca. Imaginem ad monumentum expressam et tituli ad ectypum tabulis damus.

Edidit D. Simonsen, *Sculptures et inscriptions de Palmyre*, nis 58 *a*, 58 *b* (p. 43).

Dextero margine :

[illegible]	1	קבודא	*Qabudê,*
[illegible]	2	ברת מלא	*filia Malê, (filii)*
[illegible]	3	מתני	*Mattenai.*
[illegible]	4	חבל	*Heu!*

Sinistro margine hæc tantum supersunt :

[illegible]	1	ד. .	.....
[illegible]	2	מלא	*Malê* ...

Nitidissima scriptura. Initio tituli nomen defunctæ mulieris exspectes. Verum, in aramaica et cognatis dialectis nulla radix קבר occurrit, unde legere קבורא liceat. Idcirco conjecit Simonsen singulos utriusque partis versus, præter morem, conjungendos hunc in modum :

קבורא ד[י .....] *Sepulcrum τῆς .....*
ברת מלא מל[כו ...] *filiæ Malé Maliku ...*
מתני *Mattenai.*
חבל *Heu!*

Sed lectio מלכו omnino rejicienda est : apparent enim vestigia litteræ א post ל; ergo מלא. Præterea, etsi קבורא «sepultura» vox aramaica est, tamen seorsim in alio titulo palmyreno non occurrit. Suspicamur קבורא vocem esse peregrinæ originis, et quidem persicæ; quam conferre licet ad celeberrimum nomen قباد, Græcis Καβάδης, *Cavades.*

Conjicimus autem sinistro margine scriptum fuisse ד[י עבד לה] מלא ..... «*quod fecit ei Malê*».

4497

Hagemans, 2; Ledrain (ζ), 1.

(Tab. LXI.)

Lapis altus 0m,55, latus 0m,50. Protome viri dextera cistellam, sinistra lagenam tenentis. A dextera capitis, pileo corona cincto operti, titulus inscriptus est. In Belgium advexit H. de Baye, circa annum 1889. Exstat nunc Parisiis, in museo Luparensi (A. O., 2069). Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Edidit G. Hagemans, *Note sur trois bustes funéraires* in *Annales de la Société d'archéologie de Bruxelles*, t. IV [1890], p. 197-204. — Repetiit E. Ledrain, *Quelques inscriptions sémitiques du Louvre*, in *Revue d'assyr.*, t. II, p. 144. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1067.

צלם	1	*Imago*	
ענילו	2	*ʿOgîlu,*	
בר	2	*filii*	
עתנורי	4	*ʿAtênurî.*	

Scriptura negligentius incisa; sed de vera lectione vix dubitare licet. In voce ענילו, secundum signum, lineola casu superaddita, speciem litteræ א præbet. — עתנורי; videtur lapicida primum עתנר scripsisse, deinde in עתנו emendavisse, littera ר in ו mutata.

Eadem nomina recurrunt sub n° 4498.

4498

Hagemans, 3; Ledrain (ζ), 2.

(Tab. LIX.)

Lapis altus 0m,68, latus 0m,35. Pars inferior vultum barbatum et cornutum præbet, in speciem anconis dispositum; parte superiore exsculpta est protome viri. Prominenti margine, inter statuam et anconem, inscriptus est titulus. Advexit H. de Baye. Exstat Parisiis, in museo Luparensi (A. O. 2067). Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Edidit G. Hagemans, *Notes sur trois bustes funéraires*, in *Annales de la Société d'archéologie de Bruxelles*, t. IV [1890], p. 197-204. — Repetiit E. Ledrain, *Quelques inscriptions sémitiques du Louvre*, in *Rev. d'assyr.*, t. II, p. 144. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1068.

חבל עתנורי בר ענילו

Heu! ʿAtênurî, filius ʿOgîlu.

Eadem nomina, inverso ordine, quæ in titulo sub n° 4497 edito. — Imagines sunt patris et filii.

4499

Hagemans, 1.

(Tab. LIX.)

Lapis 0m,49 altus, 0m,36 latus. Protome viri barbati, nudo capite. Tituli margine dextero exarati pars

major, fracto lapide, periit. Exstat Parisiis, in museo Luparensi (A. O. 2068). Ad lapidem expressam imaginem tabula damus.

G. Hagemans, *Note sur trois bustes funéraires*, imaginem dedit, sed erronee dicit nullam adesse inscriptionem. — Edidit J.-B. Chabot, *Glanures palmyréniennes*, n° xv (*Journ. asiat.*, 1918, II, p. 292).

ת. [illegible]	...[ל]ת	....*allât*,
[illegible]	[בר נו]רבל	[*fil. Nu*]*rbêl*,
אבל	חבל	*Heu!*

Ante ת, vestigium superest litteræ ל; nomen fuit [והב]לת, vel [שלם]לת, aut aliud cum nomine deæ אלת composito.

Patris nomen [נו]רבל potius quam [זב]רבל complendum videtur.

4500

Ledrain (ε).

(Tab. LIX, LXII.)

Lapis altus 0m,55, latus 0m,40. Protome mulieris. Titulus margine dextero inscriptus est. Exstat Parisiis, in museo Luparensi (A. O. 2198). Imaginem ad monumentum expressam et ectypum tituli tabulis damus.

Edidit E. Ledrain, *Quelques inscriptions inédites entrées au musée du Louvre*, in *Revue d'assyr.*, t. II, p. 94. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1060. — Cf. J.-B. Chabot, *Glanures palmyréniennes* (*Journ. asiat.*, 1918, II, p. 297).

שעדא	שעדא	1	*Šaʿdâ*,
ברת	ברת	2	*filia*
עלית	עלית	3	*ʿAliat.*
חבל	חבל	4	*Heu!*

שעדא : nomen prima vice occurrit in titulis palmyrenis. — עלית, sub n° 4260. Est nomen femin. generis.

4501

Ledrain (ε), 3.

(Tab. XLII.)

Tabula lapidea alta 0m,57, lata 0m,45, spissa 0m15. Imago anaglyptica affabre ficta viri lecto recumbentis et mulieris coram ipso sedentis; pretiosis vestimentis ornati sunt. Spatio vacuo inter capita titulus, linea in speciem ansatæ tabulæ circumdatus, inscriptus est. Exstat Parisiis, in museo Luparensi (A. O., 2000). Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Monumentum cum suis sociis Academiæ communicavit Leo Heuzey, die 11 dec. anni 1891; vide *Comptes rendus des séances de l'Acad. des Inscript.*, 1891, p. 425. — Titulum edidit E. Ledrain, *Quelques inscriptions inédites entrées au musée du Louvre*, in *Revue d'assyr.*, t. II, p. 95. — De ipso egerunt Ch. Clermont-Ganneau, in *Recueil d'archéol. orientale*, t. II, p. 372, n. 4; — M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsem. Epigraphik*, p. 385, 481; tab. XLI, 10. — Fusius Ch. Clermont-Ganneau, *Le titre palmyrénien de* qachich «*sénateur*», in *Recueil d'archéol. orient.*, t. III, p. 107. — Rursum, M. Lidzbarski, *Der* Qaššiša di daira *und die Tracht der Palmyrener*, in *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. I, p. 87. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1058.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

1 צלם מלכו בר חנגו בר
2 מלכו קשישא די
3 דירא חבל והדירא
4 אתתה חבל

1 *Imago Maliku, filii Ḥaggagu, filii*
2 *Maliku, senioris*
3 ....*Heu! Et Hadirâ*
4 *uxoris ejus. Heu!*

Tituli a Ledrain perperam expositi veram lectionem assequutus est Lidzbarski.

קשישא די דירא : munus seu conditionem Malichi. קשישא est «senior, πρεσβύτερος», et inde senator, præses, princeps; natura autem principatus vocibus די דירא declaratur. דירא «domicilium, habitatio» significat. Conjicit Clermont-Ganneau intelligendum «senator loci» eodem sensu ac *βουλευτὴς Παλμυρηνός* in titulo bilingui sub n° 3937 editi; sed cur non solito vocabulo בילומא usus est auctor? Lidzbarski exponit «seniorem regionis» seu vici, additque, voce קשישא de sodale cujusdam concilii intellecta, per דירא nihil aliud designari posse quam proprium nomen vici aut loci a quo deputatus sit auctor. Erit fortasse qui conjiciet דירא vel דידא esse cognomen viri, et voculam די valere *τοῦ καὶ*, «qui et.....».

הדירא : «ornata»; cf. הדירת, sub n° 4147.

4502

Ledrain (*a*).

(Tab. XLII.)

Tabula lapidea alta o^{m},42, lata o^{m}65, spissa o^{m},15. Imago anaglyptica viri lecto recumbentis et mulieris coram ipso sedentis; ei ad quam pertinet n^{m} 4501 similis, sed vir pateram manu sinistra tenet; simili quoque modo dispositus est titulus. Exstat Parisiis, in museo Luparensi (A. O. 2093). Imaginem ad moumentum effictam tabula damus.

Edidit E. Ledrain, *Quelques inscriptions sémitiques du Louvre*, in *Revue d'assyriol.*, t. II, p. 143. — Emendavit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsem. Epigraphik*, p. 481. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1059.

1 אנא תימא בר מלכו בר
2 חגגו חבל והדירא
3 אמה חבל

1 *Imago Taimê, filii Maliku, filii*
2 *Ḥaggagu. Heu! Et Hadirâ*
3 *matris ejus. Heu!*

V. 2. Etiam *Hadirâ*, in genit. casu, intellegere licet, hic et in titulo superiore.

Auctor filius est Malichi titulo superiore commemorati.

4503

(Tab. XLII.)

Lapis altus o^{m},53, latus o^{m},40. Eo affabre exsculpta est protome mulieris pretiosis vestibus et ditissimis ornamentis amictæ, puerumque brachio sinistro ferentis. A dextera capitis titulus inscriptus est. Exstat Parisiis, in museo Luparensi (A. O. 1998). Imaginem damus ad monumentum expressam.

Monumenti imago vulgata est in *Revue d'Assyriol.*, t. V, pl. IV, sine ulla notitia. — Interpretationem tituli dedit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 210. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1037.

תבנן 1 *Tibnan,*
ברת 2 *filia*
חגגו 3 *Ḥaggagu, (filii)*
מלכו 4 *Maliku.*
חבל 5 *Heu!*

תבנן : alias non occurrit. Peregrinum nomen videtur, ut nonnulla alia in ן terminata, v. gr. בגדן, ערבן.

Hanc mulierem sororem esse Malichi n° 4501 commemorati suadent et genealogia et sumptuosus apparatus.

4504

Gottheil, 1.

(Tab. XLVII.)

Lapis altus o^{m},48, latus o^{m},43. Protome viri. Titulus a sinistra ad caput inscriptus est. Anno 1900,

Eboraci Novi, penes virum A. Vantine nomine, repperit vir eruditus Richardus Gottheil. Imaginem tabula damus ad monumentum expressam.

Edidit R. Gottheil, *Seven unpublished Palmyrene Inscriptions*, in diario *Journal of the American oriental Society*, t. XXI [1900], p. 109. — De titulo egerunt : J.-B. Chabot, *Note sur quelques inscriptions palmyréniennes récemment publiées*, in *Journal asiatique*, 1901, t. I, p. 346. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 196. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 155.

1 מלכו בר *Maliku, filius*

2 חגגו *Ḥaggagu.*

3 חבל *Heu!*

4505

Lidzbarski (δ), ω.

Lapis anaglypho ornatus : protome viri rude exsculpta. Inscriptio rectis lineis et grandioribus litteris exarata est. Anno 1897, Damasci, penes medicum Hordičeanu nomine, invenit C. Fossey ; ibidem repperit, anno 1910, M. Lidzbarski. Hujus accuratam delineationem ad ectypa effictam hic subjicimus.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 142. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1014.



A sinistra capitis :

1 מקיחי *Muqîḥî,*

2 בר מקי *filius Maqqai.*

A dextera, solita exclamatio :

חבל *Heu!*

מקיחי ; participium e rad. קוח, addito י in fine, ad analogiam nominum חביבי, מעיתי, חליפי, ברוכי.

מקי : coarctatum esse e מקיחי suadet relatio inter utrumque nomen in hoc titulo ; sed pari jure e n° 4245 dices coarctatum e מקימו ; ibi enim commemoratur quidam מקי nepos τοῦ מקימו.

4506

(Tab. XLV, LXII.)

Lapis altus $0^{m},53$, latus $0^{m},41$. Protome viri. Duplex inscriptio, rectis lineis, hinc inde ad caput exarata. Dresdæ, in sculpturæ museo Albertinum vocato (n° 32), asservatur, ex dono principis Frederici Augusti (vide sub n° 4300). Imaginem tabula damus ad monumentum effictam. Ectypa addimus.

Edidit P. Hermann, cum interpretatione Ed. Sachau, in *Archäologischen Anzeiger* Beiblatt zum *Jahrbuch des archaeolog. Instituts*, Bd. VI [1891], p. 164. — Iterum dedit J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 11. — De eo egit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 79. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 384.

Litteris, ut aiunt, cursivis, inscripta sunt nomina duo :

A dextera capitis :

a sinistra :



Prius nomen קליפא interpretatus est Mordtmann, collatis græcis nom. Κλῶπα, Κλεοπᾶς ; sed potius קלופא legendum esset, quæ forma nomini græco melius respondet. Attamen lectio מלוכא, nobis probabilior ; vide sub n° 4441.

Alterum vocabulum legit Mordtmann צליחי, nomen hucusque inauditum ; vera lectio est מקיחי, vide sub n° 4505.

Vertendum igitur :

Malôkâ (filius) Muqîḥî.

4507

Müller (β), 1.

(Tab. LXI, LXII.)

Lapis altus 0m,48, latus 0m,45. A sinistra protome mulieris exsculpta est, a dextera vero puellula stans. Exstat Londinii, in Museo Britannico (*Semitic Room*, n° 579). Imaginem damus ad monumentum expressam, et titulum ad ectypa.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenica aus dem British Museum*, n° 1 (*Wiener Zeitschr. f. d. Kunde d. Morgenl.*, t. VI, p. 317; cf. *ibid.*, t. VIII, p. 16).

[illegible]	1	חבל שלמת	*Heu! Šalmat,*
[illegible]	2	אמה חבל	*mater ejus. Heu!*
[illegible]	3	שלמת ברת	*Šalmat, filia*
[illegible]	4	שמשגרם	*Šamšigeram.*
[illegible]	5	בירח אליל	*Mense Elul*
[illegible]	6	שנת	*anni cccc*
[illegible]	7	495	*LXXXXV*

Ad sinistram pueri, transversa linea, leviter incisum est :

[illegible]	חירן ברה	*Ḥairan filius ejus.*

Versus 5. אליל, sic, pro consueto אלול.

Titulus erectus mense septembri anni p. Chr. 184.

4508

Muller (β), 5.

(Tab. LXI, LXII.)

Lapis altus 0m,49, latus 0m,44. Protome mulieris. Titulus a dextera juxta caput inscriptus est. Exstat Londinii, in Museo Britannico (*Semitic Room*, n° 578). Monumenti imaginem ad ipsum expressam, et inscriptionis ad ectypum tabulis damus.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenica aus dem British Museum*, n° 5.

[illegible]	1	תמא ברת	*Tammâ, filia*
[illegible]	2	שמשגרם	*Šamšigeram,*
[illegible]	3	בר מלכו	*filii Maliku,*
[illegible]	4	בר נשום	*filii Našum.*
[illegible]	5	חבל	*Heu!*

תמא: lectionem suadet ectypum. Müller יתמא vel אקמא conjecit; sed nomen אקמא spatio excluditur, nomen autem יתמא alibi non occurrit.

נשום, recte emendavit Lidzbarski (*Handbuch*, s. v.). Cf. sub n° 3932.

4509

Müller (β), 2.

(Tab. LIX.)

Lapis altus 0m,45, latus 0m,50. Eo sculptæ sunt protome viri a sinistra, et protome mulieris a dextera. Spatio inter capita vacuo, ad caput viri exaratus est titulus. Titulus ad dexteram mulieris inscriptus, fracto lapide, periit. Exstat Londinii, in Museo Britannico (*Semitic Room*, n° 573). Imaginem tabula damus ad monumentum expressam.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenica aus dem British Museum*, n° 2.

[illegible]	1	צלם	*Imago*
[illegible]	2	חביבי בר	*Ḥabîbî, filii*
[illegible]	3	מלכו	*Maliku, (filii)*
[illegible]	4	בלי[דע] חבל	*Bêl[iadaʿ]. Heu!*

Versus 4. Edidit Müller בליד «Bulaid», nomen inauditum. Inspecto lapide, suspicamur legendum בלידע; vide sub n° 4440.

4510

Lidzbarski (α), 1.

Lapidis fragmentum. Anaglypho ficta fuit effigies viri avem sinistra tenentis. Exstat Berolini, in Regio museo (VA 2015).

Edidit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsemit. Epigraphik*, p. 487. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 357.

[illegible]	1	חבל	*Heu!*
[illegible]	2	תימשא	*Taimišâ,*
[illegible]	3	בר	*filius*
[illegible]	4	מלא	*Malê.*

4511

Lidzbarski (α), 3.

(Tab. XLV.)

Lapis altus 0m,65, latus 0m50. Protome viri, tesseram manu sinistra tenentis. Titulus a dextera inscriptus est. Exstat Berolini, in Regio museo (VA 2661). Imaginem damus ad monumentum expressam.

Edidit M. Lidzbarski, *Handbuch der nordsemit. Epigraphik*, p. 487. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 359.

[illegible]	1	חבל	*Heu!*
[illegible]	2	תימא בר	*Taimê, filius*
[illegible]	3	מלכו . . .	*Maliku, . . .*

V. 3. Tertium nomen, vel cognomen, erasum est; prima littera א fuisse videtur, et integra vox fortasse fuerit אחיתור.

4512

(Tab. L.)

Lapis altus 0m,44, latus 0m,51, a sinistra fractus. Supersunt effigies anaglypticæ muliebres duæ : tertia excidit. Exstat Constantinopoli in Museo publico (*Catal.*, n° 191). Imaginem ad monumentum effictam tabula damus; hic autem apographum Mordtmannianum, etsi minus accuratum, subjicimus.

Notitiam tradit opusculum inscriptum *Catalogue sommaire des antiquités himyarites et palmyréniennes du Musée impérial ottoman*, p. 73. — Interpretationem tentavit J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 10. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigr.*, t. I, p. 78. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 353.



A. Margine dextero :

צלמת	1	*Imago*
חבא בר[ת]	2	*Ḥabê, filiæ*
בונא	3	*Bônnê.*
חבל	4	*Heu!*

B. Spatio vacuo inter capita, hac ratione :

	Imago
מרתהון	*Marthôn,*
ברת	*filiæ*
[ח]ליפא	*Ḥalîphâ, (filii)*
בונא	*Bônnê.*

A. — חבא. Vide sub n° 4315.

B. — חליפא. Scriptura dubia. Legit Mordtmann לינא . .; nobis potius חליפא : nomen occurrit sub n° 4530.

C. Margine sinistro; vestigia inscriptionis quæ ad tertiam imaginem, nunc abscisam, pertinuisse videtur.

Notanda forma peculiaris litteræ א, quæ forma in aliis titulis etiam habetur, nis 4409, 4477, 4527.

4513

(Tab. XLVIII.)

Lapis altus $0^{m},57$, latus $0^{m},45$. Protome mulieris, pretioso ornatu amictæ; pone mulierem, a sinistra, stat puella manu sinistra avem tenens. Titulus duplex. Exstat Constantinopoli, in Museo publico (*Catal.*, n° 192). Imaginem ad monumentum effictam tabula damus; hic vero inscriptionum delineationem subjicimus.

Monumenti descriptionem tradidit opusculum inscriptum *Catalogue sommaire des antiquités himyarites et palmyréniennes du Musée impérial ottoman*, p. 74. — Veram lectionem tituli assequutus est J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 11. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephem. f. nordsemit. Epigraphik*, t. I, p. 78. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 354.



A. Margine dextero, rectis lineis :

חבא ברת 1 *Ḥabê, filia*

מלא אסיא 2 *Malê medici.*

חבל 3 *Heu!*

B. A sinistra mulieris :

חבא ברת 1 *Ḥabê, filia*

מלא חבל 2 *Malê. Heu!*

4514

(Tab. L.)

Lapis altus $0^{m},39$, latus $0^{m},34$. Protome viri junioris. Exstat, ab anno 1896, Constantinopoli in Museo publico (*Catal.*, n° 198). Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Edidit J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 2. — De eo egit M. Lidzbarski, *Ephemeris für sem. Epigraphik.*, t. I, p. 75. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 342.

הרקלידא 1 *Heraclides,*

בר סבינא 2 *filius Sabini.*

חבל 3 *Heu!*

Nomina peregrina. הרקלידא, Ἡρακλείδης. — סבינא, lat. *Sabinus*, mediante græco Σαβεῖνος, Σαβῖνος.

4515

(Tab. XLVIII.)

Lapis altus $0^{m},42$, latus $0^{m},32$. Protome viri, volumen manu tenentis, oculis nigro colore pictis. Exstat Constantinopoli, in Museo publico (*Catal.*, n° 199). Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Edidit J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 2. — De titulo egerunt Ch. Clermont-Ganneau, *Notes d'épigraphie palmyrénienne*, in *Recueil d'archéol. orient.*, t. III, p. 242; — M. Lidzbarski, *Ephem. für sem. Epigraphik*, t. I, p. 75. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 343.

אלקמ 1 *Alcimus,*

בר 2 *filius*

שמעון 3 *Šimʿôn,*

בר 4 *filii*

הנאי 5 *Hane'i.*

חבל 6 *Heu!*

אלקמא, gr. Ἄλκιμος; supra, 3614, II, 28 : אלקמס. — הנאי probabilius componendum ad arab. هَانِئ; confer nom. nabat. הנאו (sub n° 157, et sæpius).

(Impressum mense decembri anni 1947.)

4516

(Tab. L.)

Lapis altus $0^{m},48$, latus $0^{m},36$. Eo exsculpta est protome viri, et a sinistra hujus, effigies puellæ stantis, ornamentis indutæ, avem sinistra tenentis. Titulus duplex. Exstat Constantinopoli in Museo publico (*Catal.*, n° 203). Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Edidit J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 4. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. I, p. 76. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 347.

A. A dextera :

צלם עתנתן 1
בר זבדעתה 2
די עברת לה 3
אחא ברת נשא 4
אתתה חבל 5

1 *Imago ʿAtênatan,*
2 *filii Zabdeʿateh;*
3 *quam fecit ei*
4 *Aḥâ, filia Nesâ,*
5 *uxor ejus. Heu!*

B. A sinistra, juxta puellam.

אקמת 1 *Aqmat,*
ברתה 2 *filia ejus.*

4517

(Tab. XLVIII.)

Lapis altus $0^{m}45$, latus $0^{m},36$. Protome mulieris colum et fusum tenentis. Exstat Constantinopoli, in Museo publico (*Catal.*, n° 205). Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Edidit J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 6. — De titulo egit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 77. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 349.

כדנני ברת 1
מלכו בקי 2
חבל 3

1 *Kadnanai filia*
2 *Maliku, (filii) Baqqai.*
3 *Heu!*

כדנני vel כרנני. Nomen alibi non invenimus. Putat J. Mordtmann cum nomine deæ *Nannai* compositum, sed quid sibi velit primum elementum כד vel כר non apparet.

בקי; contulit Mordtmann nom. biblica בָּקְבֻּקְיָהוּ; Lidzbarski nomen arab. بَقِيّ.

4518

(Tab. XXXVIII.)

Lapis altus $0^{m},50$, latus $0^{m},36$. Eo exsculptæ sunt anaglypticæ effigies tres : media protome mulieris colum et fusum tenentis; retro a sinistra, puer stans, uvam ferens; a dextera, puella. Triplex quoque inscriptio. Exstat Constantinopoli, in Museo publico (*Catal.*, n° 207). Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Edidit J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 6. — De titulo egerunt Ch. Clermont-Ganneau, *Notes d'épigraphie palmyrénienne*, in *Recueil d'archéol. orient.*, t. III, p. 243; — M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. I, p. 77. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 351.

A. Infra imaginem mulieris :

1
2
3
4

חבל אקמא 1
ברת מלכו בר דיניס די עבד לה בנורי 2
בעלה ליקרה די אוקרת מלכו אחוה 3
ובנוהי 4

1 *Heu! Aqmê,*
2 *filia Maliku, filii Deinias; quod (monumentum) fecit ei Bennurî,*
3 *maritus ejus, in ejus honorem; quia (ipsa) honoravit Maliku, fratrem ejus et filios ejus.*

B. A sinistra, juxta puerum :

שריכו 1 *Šoraiku,*
ברה 2 *filius ejus.*
חבל 3 *Heu!*

C. A dextera, juxta puellam :

בתחו 1 *Bataḥu,*
ברתה 2 *filia ejus.*
חבל 3 *Heu!*

A. — Versus 2. דיניס : vide sub n° 4287.

Versus 3. אחוה : dubium est utrum ה sit suffixum 3ae pers. masculinæ aut femininæ; potius ad Bennurî, cum Clermont-Ganneau, referendum videtur. Mordtmann vertit fratrem « suum ».

V. 4. בנוהי « filios ejus », id est Bennurî.

C. — בתחו, secundum Nöldeke (apud Mordtmann) ex בת־אָחוה « filia fratris », coarctatum. Nomen alibi non invenimus.

4519

(Tab. XXXVI.)

Anno 1899, apographum et ectypum accepit noster Clermont-Ganneau tituli lapideæ imagini adscripti. Tunc venum ibat monumentum apud syrum Aziz Khayat Eboraci Novi mercaturam agentem. Nunc ibidem asservatur in Metropolitan Museum. Imaginem ad ipsum effictam tabula damus.

Edidit Ch. Clermont-Ganneau, *Notes d'épigraphie palmyrénienne*, in *Recueil d'archéol. orient.*, t. III, p. 184. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigr.*, t. I, p. 85. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 355.

זבידא בר 1 *Zebîdâ, filius*
דיני בר 2 *Dînai, filii*
מלא 3 *Malê.*
חבל 4 *Heu!*

דיני : idem nomen quod דיניס scriptum est in titulo superiore, aut saltem ab eo deductum. Occurrit etiam in titulis syriacis דינא (Pognon, *Inscript. sémit.*, n° 7, 10).

4520

Chabot (α), 33, 59 B.

(Tab. LXII.)

Ectypum chartaceum, e lapide Palmyra Damascum translato sumptum, anno 1899, cum J.-B. Chabot communicavit rev. M. J. Lagrange, nulla addita notula. Ad hoc ectypum efficta est imago nostra.

Edidit J.-B. Chabot, *Notes d'épigraphie et d'archéol. orientale*, n° 33, ad fidem ectypi; postea, accepto apographo satis imperfecto ab Æmilio Bertone delineato, titulum alium esse putavit et rursum dedit eodem opere sub n° 59 B. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigr.*, t. I, p. 211.

דיני בר 1 *Dînai, filius*
ברפא 2 *Berrephâ.*
חבל 3 *Heu!*

ברפא, vide sub n° 3996.

4521

Ronzevalle (α), 1.

(Tab. LXII.)

Lapis quo exsculpta est protome mulieris. Exstabat anno 1899 Emesæ, ubi imaginem photographicam

et ectypum sumpsit rev. Seb. Ronzevalle. Ectypum tabula damus.

Edidit S. Ronzevalle, *Notes d'épigraphie orientale*, in diario *Al-Machriq*, t. III [1900], p. 159. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 40. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 206.

1	עתי	עתי	*ʿAttai,*
2	ברת	ברת	*filia*
3	מעני	מעני	*Maʿnai.*
4	חבל	חבל	*Heu!*

4522

Ronzevalle (α), 2.

(Tab. LXII.)

Lapis quo exsculpta est protome mulieris florem manu tenentis; pone ipsam stat puer. Anno 1899, Emesæ, repperit rev. Seb. Ronzevalle et ectypum sumpsit quod tabula damus.

Edidit S. Ronzevalle, *Notes d'épigraphie orientale*, n° 2. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 41. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. I, p. 206.

1	[נ]בי ברת	[נ]בי ברת	*[Nab]bai, filia*
2	ירחי בר	ירחי בר	*Iarḥai, filii*
3	זגוג חבל	זגוג חבל	*Zaggôg. Heu!*

נבי, jan sub n° 4130. — זגוג, lectionem certam tenet Ronzevalle. Nomen alibi non recurrit. Contulit H. Derenbourg arab. زجّاج «vitrarius».

4523

Ronzevalle (α), 3.

(Tab. LXII.)

Lapis anaglypho ornatus ; protome mulieris vetulæ. Anno 1899, Emesæ vidit R. Dussaud, atque imaginem photographicam monumenti sumpsit titulique delineationem fecit. Circa id tempus etiam imaginem et ectypum accepit rev. Seb. Ronzevalle. Ectypum tabula damus.

Edidit S. Ronzevalle, *Notes d'épigraphie orientale*, n° 3. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 42. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. I, p. 206.

1	אמתא	אמתא	*ʾAmtâ,*
2	ברת	ברת	*filia*
3	והבלת	והבלת	*Vahballât.*

4524

Ronzevalle (α), 6; (γ), 29.

(Tab. LXII.)

Lapis anaglypho ornatus : protome mulieris. Titulus bipartitus ab utroque latere capitis incisus. Anno 1899, Emesæ, monumenti imaginem et tituli ectypum sumpsit rev. Seb. Ronzevalle. Ab hoc tempore Berytum translatus est lapis. Ectypi delineationem tabula damus.

Edidit S. Ronzevalle, *Notes d'épigraphie orientale*, n° 6. — *Rép. d'épigraphie sémit.*, n° 45. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 207. — Rursum Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 29.

A sinistra :		A dextera :	
7	אתת	[illegible]	1
8	מעני	ברת	2
9	בר	[illegible]	3
10	ברעא	בר ירי	4
		גרבא	5
		אבל	6

1	מרתהון	7	אתת
2	ברת	8	מעני
3	תימרצו	9	בר
4	בר ידי	10	ברעא
5	גרבא		
6	חבל		

1	*Marthôn,*	7	*Uxor*
2	*filia*	8	*Maʿnai,*
3	*Taimarṣu,*	9	*filii*
4	*filii Iaddai,*	10	*Barʿâ.*
5	*(filii) Garbâ.*		
6	*Heu!*		

Versus 1. מרתהון restituit Clermont-Ganneau; vide sub n° 4238.

Versus 4; nomen ידי certum fit, collatis n^is^ 3948, 3949, in quibus viri ejusdem familiæ commemorantur.

Versus 8. Ronzevalle legit מענו; sed hanc formam Nabatæis et Syris familiarem, nullibi repperimus in titulis palmyrenis.

4525

Sobernheim (α), 4.

Titulum «lapidi funereo» inscriptum, Palmyræ, anno 1899 repperit Mauricius Sobernheim, et postea edidit, nulla tradita delineatione.

Edidit M. Sobernheim, *Palmyrenische Inschriften,* n° 4, in *Beiträge zur Assyriologie,* t. IV [1900], p. 210. — Inde *Rép. d'épigr. sémit.,* n° 27. — Retractavit M. Lidzbarski, *Ephem. für sem. Epigraphik,* t. I, p. 199. — *Rép. d'épigr. sémit.,* n° 1648.

Titulum uno versu tradit Sobernheim, hac ratione :

חירא בר זבדבול אתיר חבל

Sed, ut merito notavit Lidzbarski, verisimile est scripturam in plures lineas distributam esse.

אתיר, si recta est lectio, nomen hic tantum occurrit; conferri potest ad arabicum أَثِير. Verumtamen suspicio oritur aliquam signorum metathesim irrepsisse in apographo. Conjicimus genuinam lectionem esse חירא, nomen cujus ultima littera sub finem lineæ superioris scripta fuerit, ac proinde restituendum :

חירא בר זבדבול חירא חבל

Id est :

Ḥairê, filius Zabdibôl, (filii) Ḥairê. Heu!

4526

Gottheil, 2.

(Tab. XLVII.)

Lapis altus o^m^,48, latus o^m^,43. Protome mulieris. Titulus a sinistra exaratus est. Anno 1900, Eboraci Novi apud virum A. Vantine nomine, repperit R. Gottheil. Imaginem tabula damus ad monumentum expressam.

Edidit R. Gottheil, *Seven unpublished Palmyrene Inscriptions,* in *Journal of the American orient. Society,* t. XXI [1900], p. 109. — De titulo egerunt J.-B. Chabot, *Note sur quelques inscriptions palmyréniennes (Journ. asiat.,* 1901, t. I, p. 347); — M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik,* t. I, p. 19; — *Rép. d'épigr. sémit.,* n° 156.

1	עתי	1	*ʿAttai,*
2	ברת	2	*filia*
3	עתשור	3	*ʿAtêšur.*
4	חבל	4	*Heu!*
5	שנת	5	*Anno*
6	522	6	*DXXII,*
7	בירח	7	*mense*
8	טבת	8	*Ṭebet.*

Versus 3. עתשור pro עתה־שורי «ʿAtê murus meus» seu protectio mea. Nomen occurrit in papyris Ele-

phantinæ repertis. Eadem ratione se habent בלשור et בלשורי (vide sub nis 4124, 4129); בנור et בנורי, etc.

Titulus erectus mense januario anni p. Chr. 211.

4527

Apographum hic damus a C. Fossey sumptum anno 1897, Alexandriæ minoris in Cilicia, penes virum Michel nomine, naulo præpositum. De monumento nihil adnotavit. Fuit lapis imagine muliebri ornatus.

Edidit J.-B. Chabot, *Glanures palmyréniennes*, n° viii (*Journ. asiat.*, 1918, II, p. 283).



צלמתא
די עתי ברת
עתשור בר
כלבי בר
לשמש בר
[illegible]י חבל
בירח אדר
שנת 92

Imago
τῆς ʿAttai, filiæ
ʿAtêšur, filii
Kalbai, filii
Lišamš, filii
. . . .ai. Heu!
Mense Adar,
anni LXXX
XII.

עתי : eam esse, quæ occurrit sub n° 4526, probabile non est, ob diversum tempus quod hic annum mortis notare videtur.

Ultimum nomen omnino incertum; suspicamur in apographo litterarum genuinam formam non fideliter exprimi. Fortasse מל ?

Numerus annorum centenarius supplendus est, cccc nempe potius quam ד; titulum igitur erectum fuisse mense Adar seu martio anni p. Chr. 181, probabilius quam 281, conjicimus.

4528

Apographum a C. Fossey delineatum, anno 1897, una cum apographo tituli superioris.

Edidit J.-B. Chabot, *Glanures palmyréniennes*, n° viii (*Journ. asiat.*, 1918, II, p. 283).



שלמת *Šalmat,*
ברת תימא *filia Taimê.*
חבל [illegible] *Heu!*

4529

Chabot (α), 52.

(Tab. XLVI.)

Apographa aliquot inscriptionum, quas ipse parum accurate delineaverat, Æmilius Bertone, sine ulla loci aut monumenti notitia, communicavit cum J. B. Chabot, anno 1901; is vero ea interpretari conatus est et edidit in *Journal asiatique* (sub nis 52-58). Jam autem inter schedas nostri Philippi Berger repperimus ectypa earumdem inscriptionum cum hac sola adnotatione : « Estampages pris par moi. Inscriptions chez M. Saggiar. Beyrouth ». Anno 1894 hæc expresserat Berger. Postea monumenta sibi comparavit Bertone (vide sub n° 4266).

Lapis altus $0^{m}56$, latus $0^{m}43$. Protome viri. Imaginem ad monumentum effictam tabula damus.

Edidit J.-B. Chabot, *Notes d'épigraphie et d'archéol. orientale*, n° 52. — De titulo egerunt Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéol. orient.*, t. V, p. 41. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für sem. Epigraphik*, t. I, p. 347. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 266. — Cf. J.-B. Chabot, *Glanures palmyréniennes*, n° xi (*Journ. asiat.*, 1918, II, p. 287).

חבל גדיא 1 *Heu! Gadîâ,*

בר תיבול 2 *filius Taibbôl,*

נורעתה 3 (*filii*) *Nurʿateh.*

נורעתה «lux Atê»; cf. נורבל, sub n° 3994. Inverso elementorum ordine, compositum est nomen עתנורי, עתנור (n^is 4345, 3911). נורעתה non recurrit nisi in בולנורעתה (sub n° 4191).

4530

Chabot (α), 55.

(Tab. XLVII.)

Lapis altus o^m 50, latus o^m 41. Protome mulieris. Beryti, anno 1894, penes virum Saggiar nomine, repperit Ph. Berger (vide sub n° 4529); imaginem ad lapidem effictam tabula damus. Post mortem Æm. Bertone, monumentum pro museo Luparensi emptum est (A. O. 14926).

Edidit, apographo Bertoniano usus, J.-B. Chabot, *Notes d'épigr. et d'archéol. orient.*, n° 55. — De titulo egerunt Ch. Clermont-Ganneau, *Rec. d'archéol. orient.*, t. V, p. 41. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für sem. Epigraphik*, t. I, p. 348. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 269. — Cf. J.-B. Chabot, *Glanures palmyréniennes*, n° xi.

סיעת 1 *Siʿat,*

ברת 2 *filia*

חליפא 3 *Ḥaliphâ.*

חבל 4 *Heu!*

סיעת «adjuta»; participium femininum, ut ידיעת, חליפת, etc.; vide sub n° 4460. Radix est סוע, arab. غوث. Cf. nom. biblicum masc. סִיעָא (*Nehem.*, vii, 47), et סיענא, supra, sub n° 4403.

חליפא «substitutus»; forma rarior; cf. femin. חליפת n° 4460.

4531

Chabot (α), 56.

(Tab. XLVI.)

Lapis altus o^m 56, latus o^m 46.

Titulus simulacro virili adscriptus, a sinistra, inter palmam et caput. Exstabat Beryti anno 1894 (vide sub n° 4529). Emptum, post mortem Bertone, ab Eduardo Salin, Lotharingio. Imaginem damus ad ipsum lapidem effictam.

Edidit, apographo Bertoniano usus, J.-B. Chabot, *Notes d'épigr. et d'archéol. orient.*, n° 56. — Vide etiam Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéol. orient.*, t. V, p. 46. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 348. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 270. — Cf. J.-B. Chabot, *Glanures palmyréniennes*, n° xi.

ירחי 1 *Jarḥai,*

בר זבדעתא 2 *filius Zabdeʿatê,*

פזגא חבל 3 (*filii*) *Pezgâ. Heu!*

זבדעתא, cum א in fine legimus; lapicida hanc litteram, deficiente spatio, infra lineam sculpsit.

Versu tertio, nomen, probabiliter peregrinæ originis, quattuor constat litteris; lectio פזגא ab ectypo certa videtur.

4532

Chabot (α), 57.

(Tab. XLVI.)

Lapis altus o^m 49, latus o^m 45. Protome mulieris ad cujus sinistram stat infans erectus, capite mutilus. Ectypum Beryti sumpsit Berger (vide sub n° 4529) Imaginem ad lapidem effictam tabula damus.

Edidit J.-B. Chabot, *Notes d'épigr. et d'archéol. orient.*, n° 57. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik* t. I, p. 348. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 271. — Cf. J.-B. Chabot, *Glanures palmyréniennes*, n° xi.



צלמת לויא 1 *Imago Leuîâ,*
ברת ירחי בר 2 *filiæ Iarḥai, fi-*
עגילי חבל 3 *lii ʿOgîlai. Heu!*
מלכו 4 *Maliku*
וזבידא 5 *et Zebîdâ*
אחה 6 *frater ejus.*
חבל 7 *Heu!*

לויא, vide sub n° 4301.
עגילי; י in fine, ab ectypo certum.

4533

Chabot (α), 58.

(Tab. XLVI.)

Lapis altus o^{m}59, latus o^{m}48. Protome viri, nudo capite.

Titulus rectis lineis scriptus, litteris leviter incisis, margine dextero, caput inter et palmam. Ectypa duo sumpsit Berger (vide sub n° 4529). Imaginem ad lapidem effictam tabula damus; hic autem tituli delineationem subjicimus.

Edidit J.-B. Chabot, *Notes d'épigr. et d'archéol. orient.*, n° 58. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für sem. Epigraphik*, t. I, p. 349. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 272. — Cf. J.-B. Chabot, *Glanures palmyréniennes*, n° xi.



בולי בר עגילו 1 *Bôlai, filius ʿOgîlu.*
חבל 2 *Heu!*

בולי : lectionem, quæ jam ex apographo Bertoniano elicere licebat, confirmat ectypum. Nomen e nomine dei Bôli efformatum; cf. בעלי, sub n° 3974.
עגילו; ו dubium; fortasse עגילי, ut habemus sub n° 4532.

4534

Chabot (α), 59 A; Lidzbarski (δ) B.

(Tab. LXIII.)

Lapis altus o^{m},46, latus o^{m},41. Protome viri junioris. Exstat Constantinopoli in Museo publico (*Catal.*, n° 267). Imaginem ad monumentum effictam tabula damus, addita tituli delineatione a Lidzbarski edita.

Edidit J.-B. Chabot, in suis *Notes d'épigr. et d'archéol. orient.*, n° 59 A, apographum satis imperfectum ab Æmilio Bertone sibi commissum. — Interpretationem aggressus et assequutus est Clermont-Ganneau, *Nouveaux bustes funéraires avec inscriptions palmyréniennes*, in *Recueil d'archéol. orient.*, t. V, p. 42. — Inde *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 273. — Anno 1910, apographum sumpsit et edidit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigr.*, t. III, p. 132. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1026.



תימרצו 1 *Taimarṣu,*
בר בריכי 2 *filius Barîkî.*
חבל 3 *Heu!*

בריכי, vide sub n° 3931.

4535

Ronzevalle (β), 1.

(Tab. LXII, LXIII.)

Lapis altus 0m,55, latus 0m,65. Eo exsculptæ sunt effigies duæ, a dextera viri senioris, barbati, togati, a sinistra viri junioris, abrasa barba, manu palmam tenentis. Titulus, scriptura neglegentius exarata, ab utroque latere viri senioris inscriptus est, a capite junioris palma sejunctus. Anno 1901, Emesæ, penes v. h. Eliam Masʿad, repperit rev. H. Lammens. Ectypa sumpsit et imaginem photographicam efficiendam curavit quæ tabulis damus.

Edidit S. Ronzevalle, *Notes d'épigraphie palmyrénienne*, n° 1, in diario *Revue biblique*, t. XI [1902], p. 409. — Retractavit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. II, p. 78. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 968.

A. — A dextera capitis :

.ב..	[ס]ב[נא]	*Sabinus* (?),
בר ירח[י]	בר ירח[י]	*filius Iarḥai*,
בונא	בונא	(*filii*) *Bônnê*.
חבל	חבל	*Heu!*

B. — A sinistra capitis :

ירחבולא	ירחבולא	*Iarḥibolê*,
בר תמא	בר תמא	*filius Tammâ*,
אחתה	אחתה	*sororis ejus*.
חבל	חבל	*Heu!*

A. — Primum nomen dubium. Legit Ronzevalle בבו [illegible]. Conjecit Lidzbarski סבלו. Fortasse sit סבנא, quod habemus sub n° 4543 (ירחי בר סבנא).

Versus 2-3 in unum conjungit Ronzevalle et legit ירחבונא; sed recte Lidzbarski ירח[י] בונא interpretatus est.

B. — Versus 1. ירחבולא merito restituit Lidzbarski. Ronzevalle edidit ירחבונא, nomen inauditum.

Hunc titulum ad alteram effigiem pertinere manifestum est; cognatio autem utriusque viri ita intellegenda est :



4536

Ronzevalle (β), 2.

(Tab. LXI.)

Lapis altus 0m,49. Protome viri, barbati, intecto capite, dextera palmam tenentis. Titulus margine dextero ad caput, rectis lineis, inscriptus est. Anno 1900, Emesæ, penes incolam Salim Effendi Khoury nomine, reppererunt reverendi H. Lammens et P. Dupoux, jesuitæ Berytenses. Imaginem photographicam tabula damus.

Edidit S. Ronzevalle, *Notes d'épigr. palmyrénienne*, n° 2, in diario *Revue biblique*, t. XI [1902], p. 409. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. II, p. 78. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 969.



עבדעתא	1	*ʿAbdeʿatê*,
בר שלמן	2	*filius Šalman*.
חבל	3	*Heu!*

עבדעתא «servus ʿAthê», cum א in fine; cf. זבדעתא, ברעתא, etc. Nomen alibi non occurrit. Pauciora sunt apud Palmyrenos quam apud Nabatæos nomina cum עבד־ composita; libentius usi sunt vocabulo תימ־.

(Impressum mense decembri anni 1947.)

4537

Ronzevalle (β), 3.

(Tab. LXI, LXII.)

Lapis altus o^{m},42, latus o^{m},64. Eo exsculptæ sunt effigies duæ : a sinistra viri togati; a dextera mulieris vario ornatu comptæ. Duplex titulus spatio vacuo inter capita inscriptus est. Anno 1900, Emesæ, apud virum Hammaoui nomine, reppererunt rev. H. Lammens et P. Dupoux, atque ectypa sumpserunt et imaginem photographicam quæ tabulis damus.

Edidit S. Ronzevalle, *Notes d'épigr. palmyrénienne*, n° 3; in diario *Revue biblique*, t. XI [1902], p. 410. — Iterum dedit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. II, p. 78. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 970.

A. Ad caput viri :

יחאי	1	ירחי	*Iarḥai*,
בר עגא	2	בר עגא	*filius ʿOgê*.
חבל	3	חבל	*Heu!*

B. Ad caput mulieris :

בליא	1	בליא	*Bêlaîâ*,
ברתה	2	ברתה	*filia ejus*.
חבל	3	חבל	*Heu!*

בליא, alibi non occurrit. Memorat Ronzevalle lat. *Ballia*, nomen ancillæ Pilati (cf. Frick, *Chronica minora*, t. I, p. 344); de quo nomine vide Clermont-Ganneau, *Revue critique*, t. XXXVI [1893], p. 210, et *Rec. d'arch. or.*, t. III, p. 165. Contulit etiam nomen poetæ Syrorum בלאי (quod recentioribus libris *Balai* sonat), sed ad rad. בלה «attrivit» illud et nomen arabicæ tribus بَلِيّ (Ibn Doreid, p. 322) sine jure refert. Etymon nobis incertum. Collatis nominibus græco *βηλεου* [gen.] et latino *Beleus* (*Ephem.*, II, 333, 341), haud temere e nomine dei Beli deduci potest mascul. בלי, et inde femin. בליא, *Bêlaia* efferendum. Cf. בעלי (n° 3974) et בולי (n° 4533).

4538

Ledrain (η), 4.

(Tab. XLII.)

Lapis o^{m},55 altus, o^{m},50 latus. Anaglypho exsculpta est protome mulieris, variis ornamentis amictæ, brachio sinistro puerum gerentis. Exstat Parisiis, in museo Luparensi (A. O. 4147). Ad monumentum imaginem tabula damus.

Edidit E. Ledrain, *Monuments nouveaux au Musée du Louvre* (*Rev. d'assyriol.*, t. VII, p. 53). — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1636.

חבל	חבל	*Heu!*
חבא	חבא	*Ḥabê*,
ברת עגא	ברת עגא	*filia ʿOgê*,
ירחי	ירחי	(*filii*) *Iarḥai*.

4539

Euting, 11.

(Tab. XLI.)

Lapis anaglypho ornatus. Protome mulieris, nudo capite, calamistratis crinibus, inaures et torquem gerentis, florem manu sinistra tenentis. Titulus margine sinistro, palmam inter et caput inscriptus, fractura periit fere totus. Palmyræ repperit et secum Argentoratum adsportavit J. Euting. Imaginem photographicam tabula damus.

Edidit J. Euting, *Epigraphische Miscellen*, n° 11. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 394 C.

ע[תי]	1	ע[תי]	*ʿA[ttai]*,
ב[רת]	2	ב[רת]	*fi[lia]*
יר[חי]	3	יר[חי]	*Iar[ḥai]*.
חבל	4	חבל	*Heu!*

Adeo angustum est spatium ut aliam restitutionem excogitare vix liceat.

4540

Lidzbarski (β), A.

(Tab. LXII.)

Lapis anaglypho oruatus; eo ficta est protome viri. A dextera inscriptus est titulus; a sinistra fractus est lapis, ita ut conjiciendum sit olim effigiem alteram hac parte exstitisse. Monumentum Palmyræ emptum M. Sobernheim dono dedit Regio Museo Berolinensi, ubi nunc asservatur. Imaginem ad ectypum effictam tabula damus.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 340. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 255.

𐡌𐡒𐡉 𐡁𐡓	1	מקי בר	*Maqqai, filius*
𐡔𐡌𐡔𐡂𐡓𐡌	2	שמשגרם	*Šamšigeram.*
𐡄𐡁𐡋 𐡏𐡁𐡃𐡕	3	חבל עבדת	*Heu! Fecit*
𐡋𐡄 𐡏𐡋𐡌𐡕𐡄	4	לה עלמתה	*ei ancilla ejus*
𐡅𐡁𐡓𐡕𐡄	5	וברתה	*et filia ejus*
𐡃𐡊𐡓𐡍	6	דכרן	*memoriale.*

Monet Lidzbarski vocibus «ancilla» et «filia» eamdem personam designari, allato exemplo biblico : עַבְדְּךָ וּבְנְךָ אֲנִי (II *Reg.*, XVI, 7).

Littera ר ubique puncto notata est.

4541

Lidzbarski (β), J.

(Tab. XLIX.)

Lapis altus o^{m},81, latus o^{m},60. Protome mulieris. Titulus a dextera inscriptus est. Exstitit olim penes v. h. A. Besserer (vide sub n° 4265), nunc autem Genevæ, in museo publico asservatur. Imaginem tabula damus ad monumentum effictam.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 342. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 263.

𐡍𐡍𐡀	1	ננא	*Nannê,*
𐡁𐡓𐡕	2	ברת	*filia*
𐡍𐡅𐡓𐡁𐡋	3	נורבל	*Nurbêl.*
𐡄𐡁𐡋	4	חבל	*Heu!*

ננא hic tantum invenimus. E nomine deæ Nannai sane deducitur, sed quo processu non videmus. Cf. נינא sub n° 4206.

4542

Lidzbarski (β), K.

(Tab. XLIX.)

Lapis altus o^{m},47, latus o^{m},28. Protome mulieris pretiosis vestibus et ornamentis amictæ. Titulus infra effigiem prominenti margine inscriptus est. Exstitit olim penes v. h. A. Besserer (vide sub n° 4265), nunc autem Genevæ in museo publico asservatur. Imaginem ad monumentum expressam et etiam ectypum tabula damus.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 342. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 264.

1 𐡀𐡇𐡕𐡀 𐡁𐡓𐡕 𐡔𐡋𐡀 𐡄𐡁𐡋

2 𐡃 𐡏[𐡁𐡃] 𐡁𐡓𐡍𐡉 𐡋𐡉𐡒𐡓𐡄

1 אחתא ברת שלא חבל

2 די ע[בד] ברני ליקרה

1 *Aḥatâ, filia Šalê. Heu!*

2 *Quod fe[cit] Barnai, in honorem ejus.*

Versus 1. אחתא : nomen alibi non invenimus in titulis palmyrenis. Etiam in usu est apud Mandæos : אהאתא (*Ephem.*, I, p. 97, n. 5). Est autem forma emphatica nominis

אחא «soror»; vide sub n° 4254. — שלא : nomen exstat in titulo nabatæo (supra, n° 185); sonus dubius, etymon incertum. Breviorem formam cujusdam nominis e radice שלמ deducti conjicit Lidzbarski.

Versus 2. ברני, semel legitur; cf. Βαρναῖος (*C.I.G.*, 2319); coarctatum e ברנבו putat Lidzbarski.

4543

Lidzbarski (β), L.

(Tab. XLIX.)

Lapis altus $0^m,60$, latus $0^m,44$. Protome viri senis. Titulus a dextera incisus est. Exstitit olim penes v. h. A. Besserer (vide sub n° 4265), nunc autem Genevæ, in museo publico asservatur. Imaginem tabula damus ad monumentum et ad ectypum expressam.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. I, p. 343. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 265.

יחאי	1	יחי	*Iaḥai,*
בר סבנא	2	בר סבנא	*filius Sabini.*
חבל	3	חבל	*Heu!*

סבנא : nomen latinum *Sabinus*, græce Σαβεῖνος, Σαβῖνος, in regionibus Syriæ satis frequens. Cf. n^m 4535.

4544

Littmann, 13.

(Tab. LXIII.)

Fragmentum lapideum, longum $0^m,155$, altum $0^m,085$. Ex imagine anaglyptica viri stantis lapidi insculpta, supersunt tantum ambo pedes, ad marginem superiorem fragmenti. Exstat in oppido Americæ Princeton, in museo Universitatis. Imaginem ad ipsum effictam tabula damus.

Edidit E. Littmann, *Semitic Inscriptions*, p. 81; *Palmyrene Inscript.*, n° 13. — Retractaverunt Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'arch. orient.*, t. VII, p. 35. — M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. II, p. 308. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 822.

ברשעד	1	ברשעד בר	*Barš'ad, filius*
[ש]טא חבל	2	[ש]טא חבל	*Šaṭê. Heu!*

ברשעד, vide sub n° 4211.

Patris nomen incertum. Prima littera mutila est; restituit Lidzbarski חטא, Clermont-Ganneau [illegible]טא, Littmann, majore cum probabilitate, שטא.

4545

(Tab. LXIII.)

Lapis altus $0^m,57$, latus $0^m,43$. Protome viri, nudo capite. Titulus margine dextero ad caput inscriptus est. Exstat Parisiis, penes collegam nostrum G. Schlumberger. Ad monumentum expressam imaginem tabula damus.

Edidit J.-B. Chabot, *Glanures palmyréniennes*, n° III (*Journ. asiat.*, 1918, II, p. 278).

תימא בר	תימא בר	*Taimê, filius*
זבידא	זבידא	*Zebîdâ.*
חבל	חבל	*Heu!*

4546

(Tab. LXIII.)

Lapis altus $0^m,60$, latus $0^m,58$. Protome mulieris. Juxta humerum dexterum exsculpta est effigies infantis stantis, manu dextera velum mulieri impositum amoventis. Titulus margine dextero ad caput inscriptus

est. Exstat Parisiis, penes socium nostrum G. Schlumberger. Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Edidit J.-B. Chabot, *Glanures palmyréniennes*, n° IV (*Journ. asiat.*, 1918, II, p. 278).

הבל	חבל	*Heu!*
אמתחא	אמתחא	*Amataḥê*,
ברת זבידא	ברת זבידא	*filia Zebidâ*,
יונית	יונית	*Græca.*

Zebida, probabiliter is qui sub n° 4545 commemoratur.

אמתחא : nomen feminini generis, cui respondet masculinum תימחא (vide sub n° 4115). Pars prior hujusmodi nominum, תימ־ «servus», אמת־ «ancilla», innuit litteris חא quoddam nomen divinum coarctatum exprimi; nisi velis sensum esse אמת־אחא «ancilla fratris».

יונית «Græca»; cf., sub n° seq., מצרית «Ægyptia». Est sane cognomen, mulieri inditum eo quod nata sit vel habitaverit in Græcia, vel ob quamdam aliam rationem nobis ignotam.

4547

Torrey (α), 1.

(Tab. LXI.)

Lapis anaglypho ornatus : protome mulieris colum et fusum læva manu gerentis. Titulus margine sinistro, ad caput, inscriptus est. Anno 1902 venit una cum tribus monumentis proxime edendis (n°s 4548-4550) in possessionem h. f. Hermann Oelrichs, Eboraci Novi degentis; ibi ea repperit et edidit vir eruditus Carolus C. Torrey. Imaginem ad monumentum effictam tabula damus; hic vero tituli delineationem subjicimus.

Edidit Ch. C. Torrey, *Four Palmyrene Epitaphs*, n° 1, in *Journal of the American Orient. Society*, t. XXV [1904], p. 320 et seq. — Animadversiones protulerunt M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. II, p. 316; — Ch. Clermont-Ganneau, *Épigraphie palmyrénienne*, in *Recueil d'arch. orient.*, t. VII, p. 353. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 721.



חבל	1	*Heu!*
שגל	2	*Šegel*,
ברת בורפא	3	*filia Bôrrephâ*,
מצרית	4	*Ægyptia.*

מצרית «Ægyptia», cognomen mulieris. Lectio omnino certa; sensus quoque. Cf. יונית «Græca», sub n° 4546. Hoc duplici exemplo demonstratur in nominibus feminini generis statum absolutum littera ת aliquando notatum fuisse. Inde bene explicantur quædam nomina singularis formæ, ut חליפת, ידיעת, סיעת, עלית, שלמת.

4548

Torrey (α), 2.

(Tab. LX.)

Lapis anaglypho ornatus. Protome mulieris. Titulus a dextera, ad caput, incisus est, rectis lineis. Exstat Eboraci Novi, penes h. f. Hermann Oelrichs (vide sub n° 4547). Imaginem tabula damus ad monumentum effictam; hic autem tituli tranversis lineis incisi delineationem subjicimus.

Edidit Ch. C. Torrey, *Four Palmyrene Epitaphs*, in *Journ. of the American Orient. Society*, t. XXV [1904], p. 320. — Iterum dedit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. II, p. 317. — De eo egit Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'arch. orient.*, t. VII, p. 354. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 722.



חרתא ברת	1	*Ḥaretâ, filia*
בידא שגל	2	*Baidâ. Šegel*
בת חבא חבל	3	*filia Ḥabê. Heu!*

V. 3, legit Lidzbarski בתחבא *Batḥabê*, et censet mulierem duplici nomine et duplici patronymico designari.

Littera ר puncto superno notatur.

4549

Torrey (α), 3.

(Tab. LXI.)

Lapis anaglypho ornatus. Protome viri. Titulus bipartitus ab utroque latere capitis inscriptus est; pars autem dextera, fracto lapide, mutila est. Exstat Eboraci Novi, penes h. f. Hermann Oelrichs. Imaginem damus ad monumentum expressam.

Edidit Ch. C. Torrey, *Four Palmyrene Epitaphs*, in *Journal of the American Orient. Society*, t. XXV [1904], p. 322. — Iterum dedit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. II, p. 317. — Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'arch. orient.*, t. VII, p. 355. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 723.

A sinistra :		A dextera :	
[illegible]	5	[illegible]	1
[illegible]	6	[illegible]	2
[illegible]	7	[illegible]	3
[illegible]	8	[illegible]	4
[illegible]	9		
[illegible]			
בירח	5	[חב]ל	1
סיון	6	. . א בר	2
שנת	7	[תי]מחא	3
498	8–9	בר מלכו	4

1	*Heu!*	5	*Mense*
2	. . . *a filius*	6	*Siuân*
3	*Taimaḥê,*	7	*anni*
4	*filii Maliku.*	8	*cccc*
		9	*LXXXXVIII.*

תימחא, restitutio fere certa; litteræ מ vestigia dispicere licet.

Titulus exaratus mense junio anni p. Chr. 187.

4550

Torrey (α), 4.

(Tab. LXI, LXII.)

Lapis anaglypho ornatus. Protome viri. Titulus a sinistra, palmam inter et caput, inscriptus est. Exstat Eboraci Novi, penes h. m. Hermann Oelrichs. Imaginem tabulis damus monumenti ad ipsum expressam et tituli ad ectypum.

Edidit Ch. C. Torrey, *Four Palmyrene Epitaphs*, in *Journ. of the Amer. Orient. Society*, t. XXV [1904], p. 323. — Iterum M. Lidzbarski, *Ephem. für sem. Epigraphik*, t. II, p. 318. — Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéol. or.*, t. VII, p. 355. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 724.

[illegible]	1	עבדא	*ʿAbdâ,*
[illegible]	2	בר	*filius*
[illegible]	3	מרה	*Mareh.*
[illegible]	4	חבל	*Heu!*

מרה, semel occurrit; cf. מרא, nom. femin., sub n° 4409.

4551

Arnold, vi.

(Tab. XXXIX.)

Lapis altus $0^{m},48$, latus $0^{m},40$. Protome viri. Titulus a dextera inscriptus est. Exstat Eboraci Novi in Metropolitano Museo Artium. Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Edidit W. R. Arnold, *Additional Palmyrene Inscriptions*, n° vi. — Repetiit Ch. Clermont-Ganneau, *Épigraphie palmyré-*

nienne, in *Recueil d'archéol. orient.*, t. VII, p. 358. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 759.

מתני בר 1 [illegible]
זבידא חבל 2 [illegible]

1 *Mattenai, filius*
2 *Zebîdâ. Heu!*

זבידא : littera י leviter incisa et parum nitida.

4552

Arnold, VII.

(Tab. XXXVI.)

Lapis a dextera fractus, altus 0m,40, latus 0m,27. Protome viri, sinistra manu cistam seu pateram tenentis. Titulus a sinistra ad caput inscriptus est. Exstat Eboraci Novi, in Metropolitano Museo Artium. Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Edidit W. R. Arnold, *Additional Palmyrene Inscriptions*, n° VII. — Repetiit Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéol. orient.*, t. VII, p. 358. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 760.

מלכו ב[ר] 1 [illegible]
זבא בר[עת] 2 [illegible]
[ה]

Maliku, fi[lius]
Zabbê, (filii) Bar[ʿateh].

Infra lineam secundam, dispicere licet vestigium ultimæ litteræ illic, deficiente spatio, rescriptæ; hinc incitamur ad restituendum nomen ברעתה.

4553

Lagrange (γ), 1.

(Tab. LX.)

Lapis altus circiter 0m,60, latus 0m,45. Protome mulieris egregio ornatu paratæ. Titulus margine dextero ad caput inscriptus est. Anno 1904, Antiochiæ ad Orontem, repperit rev. M. J. Lagrange, penes virum turcam Riffʿât Agha nomine. Ectypa sumpsit et imaginem exprimendam curavit : quæ documenta tabula nostra exhibentur.

Edidit M. J. Lagrange, *Deux bustes palmyréniens*, in diario *Revue biblique*, anno 1905, p. 266. — Iterum dedit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. II, p. 312. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 763.

[illegible]	1	אמבי	*Embai,*
[illegible]	2	ברת	*filia*
[illegible]	3	צפרא	*Ṣeppherâ.*
[illegible]	4	חבל	*Heu!*

אמבי, ultima littera hic dubia, sed nomen jam invenimus sub n° 4248. — צפרא, vide sub n° 3950.

4554

Lagrange (γ), 2.

(Tab. LX.)

Lapis altus circiter 0m,58, latus 0m,42. Protome mulieris, velum manu sinistra amoventis. Titulus bipartitus, ab utroque latere capitis scriptus. Exstat Antiochiæ penes Riffaʿât Agha, una cum titulo proxime edito. Anno 1904, rev. M. J. Lagrange ectypa sumpit et imaginem photographicam accepit : quam tabula nostra damus; hic autem tituli delineationem subjicimus.

Edidit M. J. Lagrange, *Deux bustes palmyréniens*, in diario *Revue biblique*, anno 1905, p. 267. — De ipso egit Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéol. orient.*, t. VII, p. 32. — Iterum dedit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. II, p. 312. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 764.



A. Margine dextero, ad caput, transversis lineis :

מרתי ברת 1 *Martî, filia*
תימרצ[ו] 2 *Taimarṣu;*
די עבד ל[ה] 3 *quod fecit ei*
שגל אחת[ה] 4 *Šegel, soror ejus.*
חבל 5 *Heu!*

B. Margine sinistro, rectis lineis :

בירח תשרי 6 *Mense Tišrî,*
שנת 27 7 *anni* XXVII.

תימרצו : legit Lagrange תימרצא, sed ultima littera omnino incerta est. — עבד : exspectes עבדת.

Quæ, hujus tituli occasione, de quadam æra nova Palmyrenorum excogitavit Lagrange, merito confutavit Clermont-Ganneau. Intellegendus est annus [4]27 vel [5]27. Titulus ergo erectus est mense octobri anni p. Chr. 115 vel potius 215.

4555-4556

Chabot (β), 5.

(Tab. XXXVII, LXIII.)

Lapis altus o^{m},50, latus o^{m},36. Protome viri. Ad caput inscriptiones duæ : sed altera ad aliam effigiem fractura avulsam pertinuit. Exstat Hafniæ, in Glyptotheca : ectypum gypseum apud nos asservatur. Imaginem ad monumentum expressam et etiam titulorum ad ectypa tabulis damus.

Edidit J.-B. Chabot, *Notes sur quelques monuments épigraphiques araméens*, n° 5. — De titulo egit Ch. Clermont-Ganneau, *Nouvelles inscriptions palmyréniennes*, in *Recueil d'archéol. orient.*, t. VIII, p. 6. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 729.

4555. — Margine dextero :



[ידי]עבל בר 1 *[Iedî]ʿbêl, filius*
[מ]קימו כלב[ו] 2 *[Mo]qîmu, (filii) Kalb[u].*
חבל 3 *Heu!*

כלבו, vel כלבי. Nomen כלבו, frequens apud Nabatæos, alibi non invenimus in titulis palmyrenis. כלבא, semel occurrit in tessera figulina (*R.É.S.*, 1682).

4556. — Margine sinistro :



מלכו [בר] 1 *Maliku, [filius]*
פציאל 2 *Phaṣaiêl, (filii)*
[ידי]עבל 3 *[Iedî]ʿbêl.*

מלכו : ultima littera aliquantisper dubia est; fortasse מלכי; vide sub n° 3905.

פציאל : ita legendum, propria et alienis interpretationibus rejectis, nunc putat Chabot, ad fidem ectypi novi. Cf. n^{nm} 4199.

ידיעבל : restitutionem jam conjecerat Clermont-Ganneau.

4557

Chabot (β), 6.

(Tab. XLVIII.)

Lapis altus o^{m},60, latus o^{m},45. Protome viri togati, barbati, crispis crinibus, intecto capite, manu sinistra ad pectus reducta. Titulus margine dextero ad caput inscriptus est. In publicam auctionem venit Parisiis die 2^{a} mensis martii anni 1903, una cum tribus monumentis proxime edendis (n^{is} 4558, 4559, 4561). Illum vidimus mense sept. anni 1919 penes rerum

antiquarum proxenetam Seligmann nomine. Imaginem tabula damus quæ in Catalogo auctionis tradita est.

Imago vulgata est in *Catalogue des antiquités ..... dont la vente aura lieu à Paris les 2 et 3 mars 1903*, pag. 21, n° 153. — Inde titulum interpretatus est et edidit J.-B. Chabot, *Notes sur quelques monuments épigraphiques araméens*, n° 6. — De eo egit Ch. Clermont-Ganneau, *Nouvelles inscriptions palmyréniennes*, in *Recueil d'archéol. orient.*, t. VIII, p. 6. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 730.

אצל	1 חבל	*Heu!*
אחנא	2 חנינא	*Ḥanînâ,*
ברחנא	3 בר חנינא	*filius Ḥanînâ,*
עגא ירק	4 עגא ירק	(*filii*) *ʿOgê Iaroq.*

ירק : hæ litteræ tres omnino certæ sunt. Vox alibi non occurrit. Cognomen esse videtur. Cf. targum. ירוק «viridis», et syr. ܝܪܩܐ «pallidus, flavus».

4558

Chabot (β), 7.

(Tab. XLVIII.)

Lapis altus 0m,60, latus 0m,45. Protome viri togati, barbati, nudo capite. Titulus margine sinistro ad caput inscriptus est. In publicam auctionem Parisiis datus est die 2a martii anni 1903 (vide sub n° 4557). Ubinam nunc lateat, ignoramus. Imaginem in catalogo auctionis vulgatam tabula damus.

Catalogue des antiquités, etc., p. 22, n° 154. — Inde titulum interpretari conatus est et edidit J.-B. Chabot, *Notes sur quelques monuments épigraphiques araméens*, n° 7. — De eo egit Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéol. orient.*, t. VIII, p. 7. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 731.

ירחיבר	1 ירחי בר	*Iarḥai, filius*
נשא	2 נשא	*Nešâ,* (*filii*)
[מ]ק[י]מ[ו]	3 [מ]ק[י]מ[ו]	[*Mo*]*qîm*[*u*].

ירחי, lectio certa. — נשא, lectio valde probabilis. — מקימו : nomen, etsi parum nitide appareat, fere certum habemus.

4559

Chabot (β), 8,

(Tab. XLVIII.)

Lapis altus 0m,47, latus 0m,40. Protome viri junioris, togati, crispis crinibus, abrasa barba. Titulus margine dextero ad caput inscriptus est. Monumentum in publicam auctionem datum est Parisiis die 2a martii anni 1903 (vide sub n° 4557); ubinam nunc lateat ignoramus. Imaginem in Catalogo auctionis vulgatam tabula damus.

Catalogue des antiquités, etc., p. 22, n° 155. — Inde titulum interpretatus est et edidit J.-B. Chabot, *Notes sur quelques monuments épigraphiques araméens*, n° 8. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 732.

אצל	1 חבל	*Heu!*
[illegible]צ	2 בל[חא]	*Bôl*[*ḥâ*],
ברנשא	3 בר נשא	*filius Nešâ,*
חשש	4 חשש	*Ḥašaš.*

Nomen viri dubium; initio, litteræ בל vere probabiles: unde בלחא, collato n° 4560, restituimus; mera tamen conjectura.

4560

Lidzbarski (δ), Aa.

Lapis anaglypho ornatus. Protome viri junioris. Titulus a dextera inscriptus est. Anno 1910, Cahiræ vidit M. Lidzbarski, penes v. h. Demetrium Qandelaft. Ejus delineationem hic subjicimus.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 144. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1018.

(Impressum mense decembri anni 1947.)



נשא 1 *Nešâ,*

בר בלח א 2 *filius Bôlḥâ,*

חשש 3 *Ḥašaš.*

חבל 4 *Heu!*

Cf. n^um 4559. Si recta est lectio, patris et filii monumenta habemus.

בלחא, hic et in titulo superiore, pro בולחא scriptum esse vix dubium est. Titulo enim sub n° 3915 edito commemoratur : חשש בר נשא בר בולחא חשש.

Simili ratione fortasse sub n° 3996 ברפא scriptum est pro בורפא.

4561

Chabot (β), 9.

(Tab. XLVI.)

Marmor album, altum 0^m,50, latum 0^m,40. Anaglypho ficta est protome viri junioris, togati, pileati, abrasa barba. Titulus bipartitus ab utroque latere capitis inscriptus est. Monumentum in publicam auctionem ibat Parisiis die 2^a martii anni 1903. Emptum est ab Æmilio Bertone, quem frustra rogavimus ut nobiscum illud communicare velit; sed post eius mortem iterum venum ibat (vide sub n° 4529). Imaginem ad lapidem effictam tabula damus.

Catalogue des antiquités, etc., p. 22, n° 156. — Titulum interpretatus est J.-B. Chabot, *Notes sur quelques monuments épigraphiques araméens*, n° 9. — De eo egit Ch. Clermont-Ganneau, *Recueil d'archéol. orient.*, t. VIII, p. 7. — S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, sub n° 10. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 733.

A dextera capitis :

חבל	1	[illegible]
ידיעבל	2	[illegible]
בר עתעקב	3	[illegible]
ידיעבל	4	[illegible]
עתעקב	5	[illegible]
עקבי	6	[illegible]

A sinistra capitis :

יום 17	7	[illegible]
בכנון	8	[illegible]
שנת	9	[illegible]
453	10	[illegible]

1 *Heu!*
2 *Iedîʿbêl,*
3 *filius ʿAtêʿaqab,*
4 *(filii) Iedîʿbêl,*
5 *(filii) ʿAtêʿaqab,*
6 *ʿAqqabai.*
7 *Die x*
8 *vii (mensis) Kanun,*
9 *anni cccc*
10 *liii.*

Quæ de lacuna textus nostri conjectavit Ronzevalle fundamento carent. Dubium non est quin cccc numerus centenarius legendus sit.

עקבי : merito contulit Clermont-Ganneau græcum Ακκαβαῖος (Wadd., 1890), et non sine probabilitate existimat nomen coarctatum esse e nomine עתעקב, quod bis in genealogia occurrit. Cf. עקיבא (n^is 4117, 4394), pariter e radice עקב «secutus est».

Mortuus est vir die 17^a mensis novembris anni p. Chr. 141. Cf. n^um 4562.

4562

Ronzevalle (γ), 10.

(Tab. XLVII.)

Lapis altus 0^m,60, latus 0^m,46. Protome viri, tecto capite, tonsa barba, lagenam dextera, cistam sinistra tenentis. Monumentum exstitit olim Parisiis, penes Comitissam de Bearn; in publicam auctionem datum

est die 21ª mensis februarii anni 1905; et ab Æmilio Bertone emptum fuit. Titulus ad caput hinc inde exaratus; pars dextera, attrito lapide, manca est; sed circa annum 1902, cum adhuc esset lapis in Oriente et titulus fere integer, rev. S. Ronzevalle apographum acceperat, quod hic subjicimus. Imaginem tabula damus ad ipsum lapidem effictam.

Edidit Ch. Clermont-Ganneau, *Nouvelles inscriptions palmyréniennes*, in *Recueil d'archéol. orient.*, t. VIII, p. 10. — Inde *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 736. — Rursum dedit Seb. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 10. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 996.

A sinistra : A dextera capitis :



1	[תימ]רצו	6	חיא שנין
2	רבא בר עתעקב	7	76
3	בר ידיעבל	8	מית יום 4
4	בר עתעקב	9	באדר שנת
5	עקבי	10	73

1 [*Taima*]*rṣu*
2 *major, filius Atê'aqab,*
3 *filii Iedi'bêl,*
4 *filii 'Atê'aqab,*
5 (*filii*) *'Aqqabai.*
6 *Vixit annos*
7 LXXVI.
8 *Mortuus est die* IV
9 (*mensis*) *'Adar anni*
10 LXXIII.

רצו[תימ], restitutio satis probabilis videtur; attamen mirum est exclamationem חבל deficere, et ideo proni eramus legere רחי[חבל י], quod spatium melius repleret.

Hunc virum fratrem fuisse Iedibelis cujus epitaphium sub n° 4561 posuimus, genealogia testatur.

Ipsæ imagines non sunt dissimiles; sed τοῦ Taimarṣu vestes acu pictæ sunt et pileus corona cinctus.

Ætatis anni haud frequenter notati sunt in titulis palmyrenis.

Epocha e titulo superiore definienda : annus ergo 473 nobis intelligendus, id est annus p. Chr. 162, die 4ª martii.

4563

Porter, III.

(Tab. XLIII, XLIV.)

Lapis altus $0^m,63$, latus $0^m,42$. Protome viri. Titulus, a dextera juxta caput exaratus, fere evanidus est. Asservatur Beryti, in museo Syriani collegii Protestantium. Imaginem ad monumentum expressam et tituli ad ectypum tabulis damus.

Titulum commemoraverunt, nulla tentata interpretatione H. Porter et Ch. C. Torrey, *Inscribed Palmyrene Monuments*, n° III. — Inspecto monumento, apographum fecit et edidit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. III, p. 146. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1024.

1	[ז]בדעתה		*Zabde'ateh,*
2	בר מעני		*filius Ma'nai.*
3	חבל		*Heu!*

4564

Porter, VI.

(Tab. XLIV.)

Lapis altus $0^m,62$, latus $0^m,35$. Protome viri. Titulus a dextera juxta caput inscriptus, fractura lapidis paulisper mutilus est. Exstat Beryti, in museo Syriani collegii Protestantium. Imaginem ad monumentum effictam tabula damus.

Ediderunt H. Porter et Ch. C. Torrey, *Inscribed Palmyrene Monuments*, n° VI; — Inde *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 741. — Retractavit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. III, p. 147. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1020.



1	בר		.... *filius*
2	[ז]בדא בר		*Zabdâ, filii*
3	ירחי חבל		*Iarḥai. Heu!*

Pro בדא[ז], etiam בדא[ע] conjicere licet.

4565

Porter, IX.

(Tab. XLIII.)

Lapis altus o^{m},54, latus o^{m},41. Protome viri. Titulus a dextera juxta caput leviter incisus est. Exstat Beryti, in museo Syriani collegii Protestantium. Imaginem ad monumentum expressam et tituli ad ectypum tabula damus.

H. Porter et Ch. C. Torrey, *Inscribed Palmyrene Monuments*, n° IX, titulum commemorarunt, nulla tentata interpretatione. — Apographum delineavit et edidit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. III, p. 148. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1025.

קלסטא	1	קלסטא	*Callistus,*
בר שלמ[ן]	2	בר שלמ[ן]	*filius Šalma[n],*
די מרקלא	3	די מרקלא	*qui (et) Marcellus.*
חבל	4	חבל	*Heu!*

קלסטא : nomen græcum Καλλισ*τ*ος. — שלמן, e titulo sequenti restituendum. — מרקלא, nomen gr. Μάρκελλος *Marcellus*, latinum cognomen Salmanis, ut suadet n^{is} 4567.

Notandus usus pronom. relat. די, eo sensu quo græci dicunt ὁ καὶ.

4566

Porter, XIV.

(Tab. XLIII.)

Lapis altus o^{m},46, latus o^{m},33. Protome viri qui manu sinistra tesseram tenet. Titulus margine dextero ad caput incisus est. Exstat Beryti, in museo Syriani collegii Protestantium. Imaginem ad monumentum expressam et tituli ad ectypum tabula damus.

Ediderunt H. Porter et Ch. C. Torrey, *Inscribed Palmyrene Monuments*, n° XIII. — Inde *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 747. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. III, p. 148.

צ]לם נרק(י)ס	1	
בר שלמן	2	
מרקלא חבל	3	
די עבד לה	4	
תימא בר	5	
קלסטא	6	
אחוהי	7	

1 *Imago Narqaios,*
2 *filii Šalman*
3 *Marcelli. Heu!*
4 *Quam fecit ei*
5 *Taimê, filius*
6 *Callisti,*
7 *fratris ejus.*

Tessera nitide inscripta est solita exclamatio : חבל. *Heu!*

נרקס : nomen scriptum est נרקיס sub n^{is} 3996, 4174, 4185; hic autem י super additum fortasse in ectypo dispicere licet.

Est auctor frater Callisti, titulo superiore commemorati, ut monstrat genealogia :



4567

Porter, XV.

(Tab. XLIII.)

Lapis altus o^{m},53, latus o^{m},36. Protome viri. Titulus margine dextero ad caput rectis lineis inscriptus est. Exstat Beryti, in museo Syriani collegii Protestantium. Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Ediderunt H. Porter et Ch. C. Torrey, *Inscribed Palmyrene Monuments*, n° XV. — Inde *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 748. — Rursum dedit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. III, p. 150.

𐡲𐡫𐡬𐡬𐡰𐡮𐡠 1
𐡡𐡴𐡧𐡴𐡩𐡡𐡥𐡴𐡱𐡠 2
𐡡𐡴𐡬𐡴𐡳𐡫𐡠 3
𐡧𐡡𐡫 4

צלם מענא 1 *Imago τοῦ Maʿnâ,*
בר חרי בורפא 2 *liberti τοῦ Bôrrephâ,*
בר מרקלא 3. *filii Marcelli.*
חבל 4 *Heu!*

מענא : cf. græc. **Μαενᾶς** [genit.], supra, sub n° 4211; frequentius est מעני, **Μανναῖος**. Vide sub. n° 4134.

מרקלא : probabiliter idem vir qui commemoratus est sub n^{is} 4565, 4566; ibi nomine proprio שלמן appellatur, hic cognomine מרקלא nuncupatur.

4568

Porter, XI.

(Tab. XLIV.)

Lapis altus 0^m,42, latus 0^m,30. Protome mulieris; retro, supra humerum sinistrum exsculpta est parva effigies infantis stantis avem sinistra tenentis. Exstat Beryti, in museo Syriani collegii Protestantium. Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Ediderunt H. Porter et Ch. C. Torrey, *Inscribed Palmyrene Monuments*, n° XI. — Inde *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 744. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. III, p. 149.

A. Margine sinistro, ad caput mulieris :

𐡧𐡡𐡫 1 חבל *Heu!*
𐡡𐡶𐡧𐡩𐡴𐡭 2 בתחירן *Bathairan,*
𐡡𐡴𐡶 3 ברת *filia*
𐡬𐡫𐡠 4 מלא *Malê.*

B. Inter utrumque caput, vox quæ ad effigiem infantis pertinet :

𐡠𐡧𐡶𐡤 אחתה *Soror ejus.*

בתחירן. Semel occurrit. De forma nominis, vide sub n° 3947.

4569

Porter, XIII.

(Tab. XLIII.)

Lapis altus 0^m,52, latus 0^m,43. Protome viri. Titulus a dextera juxta caput inscriptus est. Exstat Beryti, in museo Syriani collegii Protestantium. Imaginem ad monumentum effictam tabula damus.

Ediderunt H. Porter et Ch. C. Torrey, *Inscribed Palmyrene Monuments*, n° XIII. — Inde *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 746. — Rursum M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigraphik*, t. III, p. 150. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1020.

𐡬𐡳𐡩𐡬𐡥 1 מקימו *Moqîmu,*
𐡡𐡴𐡶𐡩𐡬𐡴𐡲𐡥 2 בר תימרצו *filius Taimarṣu,*
𐡶𐡩𐡬𐡰𐡠 3 תימעא *(filii) Taimʿâ.*
𐡧𐡡𐡫 4 חבל *Heu!*

תימעא : nomen alibi non invenimus; coarctatum putat Clermont-Ganneau e תימעמד, quod invenimus n° 3994; cf. בולעא, sub n° 4394.

4570

Torrey (β), B.

Anno 1906, cum esset Eboraci Novi, professor Carolus Torrey, aliquot lapides anaglyphis et inscriptionibus palmyrenis decoratos repperit penes syrum proxenetam Aziz Khayyat, ibidem mercaturam agentem. Titulos exscripsit et mox publici juris fecit doctus vir. Monumenta vero ab hoc tempore vendita sunt; quo autem reposita fuerint ignoramus.

Edidit Ch. C. Torrey, in *The American Journal of Semitic Languages and Literatures*, t. XXII [1906], p. 269, B, nulla tradita delineatione. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 750. — Repetiit M. Lidzbarski, *Ephem. für semit. Epigr.*, t. III, p. 150.

אקמא ברת 1 *'Aqmê, filia*
מקי חבל 2 *Maqqai. Heu!*

4571

Torrey (β), E.

De lapide cui inscriptus est titulus nihil scimus; conjicere licet, e titulo, eum pluribus imaginibus ornatum fuisse. Inscriptionum apographum accepit, anno 1906, professor Carolus Torrey, ab Aziz Khayyat, qui monumentum Eboraci Novi venum dabat.

Edidit Ch. C. Torrey, in *The American Journal of Semitic Lang. and Liter.*, t. XXII [1906], p. 270, E, nullo tradito apographo. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 753. — M. Lidzbarski, *Ephem. für sem. Epigr.*, t. III, p. 151.

A. חבל 1 *Heu!*
אברוק חבן [ענ] 2 *Abrôq, (filius) Ḥabban. [ʿOg-]*
א ושלמת בנוהי 3 *ê et Šalmat, liberi ejus.*

B. חבל עגא 1 *Heu! ʿOgê*
ושלמת בנ[י] 2 *et Šalmat, liberi*
אברוק חבן 3 *Abrôq, (filii) Ḥabban.*

אברוק, vide sub n° 3980.

חבן, jam invenimus in titulis nabatæis, sub n° 324; contulit Lidzbarski nomina arabica حُبَّان, حَبَّان (*Qamus*); cf. חבא, sub n° 4315.

4572

(Tab. LXIII.)

Lapis altus $0^{m},55$, latus $0^{m},40$. Protome mulieris jnnioris, sinistra clavem tenentis. Margine dextero, ad caput, inscriptus est titulus. Fuit olim inter monumenta antiqua quæ collegerat Comitissa de Bearn et in auctionem data sunt die 21ª februarii anni 1905; tum jure emptionis venit in possessionem v. h. A. Dutens, Parisiensis. Imaginem ad monumentum effictam tabula damus.

Edidit Ch. Clermont-Ganneau, *Nouvelles inscriptions palmyréniennes*, in *Recueil d'archéol. orient.*, t. VIII, p. 8. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 735.

רעתא 1 רעתא *Reʿutê,*
ברת 2 ברת *filia*
מקימו 3 מקימו *Moqîmu.*
חבל 4 חבל *Heu!*

רעתא vel דעתא, vide sub n° 4291.

4573

Lapis quo exsculptæ sunt effigies duæ : dextrorsum, protome viri togati, pileati, abrasa barba, sinistra manu cistam tenentis; sinistrorsum, protome mulieris quæ manum sinistram sinistro humero viri imponit. Monumentum exstabat Parisiis, anno 1907, penes quemdam rerum antiquarum proxenetam, ubi illud vidit et duplicem titulum exscripsit noster Clermont-Ganneau.

Edidit Ch. Clermont-Ganneau, *Nouvelles inscriptions palmyréniennes*, in *Recueil d'arch. orient.*, t. VIII, p. 14. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 801.

A. A dextera viri, in plures versiculos :

מלא בר תיבול בר מלא חבל

Malê, filius Taibbôl, filii Malê. Heu!

B. A dextera mulieris :

אקמא אמה *Aqmê, mater ejus.*

4574

Kokowzoff, 2.

(Tab. LXI.)

Lapis altus $0^m,45$, latus $0^m,52$. Protome mulieris colum et fusum gerentis. Titulus margine sinistro ad caput exaratus est. Exstat Constantinopoli, in museo Instituti archæologici Moscovitæ. Imaginem ad monumentum effictam tabula damus.

Edidit anno 1908, P. Kokowzoff, *Contribution à l'archéol. et à l'épigr. palmyrénienne* (*Bulletin de l'Institut archéologique russe à Constantinople*, t. XIII), n° 2, tab. X. — Inde *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1047.

אקמת 1
ברת ירחי 2
שנא אתתה 3

1 *Aqmat,*
2 *filia Iarḥai,*
3 *(filii) Śegê, uxor ejus.*

שנא, gr. Σεγῆ [gen.], in titulo bilingui sub n° 3914 edito; hic autem nomen nitide scriptum est.

4575

Kokowzoff, 3.

(Tab. LXI.)

Lapis altus $0^m,44$, latus $0^m,50$. Protome viri. Titulus margine dextero ad caput incisus est. Exstat Constantinopoli, in museo Instituti archæologici Moscovitæ. Imaginem ad monumentum effictam tabula damus.

Edidit P. Kokowzoff, in laudata opella (sub n° 4574), n° 3, tab. X. — Inde *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1048.

זבדבול בר 1 *Zabdibôl, filius*
זבדלה בר 2 *Zabdilah, filii*
בורפא בר 3 *Bôrrephâ, filii*
זבדלה 4 *Zabdilah.*
חבל 5 *Heu!*

4576

Lidzbarski (δ), x.

Lapis anaglypho ornatus. Protome viri. Titulus a dextera inscriptus est. Anno 1910, Emesæ, in curia repperit M. Lidzbarski. Ejus delineationem hic subjicimus.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 143. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1016.



צלם 1 *Imago*
זבדלה 2 *Zabdilah,*
בר בורפא 3 *filii Bôrrephâ.*

Notanda species litteræ ם quæ a forma litteræ י vix differt.

4577

Kokowzoff, 4.

(Tab. LX.)

Lapis altus $0^m,52$, latus $0^m,57$. Protome viri simpliciore veste induti, abrasa barba, pileo capiti imposito. Titulus a dextera juxta caput leviter insculptus est.

Exstat Constantinopoli, in museo Instituti archæologici Moscovitæ. Imaginem ad monumentum effictam tabula damus.

Edidit P. Kokowzoff, n° 4, tab. XI, in opella laudata (sub n° 4574). — Inde *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1049.

𐤑𐤋𐤌	1	צלם	*Imago*
𐤅𐤄𐤁𐤋𐤕	2	והבלת	*Vahballât,*
𐤁𐤓 𐤁𐤅𐤓𐤐𐤀	3	בר בורפא	*filii Bôrrephâ.*

והבלת. Vaballathus is frater videtur Zabdilæ qui commemoratus est duobus titulis superioribus. Cognatio ita exhibetur :



4578

Kokowzoff, 5.

(Tab. LX.)

Lapis altus o^{m},41, latus o^{m},49. Protome viri barbati, crispi. Titulus bipartitus fuisse videtur : pars prior fractura lapidis periit, altera seu sinistra, fortasse mutila, superest. Exstat Constantinopoli, in museo Instituti archæologici Moscovitæ. Imaginem ad monumentum effictam tabula damus.

Edidit P. Kokowzoff, n° 5, tab. XI, in opere laudato (sub n° 4574). — Inde *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1050.

𐤔[𐤍𐤕]	1	ש[נת]	*Anno*
𐤒𐤒𐤒𐤒	2		*CCCC*
𐤅𐤔	3	466	*LXVI.*

Annus 466 initium habet a kal. octobr. anni p. Chr. 152.

4579

Kokowzoff, 6.

(Tab. LIX.)

Lapis altus o^{m},44, latus o^{m},58. Exsculptæ sunt effigies duæ : protome viri a sinistra, protome mulieris a dextera. Titulus duplex inter utrumque caput incisus est. Exstat Constantinopoli, in museo Instituti archæologici Moscovitæ. Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Edidit P. Kokowzoff, n° 6, tab. XII, in opere laudato (sub n° 4574). — Inde *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1051.

Sic dispositæ sunt inscriptiones :

𐤁𐤅𐤔𐤀	בושא
𐤁𐤓 𐤕𐤉𐤌𐤀	בר תימא
𐤔𐤋𐤌𐤀 𐤇𐤁𐤋 𐤔𐤋𐤌𐤀	שלמא חבל
𐤁𐤓𐤕 𐤌𐤋𐤊𐤅 𐤀𐤇𐤕𐤄	ברת מלכו אהתה
𐤇𐤁𐤋	חבל

Bôšâ,
filius Taimê,
Heu!

Šalmê,
filia Maliku, uxor ejus.
Heu!

בושא. Etymon incertum. Exponit Kokowzoff בול + שא, collato nomine תימשא; sed nulla est analogia, cum תימשא sit pro תים + שמש «servus (dei) Šamaš»; insuper, litteræ ל assimilatæ cum ש sequente exempla non habemus certa. Rectius conjicere licet nomen peregrinum, fortasse arabicæ originis.

שלמא, nomen utriusque generis; vide sub n^{is} 3943 et 4220.

4580

Müller (δ), B. M. 2.

(Tab. LXI.)

Lapis altus o^{m},60, latus o^{m},48. Anaglypho ficta est protome viri. Titulus margine dextero ad caput

litteris, ut aiunt, cursivis incisus est. Exstat Londinii, in Museo Britannico (*Semitic Room*, n° 582). Imaginem tabula damus ad monumentum expressam.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften* (Anhang), p. 23. — Repetiit St. A. Cook, *Proceed. of Soc. of biblical Archæol.*, t. XXI, p. 69.

[illegible]	חבל	1	*Heu!*
[illegible]	מקימו	2	*Moqîmu,*
[illegible]	בר מקימו	3	*filius Moqîmu.*

4581

Müller (δ), B. M. 3.

(Tab. LX.)

Lapis altus 0m,54, latus 0m,39. Anaglypho ficta est protome mulieris. Exstat Londinii, in Museo Britannico (*Semitic Room*, n° 590). Imaginem tabula damus ad monumentum expressam.

Edidit D. H. Müller, *Palmyrenische Inschriften* (Anhang), p. 23. — St. A. Cook, *Proceed. of biblical Archæol.*, t. XXI, p. 69.

[illegible]	מלכת ברת	*Malkat, filia*
[illegible]	אידען	*'Aîd'an.*
[illegible]	חבל	*Heu!*

מלכת «regina»; nomen alibi non invenimus in titulis palmyrenis; cf. nom. masc. מלכא, sub n° 4377.

אידען : hic tantum legitur. Nomen revocandum, ut videtur, ad rad. ידע «cognovit», præfixo א, ut in אברוק, אעויד, אעילמי, אקופע, etc., quæ quidem arabismum sapiunt.

4582

(Tab. LXII.)

Fragmentum e lapide virili effigie ornato avulsum. Palmyræ, reperit Dr. Lamer, Lipsiensis. Penes ipsum nunc asservatur. Litteræ incisæ et postea minio deductæ sunt. Imaginem ad ectypum effictam, quod nobis obtulit Lidzbarski, tabula damus.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 33. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1039.

[illegible]	זבידא	*Zebîdâ,*
[illegible]	[בר]	*[filius]*
[illegible]	חליפת [די]	*Ḥalîphat, [quæ]*
[illegible]	מתקריא	*vocatur*
[illegible]	. . . . .	. . . . .

Titulus a fine mancus.

חליפת, nomen esse femin. generis constat e ceteris titulis (vide sub n° 4460), et confirmatur forma participii מתקריא. Novum exemplum genealogiæ per mulierem deductæ.

In voce מתקריא, littera ר puncto superno distincta est, non quidem inciso, sed rubro colore depicto; quod fortasse sæpius factum est in aliis titulis ubi nunc, deleto colore, punctum non amplius apparet.

4583

Ronzevalle (γ), 1.

Lapis anaglypho ornatus. Protome viri. Exstabat anno 1906 in pago Cœlesyriæ Zaḥleh dicto. Ibi imaginem photographicam et ectypum expressit rev. S. Ronzevalle, quorum ope titulum vulgavit.

Edidit S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 1. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 971.

[illegible]	חבל מקימו בר
[illegible]	עתעקב

Heu! Moqîmu, filius
'Até'aqab.

Quidam מקימו בר עתעקב recensetur in genealogia, sub n° 4159.

(Impressum mense decembri anni 1947.)

4584

Ronzevalle (γ), 3.

(Tab. LXIII.)

Lapis altus o^{m},62, latus o^{m},47. Protome mulieris affabre sculpta; sinistra manu colum et fusum gerit, dextera velum amovet. Titulus a dextera inscriptus est. Exstat Parisiis penes sodalem nostrum G. Schlumberger. Imaginem damus ad monumentum expressam.

Edidit S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 3, — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 972. — Cf. J.-B. Chabot, *Glanures palmyréniennes*, n° 1 (*Journ. asiat.*, 1918, II, p. 277).

אקמת	אקמת	*Aqmat,*
ברת	ברת	*filia*
ידי	ידי	*Iaddai.*
חבל	חבל	*Heu!*

4585

(Tab. LXIII.)

Lapis altus o^{m},54, latus o^{m},42. Protome mulieris, manu dextera velum amoventis. Titulus a dextera inscriptus est. Exstat Parisiis penes sodalem nostrum G. Schlumberger. Imaginem ad ipsum monumentum effictam tabula damus.

Edidit J.-B. Chabot, *Glanures palmyréniennes*, n° 11.

שגל	שגל	*Šegel*
ברת	ברת	*filia*
ידי	ידי	*Iaddai.*
חבל	חבל	*Heu!*

Hanc mulierem sororem fuisse Acmatæ cujus epitaphium sub n° 4584 tradidimus, vix dubitare licet.

4586

(Tab. XLVIII.)

Lapis altus o^{m},57, latus o^{m},44. Protome viri. Exstat Constantinopoli, in museo publico (*Catal.*, n° 201). Imaginem ad ipsum expressam tabula damus.

Edidit J. Mordtmann, *Palmyrenisches*, p. 3. — De titulo egit M. Lidzbarski, *Ephemeris für sem. Epigraphik*, t. I, p. 76. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 345.

חבל	חבל	*Heu!*
בני בר	בני בר	*Bannai filius*
ידי	ידי	*Iaddai.*

בני, vide sub n^{is} 4121, 4434, etc.

4587

Ronzevalle (γ), 4.

(Tab. XLV.)

Lapis altus o^{m},50, latus o^{m},45. Protome mulieris. Ectypum accepit Ronzevalle, anno 1903. Postea venit monumentum in possessionem Æm. Bertone, et post eius mortem publicæ auctioni traditum est (cf. sub n° 4266). Ad ipsum effictam imaginem tabula damus.

Edidit S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 4. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 973.

צלמת	צלמת	*Imago*
רומי אתת	רומי אתת	*Rumai uxoris*
ירחי בר	ירחי בר	*Iarḥai, filii*
נא חבל	נאחבל	*Heu!*

רומי : coarctatum videtur e quodam nomine theophoro hucusque incomperto. Radix verbalis : רום « exaltatus est ». Vicina sunt רמא (n° 4257) et רמי (n° 4371).

V. 4, legit Ronzevalle הנא, nom. fem. quod occurrit sub n° 4493. Hæc lectio nobis parum placet. Libenter legamus גינא, ad nom. gr. Γαϊνός, Γαΐνας, fortasse componendum.

4588

Ronzevalle (γ), 5.

(Tab. LIX.)

Lapis altus $0^m,48$, latus $0^m,26$. Imago anaglyptica adolescentis stantis, dextera uvam, sinistra avem tenentis. Exstat Parisiis, in Museo Luparensi (A. O. 3984). Monumentum exhibetur tabula nostra.

Edidit S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 5. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 974.

כומי [illegible] *Kumai*

בר שלמלת *filius Šalamallât.*

חבל [illegible] *Heu!*

כומי : nomen jam notum e titulo nabatæo (*R.É.S.*, n° 468).

4589

Ronzevalle (γ), 7.

Protome viri junioris. Damasci, anno 1903, penes mulierem Qandelaft nomine, vidit et exscripsit rev. Seb. Ronzevalle; postea edidit, nulla tradita delineatione. Nunc in Museo Damasceno.

Edidit S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 7. — *Rép. d'épig. sémit.*, n° 975.

ימלא בר *Iamlê filius*

תימלת בר *Taimallât, filii*

ימלכו כומי *Iamliku, (filii) Kumai.*

ימלא, vide sub n° 4032. — ימלכו, sub n° 4123.

כומי, sic exscripsit Ronzevalle, et nomen postea mutavit in כרמי; quo jure nescimus, cum lectio certa sit sub n° 4588.

4590

Ronzevalle (γ), 6.

Lapis anaglypho ornatus : protome viri junioris. Beryti, circa annum 1903, vidit et exscripsit rev. Seb. Ronzevalle; postea edidit, nulla tradita delineatione.

Edidit S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 6. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 976.

חבל לשמש *Heu! Lišamš*

בר תימלת *filius Taimallât,*

בר ימלכו *filii Iamliku,*

כומי *(filii) Kumai.*

לשמש, frater Iamlis, cujus epitaphium sub n° 4589 dedimus. — כומי; descripsit Ronzevalle כרמי; sed in כומי lectio mutanda videtur.

4591

Lidzbarski (δ), h.

(Tab. LXIII.)

Lapis anaglypho ornatus. Eo exsculptæ sunt effigies, caput nempe et pectus, duorum puerorum : alter dextera vasculum, sinistra tabellam cum theca scriptoria gerit; alter sinistra quoque tabellam cum theca portat, dextera vero vestem retinet. Basi in speciem tabulæ ansatæ ($0^m,35$ latæ) disposita, inscriptus est titulus, idem qui inter capita exaratus est. Vocabula spatio distincta. Exstat Constantinopoli, in Museo publico. Imagines ad ectypa effictas tabula damus.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 135. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1003.

A. Inter capita :

[illegible]	מלכו וירחי	*Maliku et Iarḥai*
[illegible]	בני ימלכו	*filii Iamliku,*
[illegible]	בר והבלת	*filii Vahballât.*
[illegible]	חבל	*Heu!*

B. Tabella ansata in basi sculpta :

[illegible]

חבל מלכו וירחי בני ימלכו בר
והבלת חבל

Heu! Maliku et Iarḥai, filii Iamliku, filii Vahballât. Heu!

4592

Ronzevalle (γ), 11.

(Tab. XLIII.)

Protome viri, abrasa barba. Ectypum tabula damus quod Bernard vir diligens rev. Seb. Ronzevalle misit anno 1903; ubinam lateat lapis ignoramus.

Edidit S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 11. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 980.

[illegible]	עזיז בר	*ʿAzîz, filius*
[illegible]	אביחי	*ʾAbîḥai, (filii)*
[illegible]	מקי	*Maqqai.*

Scriptura crassior, alte incisa.

עזיז jam invenimus sub n° 4288.

אביחי, fortasse coarctatum e longiore forma; sed etiam interpretari licet «pater meus vivat»; cf. nomen syriacum ܐܒܝܚܝ. Plura nomina cum אבי־ formata in usu sunt apud Semitas, maxime apud Hebræos; vide lexica. Legebat Ronzevalle אביצי, collato nabatæo אביץ (supra sub n° 202): sed illic אבין emendandum est (cf. *R.É.S.*, n° 1141).

4593

(Tab. LXIII.)

Lapis altus 0m,45, latus 0m,40. Protome mulieris. Titulus a dextera ad caput inscriptus est. Exstat Monaci, in regia Glyptotheca. Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Ediderunt P. Wolters et P. Lindl, in *Münchner Jahrbuch der bildenden Kunst*, anno 1910, t. I, p. 144. — Emendavit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 151. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1023.

[illegible]	גבל ברת	*Gabel, filia*
[illegible]	תיבול חבל	*Taibbôl. Heu!*

גבל, nomen hic tantum invenimus. Cf. nomina masculina جَبَل, جَبَلَة (*Qâmus*), et ܓܒܠܐ (Joh. Ephes., *Hist. eccl.*, p. 252).

4594

Ronzevalle (γ), 13.

Lapis anaglypho ornatus : media sculpta est protome mulieris colum et fusum gerentis, et pone ipsam infantulus; a dextera stat puella florem ferens, a sinistra, puer avem tenens. Titulus bipartitus. Emesæ, anno 1903, penes Salim Masʿoud reperit et delineavit rev. Seb. Ronzevalle. Ejus apographum hic subjicimus.

Edidit S. Ronzevalle *Monuments palmyréniens* n° 13. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 981.

A. Inter mulierem et puellam :



עתי ברת
אדינת
חבל

אמיא
ברתה

ʿAttai filia
ʿOdainat.
Heu!
ʿAmîâ
filia ejus.

B. Inter mulierem et puerum :



ירחי 1 *Iarḥai*
ברה 2 *filius ejus.*

אמיא : alibi non invenimus. Putat Ronzevalle deminutivum esse, ac proinde *Ummaia* efferendum. Cf. tamen nom. biblicum masc. אֲמִי (*Esdr.*, II, 57) quod suspectum habent exegetæ, sed occurrit femin. אמיה, græce Ἀμμία, in titulo quodam judæo (*R.É.S.*, n° 715); titulo græco Edessæ reperto commemorantur Αμεας et Ὄυμθα sorores, id est, ut videtur, אמיא et אמתא (*Z.D.M.G.*, XXXVI, p. 166). Cf. quoque אמית, supra, sub n° 4428.

4595

Ronzevalle (γ), 14.

(Tab. LXII.)

Lapis quadratus, margine prominenti et toro circumdatus. Anaglypho ficta est protome viri barbati. Exstat Emesæ, penes virum Hammâoui nomine. Ibi, anno 1903, rev. Seb. Ronzevalle imaginem photographicam et ectypum sumpsit, quod tabula nostra exhibetur.

Edidit S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 14. — *Rep. d'épigr. sémit.*, n° 982.



פזל בר זבדא
בר זבדא פזל
חבל

Phazal, filius Zabdâ
filii Zabdâ, (filii) Phazal.
Heu!

פזל : nomen novum. Radix פזל non occurrit in aramaicis linguis; fortasse cogitare licet de arabico فصل, cum sciamus nonnunquam pro ص scribi ז apud Syros et Palmyrenos; cf. זדקתא (3947) = צדקתא (113).

4596

Ronzevalle (γ), 15.

Lapis anaglypho ornatus : ficta est protome viri, et pone ejus humerum dexterum parva imago cameli. Anno 1903, Emesæ, penes egregium virum Abû Râgib ʿAbd al-Wahhâb, reperit et titulum delineavit rev. Seb. Ronzevalle. Ejus apographum hic subjicimus.

Edidit S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 15. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 983.



עתנתן בר
כילי בר
משכו ב[ר]
עתדת בר
חירן חבל

עתנתן בר *ʿAtênatan, filius*
כילי בר *Kîlai, filii*
משכו ב[ר] *Mašiku, filii*
עתדת בר *ʿAtidat (?), filii*
חירן חבל *Ḥairan. Heu!*

Versus 2. כילי; vide sub nis 4029; 4210.

Versus 4. עתרת vel עתרת; sic in apographo, sed lectio vix sana videtur, nisi nomen sit peregrinum, ut תירדת (infra, n° 4598).

4597

Ronzevalle (γ), 17.

(Tab. LXII.)

Lapis anaglypho ornatus. Protome viri, abrasa barba, pileati. Titulus rectis lineis inscriptus est. Emesæ, anno 1904, repperit rev. Henricus Lammens, qui ectypum et imaginem photographicam sumpsit. Ectypum tabula damus.

Edidit S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 17. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 985.

נפש בורפא
עגא זבידא
מיטקא

Monumentum Bôrrephâ
(filii) ʿOgê, (filii) Zebîdâ
Miṭaqâ.

נפש; vide sub n° 3905.

מיטקא : nomen vel cognomen? Vox nova et incertæ originis; peregrinam suspicamur. Scriptura non male respondet græco nomini Μήταχος (Justi, *Iranisches Namenbuch*, p. 204).

Animadverte nullam filiationis notam in titulo inveniri; cf. n^um^ 4598.

4598

Ronzevalle (γ), 20.

(Tab. LXII.)

Lapis anaglypho ornatus : ficta est protome mulieris colum et fusum tenentis, velo capiti imposito. Exstabat Emesæ, anno 1903. Ibi ectypum et imaginem photographicam sumpsit rev. P. Dupoux, jesuita, quæ misit ad rev. Seb. Ronzevalle. Ectypum tabula damus.

Edidit S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 20. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 988.

שלמת	1	שלמת
עבדא	2	עבדא
עתעי	3	עתעי
שירן אחת	4	שירן אחת
תירדת ירחי	5	תירדת ירחי
חבל	6	חבל

1 *Šalmat*
2 *(filia) ʿAbdâ,*
3 *(filii) ʿAtêʿai,*
4 *(filii) Šaidan; uxor*
5 *Tiridat, (filii) Iarḥai.*
6 *Heu!*

V. 3. עתעי, nomen masculinum; cf. sub n° 4010.

V. 4. שירן vel שירן; collato nom. arab. سيدان (apud Ibn Doreid), priorem interpretationem elegit Ronzevalle.

V. 5. תירדת, nomen parthicum; syr. ܬܝܪܕܬ (Pognon, *Inscriptions sémitiques*, n° 12); gr. Τιρίδατης. Cf. Justi, *Iranisches Namenbuch*, p. 326.

Sicut in titulo superiore, vox בר vel ברת inter nomina ubique omissa est.

4599

Ronzevalle (γ), 21.

(Tab. LXII.)

Lapis anaglypho ornatus. Protome mulieris, capillis in modum tutuli comptis. Exstabat, anno 1903, Beryti, penes doctum virum artis medicinæ peritum Julium Rouvier. Titulus a dextera mancus. Ectypum sumpsit rev. Seb. Ronzevalle, quod tabula damus.

Edidit S. Ronzevalle, *Monuments palmyréniens*, n° 21. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 989.

[א]מת[א]		*Amtâ*
ברת		*filia*
[תי]רדת		*[Ti]ridat.*
חבל		*Heu!*

אמתא : hanc restitutionem spatium suadet. Nomen vide sub n° 4145. Proposuit Ronzevalle [אק]מת, quod parum congruit cum ectypo.

תירדת, nomen complevimus collato n° 4598.

4600

Lidzbarski (δ), A.

(Tab. LXIII.)

Lapis altus 0m,56, latus 0m,43. Protome viri palmam sinistra tenentis. Titulus a dextera inscriptus est. Exstat Constantinopoli, in Museo publico (*Catal.*, n° 322). Imaginem ad ectypum expressam tabula damus.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 132. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 997.

[illegible]	[צל]ם	*[Ima]go τοῦ*
[illegible]	והבלת	*Vahballât*
[illegible]	בר רמי	*filii Ramî,*
[illegible]	בר רפאל	*filii Rephaêl.*

רמי, vide sub n° 4371. — רפאל, sub n° 3916.

4601

Lidzbarski (δ), D.

(Tab. XXXVIII.)

Lapis altus 0m,58, latus 0m,45. Protome viri. Titulus margine dextero inscriptus est. Exstat Constantinopoli, in Museo publico (*Catal.*, n° 255). Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 133. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 999.

חבל שמעו[ן]	[illegible]
בר זבידא	[illegible]
מואלא	[illegible]

Heu! Šimʿô[n]
filius Zebîdâ, (filii)
Mauêlâ.

מואלא. Nomen novum; græce, in gen. casu, Μαυέλου (Wadd., 2055) et Μαυελᾶ (*Musée Belge*, t. V, p. 280). Ad radicem وَاتَل, unde nomen nabatæis familiarissimum ואלו, revocat Lidzbarski, qui recitat etiam nomina مَوْأَلَة (*Lisân*, XIV, p. 245) et מואלת (Mordtmann, *Beiträge zur minäischen Epigraphik*, p. 59), et collato vocabulo arabico مَوْئِل «locus refugii», opinatur מואלא hic esse nomen appellativum, fere synonymum vocis גיר «hospes» seu potius «patronus». Hoc autem etymon ægre conciliatur cum nomine נבומוא (n° 4206).

4602

Lidzbarski (δ), E.

(Tab. LXIII.)

Lapis altus 0m,55, latus 0m,42. Protome viri junioris, barbati, sinistra fasciam tenentis. Titulus a dextera inscriptus est. Exstat Constantinopoli, in Museo publico (*Catal.*, n° 323). Imaginem ad ectypum expressam tabula damus.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 134. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1000.

[illegible]	ימלא בר	*Iamlê filius*
[illegible]	ירחי בר	*Iarḥai, filii*
[illegible]	ימלא	*Iamlê.*
[illegible]	חבל	*Heu*

4603

Lidzbarski (δ), G.

(Tab. LXIII.)

Lapis altus $0^m,50$, latus $0^m,49$. Eo exsculptæ sunt effigies duæ : a dextera, protome viri barbati, manu sinistra gladii capulum, dextera virgam tenentis; a sinistra, protome viri junioris, abrasa barba. Sunt imagines patris et filii. Titulus duplex inter utrumque simulacrum inscriptus est. Exstat Constantinopoli, in Museo publico (*Catal.*, n° 325). Monumentum arte photographica expressum tabula damus; hic vero tituli delineationem a Marco Lidzbarski effictam subjicimus.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 134. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1002.



ידיעבל
בר
זבדעתה
זבדעתה
בר ידיעבל
חבל

1 *Iediʿbêl*
2 *filius*
3 *Zabdeʿateh.*
4 *Zabdeʿateh*
5 *filius Iediʿbêl.*
6 *Heu!*

4604

Lidzbarski (δ), K.

(Tab. XLVII.)

Lapis altus $0^m,50$, latus $0^m,57$. Eo exsculptæ sunt effigies duæ : a dextera, protome mulieris; a sinistra, protome juvenis palmam tenentis; pone juvenem pendet aulæum. Imagines sunt matris et filii. Titulus duplex. Exstat Constantinopoli, in Museo publico (*Catal.*, n° 499). Monumentum arte photographica expressum tabula damus.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 136. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1005.

A. Ad caput mulieris, sinistro latere :

גתמי	1	גתמי	*Gatmai,*
ברת	2	ברת	*filia*
מען	3	מען	*Maʿn.*

B. Ad caput juvenis, sinistro latere :

מען	1	מען	*Maʿn,*
בר	2	בר	*filius*
גתמי	3	גתמי	*Gatmai,*
ברת	4	ברת	*filiæ*
מען	5	מען	*Maʿn.*
חבל	6	חבל	*Heu!*

גתמי : contulit Lidzbarski arab. جُثَامَة, جُثَامَى « otiosus, otiosa », quæ voces etiam tanquam nomina propria adhibentur.

מען, arab. مَعْنٌ; vide sub n° 4199.

4605

Lidzbarski (δ), L.

(Tab. LXIII.)

Lapis altus $0^m,45$, latus $0^m,37$. Protome mulieris. Titulus bipartitus ab utroque capitis latere inscriptus est. Exstat Constantinopoli, in Museo publico (*Catal.*, n° 316). Imaginem damus ad monumentum expressam.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 138. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1006.

A sinistra :		A dextera :	
[illegible]	5	[illegible]	1
[illegible]	6	[illegible]	2
[illegible]	7	[illegible]	3
		[illegible]	4
זבדבול	5	אקמת	1
ברה	6	ברת	2
עבד לה	7	זבדעתה	3
		חבל	4

1 *Aqmat*
2 *filia*
3 *Zabdeʿateh.*
4 *Heu!*
5 *Zabdibôl,*
6 *filius ejus,*
7 *fecit ei.*

4606

Lidzbarski (δ), o.

(Tab. L.)

Lapis altus $0^{m},57$, latus $0^{m},43$. Protome mulieris colum et fusum tenentis. Titulus a dextera, ad caput inscriptus est. Exstat Constantinopoli, in Museo publico (*Catal.*, n° 243). Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 139. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1008.

[illegible]	אקמא	*Aqmê*
[illegible]	ברת	*filia*
[illegible]	מתני בר	*Mattenai, filii*
[illegible]	חירן חבל	*Ḥairân. Heu!*

4607

(Tab. LXIII.)

Lapis $0,^{m}45$ altus, $0^{m},40$ latus. Protome viri togati; pileus corona cinctus caput tegit; sinistra manus tabellam tenet. Titulus rectis lineis margine dextero ad caput inscriptus est, et rursum in tabella. Exstat Parisiis, in museo Luparensi (A. O. 5991). Ad monumentum imaginem tabula damus.

Imaginem vulgavit Ch. Clermont-Ganneau, *Album d'antiquités orientales*, pl. XLV, 2 A, 2 B. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 135.

Margine dextero :

[illegible]	צלם	*Imago*
[illegible]	[י]רחי בר	*Iarḥai filii*
[illegible]	[יר]חי חבל	*Iarḥai. Heu!*

In tabella :

[illegible]	לירחי	τῷ *Iarḥai* (*filio*)
[illegible]	ירחי חבל	*Iarḥai. Heu!*

Adverte præpositionem ל nomini præfixam; vix aliud exemplum reperies in titulis palmyrenis.

4608

Lidzbarski (δ), t.

(Tab. XLVI.)

Lapis altus $0^{m},48$, latus $0^{m},37$. Protome viri, palmam sinistra gerentis. Titulus a dextera inscriptus est Anno 1910, Damasci, penes virum artis medicinæ peritum Hordičeanu nomine, repperit Marcus Lidzbarski. Imaginem tabula damus quam nobis anno 1897 expresserat Carolus Fossey.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 141. — *Rep. d'épigr. sémit.*, n° 1013.

(Impressum mense decembri anni 1947.)

שמעתן 1 שמעון *Sim'ôn*

בר חירן 2 *filius Ḥairan.*

חבל 3 *Heu!*

Eadem nomina occurrunt sub n° 4308.

4609

Lidzbarski (δ), v.

Lapis anaglypho ornatus : protome mulieris colum et fusum gerentis. Titulus a dextera inscriptus est. Anno 1910, Damasci, penes virum Asfar nomine, Germanicæ gentis consuli addictum, reperit M. Lidzbarski. Ejus delineationem hic subjicimus.

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik*, t. III, p. 142. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1015.



אמתלת 1 *Amatallât*

ברת 2 *filia*

חירא 3 *Ḥairê.*

חבל 4 *Heu!*

אמתלת, vide sub n° 3891. — חירא, sub n° 3883.

4610

Lidzbarski (δ), v.

Lapis anaglypho ornatus : protome viri. Titulus duobus versibus constat. Versus prior margine dextero, ad caput, alter margine sinistro, uterque recta linea, scriptus est. Anno 1910, Emesæ, in curia repperit Marcus Lidzbarski. Ejus delineationem hic subjicimus

Edidit M. Lidzbarski, *Ephemeris für semit. Epigraphik* t. III, p. 143. — *Rép. d'épigr. sémit.*, n° 1017.



חירן בר בלתא 1 *Ḥairan filius Bêltâ,*

בר חירן חבל 2 *filii Ḥairan. Heu!*

בלתא, nomen utriusque generis; jam femininum invenimus sub n° 4405.

4611

Simonsen, 31.

(Tab. XXXIX.)

Lapis quadratus, altus $0^m,58$, latus $0^m,49$. Anaglypho ficta est protome viri toga amicti, barbati, crispi, intecto capite : pileus laurea circumdatus anconi supra humerum affixo impositus est. Exstat Hafniæ, in Glyptotheca. Imaginem ad monumentum expressam tabula damus.

Edidit D. Simonsen, *Sculptures et inscriptions de Palmyre*, n° 31 (p. 22).

Titulus margine sinistro inscriptus fractura lapidis periit; superest tantum littera ל, ultima scilicet vocis חבל.

4612

Simonsen, 42 *a*; 42 *b*.

(Tab. LXIII.)

Lapis quadratus, altus $0^m,52$, latus $0^m,46$. Anaglypho ficta est protome viri toga amicti, barbati, intecto capite, crispis capillis. Pone scapulas, aulæum utrinque palmis affixum extensum est. Exstat Hafniæ,

in Glyptotheca. Imaginem ad monumentum expressam tabula damus; hic autem apographum Eutingianum subjicimus.

Ch. Clermont-Ganneau, *Antiquités et inscriptions inédites de Palmyre*, sub finem, imaginem tradidit in qua litterarum vestigia vix apparent. — D. Simonsen, *Sculptures et inscriptions de Palmyre* (p. 18), nis 42 *a*, et 42 *b*, duplicem inscriptionem notavit.

Inscriptio summo margine, hinc inde, rectis lineis, juxta caput incisa fuit, sed fere tota evanuit. Solita exclamatio : חבל, dispicere licet; cetera confusa sunt nimis.

4613

(Tab. LXIII.)

Protome mulieris colum et fusum manu gerentis. Titulus ad sinistram capitis. Lapis altus $0^m,54$, latus $0^m,45$, Palmyra advectus est in pagum Qarietein; ibi, anno 1914, ectypum et imaginem photographicam fecit rev. Savignac, quæ tabula damus.

שלמת ברת	שלמתבית	*Šalmat filia*
שריכו	שריכו	*Šoraiku.*
חבל	אבל	*Heu!*

4614

(Tab. XLII.)

Protome mulieris, colum et fusum manu sinistra gerentis. Ad dexteram supra humerum ficta est imago puellæ stantis avem sinistra tenentis. Titulus margine sinistro supra humerum exaratus est. Lapis Palmyra advectus, in pago Qarietein exstabat anno 1914. Altus est $0^m,55$, latus $0^m,45$. Imaginen expressit rev. Savignac, quam tabula damus.

חבל תעיד	אבל תעיד	*Heu! Te'id,*
ושלמא	ושלמא	*et Šalmê*
ברתה	בריתא	*filia ejus.*

תעיד vel תעיר : nomen prima vice occurrit.

4615

(Tab. XLI.)

Lapis altus $0^m,70$, latus $0^m,46$, tribus imaginibus anaglyphicis ornatus; protome scilicet mulieris, velato capite, inter duos filios; uterque vir, nudo capite, tabellam sinistra manu gerit. Monumentum sibi Palmyræ comparavit præfectus legionis in exercitu gallico nomine Nitot; penes ipsum asservatur in pago Chambon prope Blesas. Ad lapidem effictam imaginem tabula damus.

Inscriptiones sic dispositæ sunt :

מלא בר	חרא	אקיח
חנבל	אמהון	אחוהי
חבל		חבל

Aqqîaḥ	*Herâ*	*Malê filius*
frater ejus.	*mater eorum.*	*Ḥannabêl.*
Heu!		*Heu!*

חנבל, vide sub nº 4458; cf. quoad formam נרבל, nº 4264.

חרא, nom. nobis novum; ne legamus חדא prohibet punctum secundæ litteræ impositum.

אקיח, gr. Ακκεον (acc.) vide sub nº 3917. — אחוהי littera י vix apparet.

4616

(Tab. XLVII.)

Lapis marmoreus, altus 0m, 56, latus 0m, 44. Anaglypho ficta est protome viri toga induti, barbati, crispis crinibus, manu sinistra tabellam duplicem tenentis. Titulus bipartitus ab utroque latere capitis inscriptus est. Exstat Constantinopoli in museo publico. Imaginem ad lapidem effictam tabula damus.

A dextera capitis :

חבל	1	[illegible]
עתעקב	2	[illegible]
בר ידיעבל	3	[illegible]
בר עתעקב	4	[illegible]
ידיעבל	5	[illegible]
עקבי	6	[illegible]

A sinistra capitis :

חיא שנין	7	[illegible]
LVI	8	[illegible]
ומית יום	9	[illegible]
באיר XIII	10	[illegible]
שנת CCCC	11	[illegible]
LXVIII	12	[illegible]

1	*Heu!*	7	*Vixit annos*
2	*ʿAtêʿaqab*	8	*LVI,*
3	*filius Iedîʿbêl,*	9	*et mortuus est die*
4	*filii ʿAtêʿaqab,*	10	*XIII (mensis) Iyar*
5	*(filii) Iedîʿbêl*	11	*anni CCCC*
6	*ʿAqqabai.*	12	*LXVIII.*

Mortuus est vir die 13a mensis maii anni p. Chr. 157. Est cognatus eorum quorum titulos sub nis 4561, 4562 supra edidimus, ut patet e genealogiis :



4617

(Tab. XXXVI.)

Lapis altus 0m, 59, latus 0m, 46. Protome viri tunica induti, barbati, crispis crinibus, manu sinistra palmam tenentis. Post eam fictum est velum expansum hinc inde palmis affixum. Titulus ad dexteram capitis exaratus est. Monumentum Bruxellis asservatur in museo «du Cinquantenaire» dicto (A. 1621). Imaginem photographicam tabula damus.

Edidit Fr. Cumont, *Cat. des sculptures et insc. antiques*, p. 105, n° 81. — Iterum J.-B. Chabot, *Glanures palmyr.*, n° XIII (*Journ. as.*, 1918, p. 290).

זבדעת	[illegible]
א בר ים	[illegible]
לכו נשא	[illegible]
חבל	[illegible]

Zabdeʿat-
ê filius Iam-
liku, (filii) Nešê.
Heu!

Litteræ plures ad speciem scripturæ cursivæ vergunt. — Adverte etiam vocabula, ut spatio accomodarentur, divisa esse. Exempla alia quædam occurrunt.

4618

Chabot (α), 22.

Apographum anno 1895 Palmyræ ab Æm. Bertone expressum accepit Chabot et perperam interpretatus est. Illud, deficiente quocumque alio documento, hic subjicimus. De loco inventionis aut de natura monumenti ne verbum quidem fecit Bertone; ob linearum extensionem titulum infra imaginem viri recumbentis exaratum fuisse fere certum est.



Horum restitutionem ex infra dicendis hunc in modum conjicere licet :

[Μάλ]ιχος Ἰαριβωλέους τοῦ βωροφᾶ τοῦ Μαλίχου τοῦ Ὀ[σ]αι[λ]άθου

צלמא דנה די מל[כו] בר ירחבולא בר בורפא בר מל[כ]ו

Imago hæc est Malichi filii Iarhibôlei, filii Bôrrephæ, filii Malichi.

Ad rectam interpretationem apographi quod, ut cetera ejusdem viri, minus accuratum videtur, juvat titulus bilinguis a Cantineau editus (*Rev. Biblique*, 1930, p. 523) qui exstructionem sepulchri, unde valde probabiliter noster titulus provenit, narrat. Auctor græce dicitur Θαιμάρσας Βωροφᾶ τοῦ Μαλίχου τοῦ Ὀσαιλάθους, palmyrenice autem תימרצו בר בורפא בר מלכו בר עשילת.

Apographi Bertoneiani prima vox græca, initio mutila, est [Μαλ]ιχος; ultima, non Ὀδαινάθου, ut voluit Chabot, sed Ὀσαιλάθου legenda est. — Primum nomen palmyrenum lapsu descriptum est מלא pro מלכו vel fortasse מלבא; ultima vox scripta מכו, novus lapsus est pro מלכו.

[Μάλ]ιχος, in nominativo casu, videtur fuisse prima vox tituli græci, ac proinde lacunam parvam esse, unde conjiciendum est vocis Ὀσαιλάθου transcriptionem palmyrenam, deficiente spatio, non scriptam fuisse.

4619

(Tab. XXXIX.)

Lapis mutilus, altus $0^m,55$, latus $0^m,40$, anaglypho ornatus : dextrorsum, vir lecto recumbens, pateram manu sinistra tenens; sinistrorsum, mulier cathedra sedens, capitis velum manu sinistra amovens. Monumentum Palmyræ repertum Argentoratum adsportavit Euting; ad ipsum expressam imaginem tabula damus.

Corroso lapide, tituli inter capita exarati vestigia vix supersunt, e quibus nomen unum cum probabilitate eruere licet, nempe :

מ[ל]כא *Malôkâ*

4620

(Tab. XLII.)

Lapis marmoreus, altus $0^m,49$, latus $0^m,34$; anaglypho ornatus : protome mulieris junioris pretioso ornatu indutæ; post eam fictum est velum expansum hinc inde palmis affixum. Titulus ad dexteram capitis. In museo Luparensi (A. O. 4148) asservatur.

Edidit E. Ledrain, *Rev. d'assyr.*, t. VII, p. 54. — *Rép. d'épigr. sém.*, n° 1637.

אחנא	חבל	*Heu!*
תואל	תואל	*Tuêl*
ברת	ברת	*filia*
תימא	תימא	*Tamê.*

4621

(Tab. XLVI.)

Lapis calcarius, altus o^{m},51, latus o^{m},46. Anaglypho sculpta est protome mulieris ditissimo ornatu paratæ; post ipsam velum expansum est, hinc inde palmis affixum. Fuit olim penes Æm. Bertone et post ejus mortem (vide sub n° 4266) jure emptionis venit in museum Luparense. Titulus ad dexteram capitis exaratus est.

בתעגא	בתעגא	*Bat'ogê*
ברת	ברת	*filia*
חירא	חירא	*Ḥairê*
בלשור	בלשור	*(filii) Bêlšur.*
חבל	חבל	*Heu!*

Hæc mulier iisdem verbis memoratur in titulo sub n° 4358 supra edito.

4622

(Tab. XLVII.)

Lapis calcarius altus o^{m},57, latus o^{m},40. Protome mulieris insigni ornatu comptæ; manus sinistra fractura ablata est. Brevis titulus ad dexteram capitis. Asservatur Constantinopoli in museo publico. Imaginem ad lapidem effictam tabula damus.

חבל	חבל	*Heu!*
עתרן	עתרן	*'Ataran (?)*
ברת	ברת	*filia*
ימלא	ימלא	*Iamlê.*

Nomen mulieris dubium. Videtur tertia littera puncto munita, ac proinde lectio עתרן probabilior quam עתרן. Sane, ex utroque radice עתר «opulens fuit» et עתר «paravit», nomen deduci potuit, sed etiam nomen peregrinum conjicere licet.

4623

(Tab. XLV.)

Lapis calcarius, altus o^{m},68, latus o^{m},55. Anaglypho ficta est protome viri togati, abrasa barba, crispis crinibus, læva manu tabellam tenentis. Inscriptus est titutus ad sinistram capitis. Fuit olim inter monumenta ab Æm. Bertone collecta (vide sub n° 4266); a domina Ferrand postea emptum est.

חבל	חבל	*Heu!*
חירא בר	חירא בר	*Ḥairê filius*
חירן בר	חירן בר	*Ḥairan, filii*
חירן בר	חירן בר	*Ḥairan, filii*
עגילו	עגילו	*'Ogîlu.*

4624

(Tab. XLV.)

Lapis arenarius, altus o^{m},45, latus o^{m},41. Anaglypho ficta est protome viri togati, nudo capite. Fuit olim inter monumenta ab Æm. Bertone collecta; dein emptum est a domina Henry de Jouvenel. Titulus ad dexteram capitis incisus est.

ירחי בר	ירחי בר	*Iarḥai filius*
שלמן	שלמן	*Šalman.*

EPILOGUS.

Textus hoc tomo inclusi omnes jam anno 1926 prælo commissi erant. Eorum autem divulgatio per annos dilata est varias ob causas, præsertim quod tabulæ, quas adhuc partim desideramus sed mox prodituræ sunt, nondum confectæ essent. Hanc quidem procrastinationem ægre et inviti ferebamus : mora tamen non adeo dolenda, si quidem aliquot momenti emendationes proferre sivit.

Etenim per ultima decennia, antiquæ Palmyræ rudera multo sedulius quam antea explorata sunt; indagationes feliciter peractæ sunt, in quibus partes præcipuas habuerunt docti viri R. Amy, J. Cantineau, M. Dunand, A. Gabriel, H. Ingholt, Cl. Prost, H. Seyrig.

Monumenta supra solum exstructa descripserunt et uniuscujusque locum accurate definiverunt; plura autem quæ sub arena latebant, aut in hypogeis et sepulchris abdita erant, in lucem, non sine arduo labore, reduxerunt. Quæ moveri poterant collegerunt et, ut tuto servarentur, idoneo loco conditorium instituerunt, quod gallice vocant *Dépôt des Antiquités*. Hinc ectypa et photographicas imagines eruditis obtinere licet.

Inter opera quibus investigationum prosperos exitus divulgarunt, hæc recitanda sunt :

J. Cantineau, Un *Restitutor Orientis* dans les inscriptions de Palmyre. (*Journ. asiat.*, t. CCXXII, 1933, p. 217.)

—— *Textes funéraires palmyréniens* (*Revue biblique*, 1930, p. 520-549).

—— *Textes palmyréniens provenant de la fouille du Temple de Bel* (*Syria*, 1931, p. 116-141).

—— *Inscriptions palmyréniennes* (*Revue d'Assyriologie*, t. XXVII, 1930, p. 27-51 : n. 1-36; et etiam separatim, Damas, 1930 : n. 1-105).

—— *Inventaire des Inscriptions de Palmyre*, fascicules I-IX; Beyrouth, 1930-1936.

—— *Tadmorea* I (*Syria*, 1933, p. 169-202); II (*Syria*, 1936, p. 267-355); III (*Syria*, 1938, p. 72-82, 153-171). — Notitiæ hujus opellæ serie continua (1-46) numeratæ sunt; per earum numerum eas recitamus.

H. Ingholt, *Un nouveau thiase de Palmyre* (*Syria*, 1926, p. 128-141).

—— *Quatre bustes palmyréniens* (*Syria*, 1930, p. 242-244).

—— *Studier over Palmyrensk Skulptur* (Hafniæ, 1928).

—— *Some religious Monuments recently found in Palmyra* (Actes du Ve Congrès d'Hist. des Relig.; Lund, 1929, p. 144-148).

—— *Quelques fresques récemment trouvées à Palmyre* (*Acta Archæologica*, III, 1932, p. 1-20).

—— *Deux Inscriptions bilingues de Palmyre* (*Syria*, 1932, p. 278-292).

—— *Palmyrene Sculptures in Beirut* (*Berytis*, I, 1934, p. 32-43).

—— *Five dated Tombs from Palmyra* (*Berytus*, II, 1935, p. 57-120).

—— *Inscriptions and Sculptures from Palmyra* I (*Berytus*, III, 1936, p. 83-128; II (*Berytus*, V, 1938, p. 93-140).

A. Gabriel, *Recherches archéologiques à Palmyre* (*Syria*, 1926, p. 71-92).

H. Seyrig, *Antiquités syriennes*. Première série (1934). Extrait de *Syria*, 1931, 1932, 1933. — Deuxième série (1938). Extrait de *Syria*, 1934, 1936, 1937. — Troisième série (mox edenda).

R. Du Mesnil du Buisson, *Inventaire des Inscriptions palmyréniennes de Doura-Europos*, 2e édit., Paris, 1939.

Alia monumenta huc et illuc edita sunt, eaque in proximo fasciculo indicabimus.

Hisce operibus inscriptiones novæ, proximo fasciculo nostro inserendæ, evulgatæ sunt; inscriptiones autem in nostro opere jam editæ melius quandoque traditæ sunt : ex eis seriem emendationum et complementorum in hoc epiloguo subjectam eruimus. Arrepta occasione, etiam menda aliquot quæ aciem oculorum effugerant notavimus.

Scriptum mense Augusto anni MDCCCCXLI.

3918. — Vestigia legit Cantineau : בר חיר[ן], *fil. Ḥair[an]*. (*Inv.*, IX, p. 18.)

3920. — עגא, *Ogê;* vocales conjiciendo apposuimus; jam vero e titulis græcis nuper repertis, tum Palmyræ (τοῦ Ὀγᾶς), tum Duræ (Μόκιμος Ὀγᾶ), apparet pro *Ogê* ubique legendum esse *Ogâ* (cf. *Comptes rendus de l'Acad.*, 1941, p. 119.)

3921. — V. 2, initio legit Cantineau עב[ד]ו לה, *fecerunt ei* (*Inv.*, IX, p. 44); lectioni favet etiam ectypum Jaussenianum hac in parte valde imperfectum.

3924. — V. 4, vox בסלוכיא, Vogüé interpretatus erat *in Seleucia;* hunc sensum rursum tuetur M. Rostovtzeff (*Mélanges Glotz*, p. 797). Sic quidem clarior evadit sententia, sed mendum scripturæ præsumitur; genuina enim transcriptio nominis Σελεύκεια est סלוקיא.

3932. — Hujus tituli versum 5um, coram Academia nuper retractavit Chabot (cf. *Comptes rendus*, 1941, p. 112) et novam lacunæ complendæ rationem excogitavit. Putat enim, in exemplari lapicidæ tradito, textum palmyrenum græco plane respondisse, ac proinde verba τοῦ ἐξοχωτάτου ἐπάρχου τοῦ ἱεροῦ πραιτωρίου palmyrenice transcripta fuisse הפרכוס די ספא; verum, ob homœoteleuton erraverit lapicida litterasque omisit; scribendum erat



sed signa uncis inclusa prætermissa sunt.

Si placet conjectura, integer versus vertendus erit : *et etiam Julius Priscus, præfectus prætorii et amans patriæ.*

Vox ספא haud male vertit πραιτώριον. Interpres syrus eodem vocabulo ܣܦܐ usus est ad designandum atrium, προαύλιον, domus Summi pontificis (Marc., xiv, 68).

3942. — Ubi א[ר]קנ[ר] legit Littmann, in lapide dispici litteras טסא vel קשא asserit Cantineau (*Inv.*, III, 7).

3944. — Versionem nostram *filius Marii Philini*, etiam receperant Lidzbarski (*Handb.*, s. v.) et Cooke (*Nth-Semit. Inscript.*, n° 125). In hanc autem vehementius invectus est Cantineau (*Journ. asiat.*, 1933, t. CCXXII, p. 221); immerito quidem. Etsi voces מריא פלינא seorsim sumptæ *Maria Philina* verti possent, hic tamen melius tanquam nomina masculina accipiendæ sunt. Nullum enim nomen feminini generis in titulo græco apparet. Num nomen *Maria* in documentis epigraphicis occurrat, præterquam in titulis judaicis aut christianis, nescimus; sub n° 4023 habemus מרים.

In transcriptione vocabulorum græcorum Palmyreni desinentiam *-os* nominum communium modo וס-, modo א- reddebant, ex. gr. ἱππικός חפקוס (3940) et חפקא (3943), κράτιστος קרטסטוס (3943) et קרטסטא (3946); eamdem desinentiam in nominibus personarum generatim per וס- exprimunt, non desunt tamen exempla quibus per א- redditur; nomen Ἄλκιμος transcriptum est הלקמס (3913) et אלקמא (4515). Igitur non absurdum est ut פלינוס et פלינא transcribatur Φιλεῖνος.

3946. — V. 2; veram lectionem vocis מרנחא, quam legebamus מריתא, agnovit Cantineau; cf. *Comptes rendus de l'Acad.*, 1930, p. 317. Sed versionem *Corrector totius Orientis*, quam proposuit Clermont-Ganneau et tuetur G. Février (*Essai sur l'hist. politique de Palmyre*, p. 98), improbat contenditque genuinam interpretationem esse *Restitutor totius Orientis* (*J. A.*, 1933, t. CCXXII, p. 218).

3949. — Tituli græci v. 5um legit Cantineau :

καὶ Οὐολογαισιάδι αισ. . . . .

Ultima linea commentarii, pro anno 210 lege 211.

3951. — Græci textus hanc lectionem proponit Cantineau (*Inv.*, V, 2) :

ΑΛΑΙ▨ΗΝΑΙΡΑΝΟΥΤΟ▨
ΑΛΑ▨ΝΗϹЄΦΦЄΡΑ
Ο▨ЄΓΓ▨ΝΟΥϹΖΑΒΔΙΒω
ΛЄΙωΝΤЄΙΜΗϹЄΝЄΚЄΝ

ΜΗ▨▨▨ΥϹΤR▨ΤΟΥ▨▨▨

In eodem titulo, transcriptio nostra ultimi versus palmyreni lapsu præterit litteram ר in voce קלסטרא.

P. 127, l. 4, pro «qui» lege «quin».

3955. — In versione, v. 6, pro *Semš*, legendum *Šemš*.

3957. — In commentario, v. 2, per lapsum מאיתי scriptum est pro מעיתי.

3958. — Numerus centenarius CCC probabilior quam CCCC; nam ceteri tituli hujus stirpis (3966, 3983, 4197) omnes primo sæculo adscripti sunt (Cantineau, *Journ. asiat.*, 1933, I, p. 231).

3959. — Prima verba legit Cantineau : אן תוחית «par ordre»; de voce תוחית vide Rosenthal, *Die Sprache der Palmyr. Inschriften*, p. 65, n. 4; si tamen recta sit lectio, nam ex apographo Jausseniano tertiam litteram 𐡇 potius quam 𐡄 diceres.

V. 7, in commentario corrige בני זבדבול.

3967. — V. 1, legit Cantineau : ימלכו בר ענא יעתי (*Inv.*, VI, 7). — E textu græco evanido nonnisi vocem ἀδ]ελφο[ί et epocham : α[ξ]υ' dispicere valuit.

3968. — V. 5 : בנשו; hujus nominis transcriptio græca *βαγέσου* (gen.) reperta est (*Inv.*, III, 2).

3977. — Hunc titulum diligenter quæsivit Cantineau et non invenit nisi fragmenta duo : prius fert ultima verba versus 4i; alterum, quod ob scripturæ similitudinem verisimile est ad eamdem inscriptionem pertinuisse, ita legit et vertit (*Inv.*, VI, 11) :

. . . אלהיא ונכסיהון . . .

. . . וזבנוהי די ענש (*vel* עיש) . . .

. . . *les dieux et leurs victimes* . . .

. . . *et les achats* (?) *de* . . . ?

Sed lectio non adeo certa est, et etiam si vera sit, ejus interpretatio tradita probabilitate destituta videtur.

3985. — In primo versu putat Cantineau (*Inv.*, VI, p. 4) se legisse voces . . . אסתרא . . . וקרב . . . עבד, et versu inferiore, sub finem, מן כים אלת «aux frais d'Allâth». — Hæc omnia valde incerta videntur.

3993. — Tituli imaginem photographicam vulgavit Cantineau (*Tadmorea*, n° 13), ex qua patet apographum Waddingtonianum accuratum esse. Voces טבא לעדנא respondent græcis Ἀγαθῇ τύχῃ. Versus 2ae vertendus est : *in æternum, et Fortunæ bonæ fecit.* — Sub finem v. 3i legitur חלדא, ut suspicati eramus; nomen fortasse efferendum *Ḫuldâ*, collato hebræo חלדה «mustela» (II *Reg.*, XXII, 14) et præsetim syriaco ܚܠܕܐ «talpa», vox masc. generis.

4001. — Ara nunc in *Dépôt des Antiquités* asservatur.

4109. — V. 4 : בני מיתא; harum vocum transcriptio græca nuper inventa est ; φυλὴ Μιθηνῶν (*Inv.*, IX, p. 31). Nomen ergo מיתא *Mîtâ*, non *Maita*, sonat.

4122. — Ultima vox versus 2i palmyreni textus legenda est חומל, non autem חומי. Nitide scriptum est hoc nomen in titulo 4236, qui in parietibus internis hujus sepulchri insculptus est. Vide paulo inferius.

4124. — Ectypum obtinuit Cantineau et exitum v. 2i complevit : די מתקרן בני, *qui vocantur filii* (*Baʿâ*). — V. 3, ultima vox legit שלם, *Pax!* — Integrum igitur habemus titulum.

4125. — Lapis in *Dépôt des Antiquités* nunc asservatur. Illum inspexit Cantineau et agnovit primam vocem non עלמיא, sed טליא «pueri, juvenes», legendam esse.

4162. — Hanc inscriptionem proximo fasciculo retractabimus. Nunc enim ambos titulos fere integros habemus, cum pars sinistra lapidis in lucem, anno 1930, feliciter reducta sit, curis Joh. Cantineau. Vide *Revue biblique*, 1930, p. 525.

4163. — Tituli græci pars suprema nuper reperta est (*Tadmorea*, n° 39), sic se habet integer textus :

Ἔτους λυ' μηνὸς Δύσ[τ]ρου σπη-
λαιον ταφεῶνος ὤρυξαν Βαρέ-
ας καὶ Βωρόφας οἱ Ραββήλου
[τοῦ Βαρέα ἑ]αυτοῖς καὶ υἱοῖς [κ]αὶ υ-
ἱωνοῖς εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον.

Notanda forma Βαρέας, transcriptio nominis ברעא quod conjiciendo vertimus *Bar'â*. Cf. sub n° 4246.

4168.—Sepulchrum cui inscriptus fuit is titulus, anno 1929 penitus exploravit J. Cantineau et ejus ichnographiam delineavit. Hanc et aliquot inscriptionum fragmenta vulgavit in libello *Fouilles à Palmyre* inscripto, e *Mélanges de l'Institut français de Damas*, tom. I, excerpto.

4197. — Lapidem integrum anno 1929 eruit Cantineau et, supra titulos a Savignac repertos, alterius inscriptionis vestigia detexit. Vide *Inscriptions palmyréniennes*, n° 38, et præsertim *Inventaire*, VII, 15, ubi apographum (p. 10) edidit, hunc in modum legendum :



[illegible]ו[illegible]

[illegible]נא בר[illegible]ינת ל.....לחון ולבניהין ולבני[illegible]

[illegible]בירח סיון די שנת [illegible]333[illegible]

Agitur de quadam concessione mense junio anni 575 (p. Chr. 264) pluribus facta; sive concedentis sive jus obtinentium nomina evanuerunt, præter genealogiæ ultimum, fortasse [אד]ינת complendum.

4206. — V. 4, perperam legimus נבודא; nomen enim nitide scriptum est נבוזא; recurrit nomen sub n^is 4015, 4249.

4212. — Partis sinistræ hyperthyrii fragmentum novum repperit Cantineau, longum 0 m. 40. Hoc fragmento continuatur ultima linea tituli deperditi, ad sinistram tituli græci incepta, hunc in modum :

[illegible]

...eis et filiis eorum et nepotibus eorum in æternum.

Superest præterea littera [illegible] e versu superiore.

4213. — אזרזירת; contulit Cantineau [illegible], nomen syriacum avis «sturni».

P. 321, lin. penultima, ברה mendum est pro בנה.

4217. — Text. gr., v. 4, legit Cantineau :

. . . τοὺς [ἀδε]λφοὺς . . .

In vestigiis textus palmyreni hæc sibi dispicere visus est :

קברא דנה בת עלמא.....

.....אנש מן ורו.....

.....ושנ.....

4235. — In versione nostra, v. 2, post *publicanus* restitue voces *in vita sua*, quæ exciderunt.

4236. — Titulum reperit Cantineau (*Inv.*, VII, p. 17.) Inscriptus est hyperthyrio januæ sepulchri ad quod pertinet titulus 4122. — Pro ירחי חיאל legendum est ירחי חומל. — Numerus annorum, in ectypo Musiliano imperfectus, legitur [illegible]3333[illegible], i. e. CCCCLXXXXVI, seu ann. p. Chr. 185.

EXPLICIT TOMUS TERTIUS SECUNDÆ PARTIS.

INDEX CAPITUM ET ARTICULORUM

IN HOC VOLUMINE CONTENTORUM.

SECTIO TERTIA.

INSCRIPTIONES PALMYRENÆ.

Pages.

Prooemium 1

CAPUT PRIMUM.

Inscriptiones palmyrenæ in Majori Britannia repertæ.

Articulus unicus. Locus South Schields dictus, n° 3901 11

CAPUT II.

Inscriptiones palmyrenæ in Italia repertæ.

Articulus unicus. Roma, n^is^ 3902-3905 13

CAPUT III.

Inscriptiones palmyrenæ in Dacia repertæ.

Articulus unicus. Locus *Karansebes* dictus, n° 3906 20

CAPUT IV.

Inscriptiones palmyrenæ in Mœsia repertæ.

Articulus unicus. Tomi, n° 3907 21

CAPUT V.

Inscriptiones palmyrenæ in Numidia repertæ.

Articulus I. Calceus Herculis, n^is^ 3908, 3908 *bis* 23
Articulus II. Lambesis, n° 3909 25

CAPUT VI.

Inscriptiones palmyrenæ in Ægypto repertæ.

Articulus unicus. Tentyris, n° 3910 26

CAPUT VII.

Inscriptiones palmyrenæ in vicinia Palmyræ repertæ.

Articulus I. Nazala, n° 3911 28
Articulus II. Locus *Tayibeh* dictus, n° 3912 30

CAPUT VIII.

Inscriptiones palmyrenæ in ipsa urbe Palmyra repertæ.

Articulus I. Lex portus a senatu lata, n° 3913 33
Articulus II. Honores publici et privati, n^is 3914-3971 73
Articulus III. Vota et anathemata, n^is 3972-4108 153
Articulus IV. Tituli funerei, n^is 4109-4624 238

Epilogus 479